ram extremi examis deſcriptionē. q̄ꝫtū ad
Dualitatē naturarꝫ i iudicāte In electro
ex auro diuinitatꝫ. ꝛ humanitatꝫ argēto
Cōminationē terrificarꝫ impſſionū. per
ventū. turbinē. ꝛ nubem.
Cōflagrationē elemētorꝫ. ꝑ ignē inuoluētē
Examinationē ꝛ denudationē ꝯſciētiarꝫ
per ſplendorē.
Cōſeſſionē aſſiſtentiū ꝑ quattuor aīalia
In q̄ttuor enī animalibꝫ intelligunt̄ q̄ttu/
or ordines aſſiſtentiū In leone ordo mar
tyrū. In boue ordo cōfeſſorꝫ. In homi/
ne ordo ꝟginū. In aquila ordo doctorū.

propt̄ ꝯtemplatiōis acumē. Sic in iudi/
cio fiet ſeꝑatio puri ab impuro. agnorū ab
hedis.
Septimū mediū eſt mediū ꝯcordie. vni
uerſali ꝯciliatiōe pacatū De h̄ medio agit
theolog⁹. q̄ ꝯſiderat q̄r mūd⁹ creat⁹ a deo ſi
cut a p̄ncipio reducit̄ in deū ſicut in finem.
Licet enī agat theolog⁹ de opibꝫ ꝯditiōis.
principaliter agit tn̄ de opibꝫ recōciliatōis
Agit ergo theolog⁹ de ſalute aīe. quomō i/
choat̄ in fide. Promouet̄ in ꝟtutibꝫ. Con/
ſummat̄ in dotibꝫ. De hoc medio ſcriptū
eſt in Apoc̄. vij. Nō eſuriēt neqꝫ ſitiēt ampli
us. quoniā agn⁹ q̄ eſt in medio throni. re/
get eos. ꝛ deducet eos ad vite fontes aqua
rum Uidit etiā Johēs fluuiū i medio pla
tee ꝓcedentē a ſede dei ꝛ agni. Apocal'. xxij.
Agn⁹ enī dei deducet nos vt viderēs cor
pus ꝛ animā ꝛ diuinitatē. paſcua īueniam⁹
ſiue ingrediēdo. ſiue egrediēdo. Hic. ſ. agn⁹
eſt ſup corp⁹ ꝛ animā mediū beatificāſ. Pſ.
xlv. Fluminis impet⁹ letificat ciuitatē dei
Procedēs a ſede dei ꝛ agni. ſ. ſpiritusſancti
Et null⁹ defectus iterior erit. quia nō eſuri
ent neqꝫ ſitiēt. per defectū pabuli. ꝑ quē defi
cit vita. Neqꝫ cadet ſup illos ſol. ꝑ extrinſe/
cam ꝑturbationē. Jſta ſeptē media ſunt
ſeptē candelabra. in quorꝫ candelabrorum
medio eſt xp̄s. Apoc̄. j. Jſta ſepteꝫ media
ſunt ſeptē illuſtratiōes ſapiētiales. ſ. metha
phiſica. ꝛc̄. Jſta ſeptē media ſunt ſeptem
oculi agni. Apoc̄. v. Jſta ſeptē media ſūt ſe/
ptem oculi ſuper lapidē vnū. Zacharie. iij.
Jſta ſeptē media ſunt ſeptē dies quos fe
cit prima lux.
Sermo ſecūdus De ingreſſu ad ſa/
pientiā. ꝛ de ſapiētia ꝛ faciebus ei⁹. ꝛ ei⁹ vti/
litate ꝛ intellectu ſcripture.

i N medio eccleſie

aperuit os ei⁹ ꝛc̄. Eccī. xv. Hic in
cipit ſecūda collatio. Oſtēſum eſt
ſupra quibꝫ debet doctor ſermonē depro/
mere. Oſtēſum eſt a q̄ medio debet incipere
Oſtēdendū eſt modo vbi debet doctor ſer/
monē terminare. Debet autē terminare
ſermonē in plenitudine ſapiētie.
De ſapiā autē nota quattuor.

Quis ortus
Que domus.
Que porta.
Que forma.

De duob⁹ ꝑmis et dicit in collationib⁹
donorū. vbi habet q̄ ſapiētia eſt lux deſcen
dens a patre luminū ⁊ radians in animaꝫ
facit eā deiformē ⁊ domū dei. Illuſtrat em̄
intellectiuā inflāmat vel letificat affectiuaꝫ
roborat operatiuam. Verū quia origo ſa/
pientie eſt a gratia. apoſtol⁹ ad gratiā hor/
tatur ſic inq̄ens. Hortamur vos ne in va
cuū gratiā dei recipiatis. ij. Corintheoꝝ. vj
Dirigam⁹ igit ſermonē ad chriſtū dicen/
tes. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Pſal.
xliiij. Sicut em̄ ex p̄cedentib⁹ ⁊ ſubſequē
tibus liquet. ſermonē hūc ꝓpheta dirigit ad
chriſtū. Antecedēter em̄ dicit. Speciosus
forma p̄ filijs hominū. Cōſequēter anne/
ctitur. Sedes tua de⁹ in ſeculū ſeculi.
Verū quidē eſt qđ in Johē ſcribit. Lex p
Moyſen data eſt. gratia ⁊ veritas p Jhm
chriſtū facta eſt. Johis ꝑmo.

Ad ſalutē duo ſunt neceſſaria
Cognitio ꝟitatis — Hec habet p legem
Exercitatio ꝟtutꝫ — Hec habet p gratiā
q᷑ virtus eſt bona qualitas mētis.

Lex ſe habet ad gratiā dupliciter.
Quēadmodū virt⁹ apprehēſiua ad moti
uam. Vidēs celū ſine virtute alaꝝ nō po
teſt ꝑtingere ad celū.
Quēadmodū inſtrumentū ad virtutem
operatiuā. Artifex habēs inſtrumētū et nō
habēs vim operatiuā nō agit. O iudee ꝑ/
fide. legē habes in manu. niſi habeas vim
motiuā que eſt a gratia nō ſaluaberis p le/
gem. Supplico q̄ ꝟba mea gratie deſerui
ant. ⁊ intētio mētis mee ſi gratiā habeat. cor
roboret in verbis. Vñ apoſtol⁹ dicit. ſcđo
Corinth. vj. Hortamur vos ⁊c. Apoſto
lus in hoc breui ꝟbo excitat.

Ad diuinā gratiā ſuſcipiendā — Recipia
tis inquit.
Ad ſuſceptā cuſtodiēdā — ne ī vacuū inq̄t
Ad cuſtoditā mltiplicādā — Ait ei tpe ⁊c.

Vt autē hec exhortatio impleat in nob
tria ſunt circa grām cōſiderāda.
Quis ſit gratie ortus.
Quis ſit gratie vſus.
Quis ſit gratie fructus.

Si igit cōſiderem⁹ ortū gratie ⁊ ei⁹ origi
nale ꝑncipiū. dico ex canonica Ja. ꝑmo. ca.
ponēs maiorē vniuerſalē. Omne datū op/
timū ⁊ omne donū perfectū. deſurſum ē de
ſcendēs a patre luminū. apud quē non eſt
trāſmutatio nec viciſſitudinis obūbratio.
Minorē ꝓbandā aſſumo. Gratia eſt da/
tum optimū ⁊ donū pfectū. Cōcludo. Er/
go gratia deſurſum eſt deſcēdens a pr̄e lu/
minū. Sed p quā viā ſpargit lux gratie
diuidit eſt⁹ amoris ſup terrā

Deſcēdit ḡtia ſup mētes rōales via tformi
Per verbū incarnatū
Per verbū crucifixum
Per verbum inſpiratū.

Hui⁹ ꝓbatio eſt. quia ſm Jac. volunta/
rie genuit nos ꝟbo veritatis vt ſim⁹ initiuꝫ
aliqđ creature ei⁹. Jac. j. Q̄ aūt p verbuꝫ
incarnatū deſcēdat in nos copia gratiarū.
oſtēdit Joh. ſic inq̄ens. Verbū caro factū
eſt. et ſeq̄t. De plenitudine ei⁹ oēs accepim⁹
gratiā p gratia Et vidim⁹ gloriā eius. glo
riā quaſi vnigeniti a patre plenū gr̄e. Jo. j.
Certū eſt q̄ originale gratie ꝑncipiū qđ
de⁹ eſt. quādo creauit hominem in ſtatu i/
nocētie ad imaginē ⁊ ſimilitudinē ſuā. crea
uit ipm ita ꝓpinquū q̄ homo p verbū incre
atum erat informabilis ad gratiā. Poſt
lapſum ꝟo vſus eſt de⁹ via dignatiue con/
deſcēſionis. Et p verbū incarnatū aptauit
hominē ad gratiā. Verū quia verbū car/
nem ſumpſit in vtero ꝟginis glorioſe. dictū
eſt ei. Aue gratia plena dñs tecum. Luce. j.
Paul⁹ etiā ſuadet volentib⁹ gratiā virginē
adire. Adeam⁹ cū fiducia thronū gratie ei⁹
vt miſericordiā cōſequamur ⁊ gratiā inue/
niam⁹ in auxilio oportuno. Hebre. iiij. Ec
ce occurrit nobis pater miſericordiarū cuꝫ
gratia. Mater miſericordiarū cū grā. Fili
us qui eſt lux miſericordiarū cū gratia. Er
go ꝑma originatio gratie in nobis fit p ver
bum incarnatū. Infelices q̄ ignorāt ver/
bum. ⁊ ignorāt gratiā. Benedictus pater
Benedicta mater. Benedict⁹ fili⁹. Be/
nedicti q̄ hoc cognoſcūt. Benedicta gra/
tia que eſt datū optimū ⁊ donū pfectū
Secūdo deſcēdit gratia in nos p ꝟbuꝫ
crucifixū. Nō em̄ tantūmodo eram⁹ inepti
ad gratiā ꝓpter ignorantiā diuinorū prece/
ptoꝝ. verū etiā ꝓpter noſtrā infirmiſſimam
impotētiam. Vt ḡ ſaluberrimis vnguētis
ſanarent languores noſtri. deſcēdit diuina
gratia in nos p verbū crucifixū. Vnde Iſa
ias dicit. Vere dolores noſtros ipe tulit. ⁊
languores noſtros ipe portauit. Et apoſto
lus ad Ephe. ij. ſcribit. De⁹ qui diues eſt ī
miſericordia ꝓpter nimiā charitatē ſuam q̄
dilexit nos cū eſſem⁹ mortui peccatis. con/

uiuificauit nos in xp̄o cuiꝰ gratia ſaluati ſu
mus. Naꝫ chriſtꝰ de morte triumphauit ꝑ
mortē. quia nō potuit mors abſorbere vitā
ſed fons vite abſorbuit morteꝫ. Ozee. xiij.
O mors ero mors tua. morſus tuꝰ ero in/
ferne Et apoſtolꝰ dicit. Nō abijcio gratiaꝫ
dei. Si em̄ ex lege iuſticia. ergo chriſtꝰ gratis
mortuꝰ ē. Gal. ij. Mortuꝰ ergo xp̄s vt mor
tuos ſuſcitaret. ⁊ ꝑticipes faceret vite grati
oſe Ergo gratia influit in nos ꝑ verbū cru
cifixum. de cuiꝰ latere exijt ꝓfluuiū gratiaꝝ
habēs vim ſanatiuā. Ego quaſi fluuiꝰ do/
rix exiui de paradiſo. Ecci. xxiiij.

Tertio dat̄ gratia per verbū inſpiratū.
Miſit quidē deꝰ filiū ſuū in carnē. Verū
niſi credideris ip̄m crucifixū nō cōſequeriſ
gratiā. Vn̄ apoſtolꝰ dicit ad Tytū. iij. Nō
ex opibus iuſticie que fecimꝰ nos. ſꝫ ſm̄ ſu/
am miſericordiā ſaluos nos fecit ꝑ lauacꝝ
regeneratiōis ⁊ renouatōis ſpūſſancti. quē
effudit in nobis abūde ꝑ Jhm̄ xp̄m ſalua/
torē noſtrū. vt iuſtificati gratia ipſiꝰ heredeſ
ſimꝰ ſm̄ ſpem vite eterne. Spirituſſctūs
qui eſt dator formaꝝ ⁊ diſtributor cariſma/
tum. amor eſt ꝓcedēs a patre ⁊ filio. Quic/
quid igit̄ agat pr̄. quicq̄d patiat̄ filiꝰ. non ꝓ
ficit ad ſalutē ſine ſpūſancto. Scdo ſpiriꝰ
ſancꝰ eſt nexꝰ patris ⁊ filij. nectēs nos pa/
tri ⁊ filio. Vn̄ apoſtolꝰ dicit. Gratia dn̄i no
ſtri Jhu xp̄i ⁊ charitas dei ⁊ cōmunicatio
ſpūſſancti ſit cū om̄ibꝫ vobis Amen. ſcdo
Corinth. xiij. Si igit̄ vis habere amoreꝫ
paternalis ꝑncipij. ⁊ amorē verbi prolati a
ꝑncipio. ⁊ amorē ſpūſſancti ſpirati a duobꝫ
vno ꝑncipio habe gratiā. Unde igit̄ oritur
gratia. Certe ꝑ v̄bū icarnatū. ꝑ verbū cru/
cifixū. ꝑ verbū inſpiratū. Nobilis influen
tia q̄ a verbo incarnato habet originē. Cu/
ſtodi igit̄ temetip̄m ⁊ aīaꝫ tuā ſolicite. Deu
tero. iiij. Abijcit̄ gratia que eſt vita aīe. de
medio ꝑ peccatū. Peccatū eſt fur ſponte in
troductꝰ in thalamū anime. ꝑcioſuꝫ gratie
theſaurū exhauriēs. Cū q̄s ꝑ gratiā dignꝰ
effectꝰ eſt vita eterna. efficit̄ ꝑ pctm̄ dignus
morte eterna. Vn̄ apoſtolꝰ dicit ad Hebre.
x. Irritā quis faciēs legē Moyſi ſine vlla
miſeratiōe ſub duobꝫ aut tribꝫ teſtibꝫ morī
tur. q̄nto deteriora putatis mereri ſupplicia.
qui filiū dei cōculcauerit. ⁊ ſanguinē teſta/
mēti pollutū duxerit. ⁊ ſpiritui grē ꝯtume/
liam fecerit. Et ſequit̄. Rurſus crucifigētes
ſibimetipſis filiū dī ⁊ oſtētui habētes. Pro
toto vniuerſo nō deberet homo pctm̄ mor
tale cōmittere ꝑ emptiuū nobiliſſime vite.

Voluit filiꝰ dei temptari vt doceret vias
repulſiuas pctōꝝ. Ecc. dic. xxj. Quaſi a fa/
cie colubri fuge peccata. ⁊ ſi acceſſeris ad il/
la apprehēdent te. Vidiſti ergo q̄s ſit ortꝰ
gratie. Vide quis ſit vſus gratie. Vſus
aūt gratie eſt ꝓmotiuꝰ in ꝑfectū meritoria/
rū opationū. Requirit̄ aūt ad hm̄oi ꝓmo
tionem ꝙ

Vſus gratie ſit fidelis reſpectu dn̄i.
Vſus gratie ſit virilis in ſe.
Vſus gratie ſit liberalis in ꝓximū

Debꝫ igit̄ vſus gratie fidelis eſſe reſpectu
dn̄i. Vn̄ apoſtolꝰ dicit ad Gal. j. Cū placu/
it ei q̇ me ſegregauit ex vtero matris mee. ⁊
vocauit ꝑ gratiā ſuā vt reuelaret filiū ſuūꝫ
in me vt euangelizarē illū in gentibꝫ. conti
nuo nō acquieui carni ⁊ ſangui. Quādo q̄
ris aliquid ꝑter deū qḋ nō queris ꝓpter de
um. nō es fidelis deo. Vn̄ Auguſtinꝰ li. cō/
feſſio. Minꝰ te amat q̇ tecū aliq̄d amat qḋ
nō ꝓpter te amat. Ideo dic̄ apoſtolꝰ. Nō ac
quieui carni ⁊ ſanguini. id ē. nō queſiui hu/
manā gloriā ſed diuinā. Perſpectiui dicūt
ꝙ ſi radiꝰ ꝑpendicularis cadat ſuꝑ corpus
terſum ⁊ politū. neceſſe eſt ꝙ ꝑ eandē viam
⁊ ꝑ eundē inceſſum reflectat̄ in ſuū ꝑncipiū
non ſic de radio incidētie. Influxus gra/
tie gratis date eſt ſicut radiꝰ incidētie In
fluxus gratie gratū faciētis eſt ſicut radius
ꝑpendicularis. Qui gratiā dei ſuſcipit. ne/
ceſſe eſt vt deo grām ⁊ gloriā reddat. Ori/
go fontiū mare. Origo virtutū ⁊ ſcientiarū
eſt xp̄s ait Bern̄. Ad locū vnde exeūt flu/
mina reuertunt̄ vt iterū fluāt. Eccl'iaſtes. j.
Sicut fons nō habet durationē niſi habe
at cōtinuā cōiunctionē cū ſua origīe. ſic nec
lux gratie poteſt vigere in aīma. niſi per re/
uerſionē in ſuū originale ꝑncipium. Hāc
reuerſionē ⁊ cōiunctionē cōſeruat humili/
tas ⁊ diſſoluit ſuperbia. quia deꝰ ſuꝑbis re/
ſiſtit. humilibꝫ aūt dat gratiā. Jacobi. q̄rto
Humilis om̄ia bona attribuit ſuo origia/
li principio. Suꝑbus attribuit ſibi. Hu/
milis cōtinuat̄ cū ſua origine. ſuperbus diſ
ꝯtinuat̄. Lucifer recedēs a ſuo originali ꝑn
cipio. tenebrifer factꝰ eſt. Chriſtū qui ſemꝑ
ſe reduxit ꝑ humilitatē in ſuū originale ꝑn/
cipium clarificauit pater. Quāto maior es
humilia te in omnibꝫ. ⁊ corā deo inuenies
gratiā. dicit Eccleſiaſticꝰ. iij. cap. Si rex

ditaſſet aliquē.⁊ ille nollet recognoſcere. in
fideliſſimus ⁊ ingratiſſimꝰ eſſet. Aliqui ex
altati ꝑ deũ erigunt̃ ꝯtra deũ. dicẽtes Ma
nus noſtra excelſa.⁊ nõ dñs fecit hec oĩa
Deutero.xxxij.

Secũda dr̃a vſus gratie eſt. quia debet
eſſe virilis in ſe. Optimũ eſt gratia ſtabili
re cor. nõ eſcis que nõ ꝓfuerũt ambulãtibꝫ
i eis. ad Heb.xiij. Qui vult habere brachia
fortia. oportet ꝙ exerceat ſe in operibꝫ ṽtu/
tum. Unde apl'us. ṗma Corinth.xv. Gra
tia dei ſum id qḋ ſum.⁊ gratia eiꝰ in me va/
cua nõ fuit. Sequit̃. abundantiꝰ oĩbꝫ la
boraui. nõ ego. ſed gratia dei mecũ. Uide
ꝗꝫ virtuoſos facit gratia ſpũſſancti. Sam
ſon capillatꝰ fortiſſimꝰ fuit. In ſeptẽ capil/
lis fortitudo eius. id eſt. in ſeptiformi gra/
tia ſpũſſancti. Quãdo vero attõſus eſt per
Dalidã. factꝰ eſt imbecillis ſicut ceteri ho/
mines. Judicũ.xvi. Des vnũ ſine gratia ꝗ
poſſit ſuſtinere qḋ Laurentiꝰ ſuſtinuit. ni/
hil poſſumꝰ facere ſine gratia. nihil ita du/
rũ quod nõ poſſumꝰ ſuſtinere cũ gratia.
Sine me nihil poteſtis facere. dicit chriſtꝰ
Joh.xv. Oĩa poſſum in eo qui me cõfor/
tat. dicit apoſtolꝰ ad Philiꝑ.iiij.

Tertio vſus gr̃e debet eſſe liberalis in ꝓ
ximũ. Gratis accepiſtis gratis date. Mat
thei.x. Quare nõ vendis o ſol lucẽ tuam.
Gratis accepi. gratis cõmunico. Quare
nõ vendis rene aquã tuã Gratis accepi. g̃/
tis fundo. Solꝰ miſer homo vẽdit grati
am ſibi collatã. Uenit aũt hec venditio pri
mo a Symone mago. Heu ſymon mage
verticẽ apoſtolorũ petrũ voluiſti facere ſy/
moniacũ. pecunia tua tecũ ſit in ꝑditionem
Actuũ.viij. qꝛ exiſtimaſti donũ dei pecunia
poſſideri. Petrꝰ dicit ṗma Pet.iiij. Unuſ/
quiſqꝫ ſicut accepit gratiã in alterutrũ illaꝫ
adminiſtrãtes. ſicut boni diſpẽſatores mul
tiformis gratie dei. Dyoniſiꝰ determinat
vſum gratie in angelica hierarchia. dicens.
ꝙ ſi ſuꝑiores angeli nollẽt influere in infe/
riores. clauderẽt ſibi viã influẽtie a ſuperi/
ori. Qui habuerit ſubſtantiã huiꝰ mundi ⁊
viderit fratrẽ ſuũ neceſſitatẽ habere.⁊ clau
ſerit viſcera ſua ab eo. quomõ charitas dei
manet in eo. ṗmo Joh.iij.

Habet aũt gratia fructũ triformẽ
Primus fructꝰ eſt remiſſio culpe
Secũdus fructꝰ eſt plenitudo iuſticie
Tertiꝰ fructꝰ eſt ꝑpetuatio vite beate.

Primꝰ ergo fructꝰ gratie eſt remiſſio cul/
pe. Unde apoſtolꝰ ad Roma.v. Juſtificati
per fidẽ pacẽ habeamꝰ ad deuꝫ ꝑ dñm no/
ſtrũ Jhm chriſtũ. ꝑ quẽ acceſſum habemꝰ
ad deũ.⁊ gloriamur in ſpe glorie filioꝝ dei
Dicũt philoſophi ꝙ nõ mutat̃ quis de vi/
cio ad virtutẽ. niſi ꝑ aſſuefactionẽ ad cõtra
rium habitũ. Ita nec remittit̃ culpa in eter
num niſi ꝑ gratiã Nota tamẽ ꝙ ethycus
cõſiderat viciũ ſcḋm ꝙ dicit deordinationeꝫ
circa ꝑſonã ſingularẽ. vel circa rem familia
rem. vel circa rẽ ciuilẽ. Theologꝰ conſide
rat in peccato diuinã offenſam. Tu ergo ꝗ
per p̃uaricationẽ legis deũ inhonoras. ſub
iacebis ſeueritati vltricis pene. quia nõ eſt
dedecꝰ culpe ſine decore iuſticie. Ueruꝫ
culpa eſt infinita. qꝛ tanta eſt offenſa ꝗ̃tus
is qui offendit̃. Infinita inqꝫ nõ intenſiue.
ſed ꝓceſſiue neceſſe eſt igit̃ penã eſſe eternã
ꝙ ſi remittat̃ eternitas pene. hoc erit per in
fluentiã gratie. Igit̃ gratia liberat a ſerui/
tute peccati ⁊ diaboli.

Secundꝰ fructꝰ gratie eſt plenitudo iu
ſticie. Trifurcat̃ autẽ iuſticia ſcḋm ꝙ homo
eſt iuſtꝰ in ſe. Juſtꝰ quo ad deũ. Juſtꝰ quo
ad ꝓximũ. Sunt aũt vt docet Auguſtinꝰ
due ꝑtes iuſticie. declinare a malo ⁊ facere
bonũ. De hac iuſticia ꝗ eſt fructus gratie
dicit apoſtolꝰ ad Ty.ij. Apparuit gratia dei
ſaluatoris noſtri oĩbꝫ hominibꝫ. erudiẽs
nos. vt abnegãtes impietatẽ ⁊ ſecularia de/
ſideria. ſobrie iuſte ⁊ pie viuamꝰ in hoc ſecu
lo. expectãtes beatã ſpem ⁊ aduentũ glorie
magni dei ⁊ ſaluatoris nr̃i Jeſu xp̃i. Hec
eſt gratia ꝗ cuncta mala pellit. cuncta bona
tribuit. Igit̃ i gratia eſt plenitudo iuſticie.
Unde ſapiẽtia increata dicit in Eccl'iaſtico
xxiiij. Ego mater pulcre dilectiõis ⁊ timo/
ris ⁊ agnitiõis ⁊ ſancte ſpei. In me omnis
gratia vite ⁊ veritatis. in me oĩs ſpes vi/
te ⁊ virtutis. Trãſite ad me oĩes qui con
cupiſcitis me.⁊ a generationibꝫ meis adim
plemini. Qui volũt eſſe pleni gratia trãſe/
ant ad chriſtũ. Trãſire autẽ nõ poſſunt niſi
inſurgãt ꝯtra ſe.⁊ eleuent̃ ſupra ſe.⁊ diligãt
deũ ſuꝑ oĩa.⁊ inimicũ ſicut ſcipſos. Hoc
autẽ eſſe nõ poteſt ſine gratia vite ⁊ ṽtutis.
Diligere ſolũ amicum. nõ eſt virtus gratie
Nam ſi diligitis eos ꝗ vos diligũt. ꝗ gr̃a.

Tertiꝰ fructꝰ gratie eſt aſſecutio felicita
tis eterne. Nã ſtipẽdia peccati mors. gratia
autẽ dei vita eterna. ad Roma.vj. Peccatũ

eſt arbor mortis. Grã eſt arbor vite. Stultus eſſet qui in orto ſuo plantaret arborem mortis in qua deberet ſuſpendi. Peccatuꝫ eſt arbor in qua debet peccator ſuſpendi

Notãdum ergo ꝙ ſm̄ triplicē fructū gratie. diſtinguit̃ triplex grã.

Gratia curãs. que dat̃ in ſeptē ſacramētis cōtra ſeptemplicē morbū.

Gratia corroborans. que cuſtodit̃ in iuſtis per exercicia iuſticie. de quibꝫ agit̃ in ſeptem penitētialibꝫ pſalmis.

Gratia cōſummãs. que perficit̃ in ſepteꝫ dotibus ⁊ ſeptē beatitudinibus.

Gratia curans initiat̃ in ſacramentis. ꝑficitur in ſeptē operibꝫ miſericordie.

Gratia corroborans ꝑ modū rectificantis eſt in ſeptē virtutibꝫ. Per modum expedientis eſt in ſeptē donis ſpūſſancti.

Gratia cōſummans cōſummatione vie conſiſtit in ſeptē beatitudinibꝫ conſūmatione patrie in ſeptem dotibꝫ. quarū tres ſunt in anima. Viſio. Tentio. ⁊ Fruitio. que reſpondent tribꝫ virtutibꝫ theologicis. quattuor in corpore. que reſpondēt quattuor virtutibus cardinalibus. Claritas reſpōdet prudentie. quia clara eſt ⁊ que nunq̃ marceſcit ſapiētia. Sapiētie. vj Subtilitas tēperantie. Agilitas fortitudini. Impaſſibilitas iuſticie. quia iuſticia ꝑpetua eſt ⁊ immortalis. Sapiētie ꝓmo. Igitur audi tacens ⁊ accedet tibi bona gratia. Eccleſiaſtici. xxxij. Non gratia gratis data que ſtat cū crimine. Nã fallax gratia ⁊ vana eſt pulcritudo. Sed gratia gratū faciens que non patitur crimen.

Hanc gratiã deſcripſi tripliciter quantum ad ortum Eſt enim datū optimum ⁊ donum perfectū deſcendens a patre luminum. per verbum

Incarnatum
Crucifixum.
Et inſpiratum.

Per hoc verbum reducimur in primum principiū. quod notat Dyoniſius tractãs hoc verbum Omne datum optimū. Jacobi quarto. dicens. Omnis a patre manifeſtationum ꝓceſſus. in nobis large ac bene proueniens vnica virtus nos replet. ⁊ conuertit nos in patrem luminū.

Gratiam deſcripſi tripliciter quantum ad vſum. qui debet eſſe

Fidelis
Virilis.
Et liberalis.

Gratiã deſcripſi tripliciter q̄ntū ad fructū.

	Remiſſio culpe.
Qui eſt	Plenitudo iuſticie
	Aſſecutio felicitatꝫ et̃ne.

Ex his colligitur deſcriptio gratie talis Gratia eſt datuꝫ optimū ⁊ donum perfectum deſcendens a patre luminum per verbum incarnatū Crucifixum. ⁊ Inſpiratū

Curans a malo.
Confirmans in bono.
Cōſummans in optimo.

Gratia curans datur in ſeptem exercitijs iuſticie. ⁊ ſeptem operibus miſericordie.

Gratia corroborans datur ī ſeptem habitibus virtutum ⁊ ſeptem donis ſpiritusſancti.

Gratia cōſummans datur in ſeptem beatitudinibus. ⁊ ſeptem dotibus.

Iſti ſunt ſeptenarij qui ſunt in anno iubileo. Septem dona ſpiritusſancti enumerat Iſaias. Johannes etiam in Apocalipſi vidit in medio throni ⁊ quatruor animalium ſeptē cornua ⁊ ſeptem oculos. qui ſunt ſeptem ſpiritus dei miſſi in omnē terram. Dona ſanctiſpiritus dicuntur cornua ventilantia peccata. dicuntur oculi habentes vim expeditiuam ad bona. Verum quia donuꝫ ſapiētie eſt precipuitate primū. occurrit verbum apoſtolicum. Si cōſurrexiſtis cum chriſto. que ſurſum ſunt querite. vbi chriſtus eſt in dextera dei ſedens. Que ſurſum ſunt ſapite. non que ſuꝑ terrã.

Hortatur ergo nos apoſtolus in verbo propoſito.

Ad acquirendam ſapiētiam verã Que ſurſum ſunt ſapite.

Ad relinquēdã ſapientiã vanam. Non que ſuper terram.

Ad imitandã ſapientiã primam Sicō ſurrexiſtis cum chriſto.

Ad exercendam ſapientiam rectã Que ſurſum ſunt querite.

Inſinuat apoſtolus duplicem anime aſpectum.

Aſpectum ad eterna ⁊ inuiſibilia. qui dicit̃ intellectus vel intelligentia.

Aſpectum ad temporalia ⁊ corruptibi/

lia.qui dicitur ratio.

Scðm duplicem aſpectum eſt duplex anime affectus. ex quo naſcitur duplex ſapientia.

Affectus eternorum Ex quo oritur ſapientia que deſurſum eſt.

Affecꝰ terrenorum. Ex quo oritur ſapientia.que de deorſum eſt.

Sapientiã que de deorſum eſt deſcribit Jacobꝰ ſic inquiens. Nolite gloriari ⁊ mendaces eſſe aduerſus veritatẽ. Nõ eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens. ſed terrena. animalis. dyabolica.

Inq̃ʒtum eſt cũ affluentia temporalium terrena eſt.

Inq̃ʒtũ eſt cũ delectatõe nefaria.aĩal' eſt.

Inq̃ʒtum eſt cũ ambitione ſuperba.dyabolica eſt.

Iſti ſapiẽtie cõminaẗ dominꝰ per ꝓphetam ſic inquiens. Perdã ſapientiam ſapiẽtium.⁊ prudentiã prudentiũ reprobabo.

Et Hieremias dicit. Sapientes ſunt vt faciant mala. bene autẽ facere neſcierunt. Ad ſapientiã mundi perdendã approriatus eſt chriſtus. Humiliatꝰ eſt chriſtus. Crucifixus eſt chriſtus. Nõne ſtultam fecit deꝰ ſapientiã huius mundi. Elegit chriſtus in cruce cõtraria ſapientie mũdi. Tu magnipendis temporaliũ ſuauitates. amaricatꝰ eſt chriſtus. Tu magnipendis honores. vilificatus eſt chriſtus. Vicit tamen chriſtus.quia qð ſtultum eſt dei. ſapientius eſt hominibꝰ. Stultiſſimus ſum virorũ.et ſapientia hominũ non eſt mecum. Stultus reputatus fuit chriſtꝰ.quãdo receſſit ab appetitu aliorũ. Stultior quando voluit affligi. Stultiſſimus quãdo voluit crucifigi. Et tamen hec eſt ſapientia ſanctorum. Gloria noſtra hec eſt teſtimonium conſciẽtie noſtre.quia non in ſapientia carnali.ſed in ſapientia dei conuerſati ſumus in h mũdo. Si quis videẗ inter vos ſapiens eſſe. ſtultus fiat vt ſit ſapiens. Multi ambulant quos ſepe dicebam vobis.nunc autem ⁊ flens dico.inimicos crucis chriſti. Quorum deus venter eſt. quorum finis interitus.⁊ gloria in confuſione eorum qui terrena ſapiunt. Non in ſapientia verbi. vt non euacuetur crux chriſti.

De ſapientia autem que deſurſum eſt dicit Eccleſiaſtes.ꝗ tantũ differt ſapientia a ſtulticia. q̃ʒtum differt lux a tenebris. In hoc inſinuatur ortus ſapiẽtie. quia lux eſt. Lux inq̃ʒ deſcendẽs a patre luminum. a q̃ eſt omne datum optimũ.⁊ omne donũ perfectum Deſcendit autẽ hec lux ſapientie radio triformi.ſm triformẽ affluentiam.

Ad potentiam intellectiuã illuminandã deſcendit a ſummo deo in intellectum.

Ad potentiam amatiuam letificandam. deſcẽdit ab intellectu in affectum.

Ad potentiam operatiuã fortificandam. deſcendit ab affectu in effectum.

De deſcẽſu lucis ſapientie in intellectũ ſcribitur in ſapientia. Candor eſt lucis eterne.⁊ ſpeculum ſine macula dei maieſtatis ⁊ imago bonitatis illius.per nationes ĩ animas ſanctas ſe transfert.amicos dei ⁊ prophetas cõſtituit.

De deſcenſu lucis ſapientie in affectum. ſcribitur ĩ Eccleſiaſtico.c.xl. Vinum ⁊ muſica letificant cor.⁊ ſuper vtraq̃ʒ dilectio ſapientie Vinum ⁊ muſica ſignificant ſpecies impreſſas.que nõ ſunt veritas. ſed ſimilitudo veritatis. Iſte non vere ſed fantaſtice letificant animã. Veritas autem increata replet animam. Hanc amaui ⁊ exquiſiui a iuuentute mea.⁊ propoſui illam regnis ⁊ ſedibus.⁊ diuitias nihil eſſe dixi in cõparatione illius. Super ſalutem ⁊ pulcritudinem dilexi eam. Ineſtimabilis eſt delectatio ſapientie.

De deſcenſu lucis ſapientie in effectum dicitur in Eccleſiaſte. Sapientia cõfortabit ſapientem ſuper decẽ principes ciuitatis. Nulla virtus nec angelica nec humana tm̃ fortificat vt ſapientia. Sapientia ĩtrauit in animã viri iuſti.⁊ ſtetit contra reges horrẽdos in ſignis ⁊ portẽtis. et dedit illi certamẽ forte vt vinceret ⁊ ſciret.quoniam omniũ potentior eſt ſapiẽtia. Hec ſapientia diſponit vt anima ſit domꝰ dei.

Videamꝰ igitur que ſit domus ſapiẽtie Chriſtꝰ dicebat.q̇ audit verba mea ⁊ facẽ ea. ſimilis erit viro q̇ edificauit domũ ſuã ſup̃ petrã. Hec domꝰ ꝑncipaliẗ edificaẗ a ſapia qꝛ delitie ſapie ſunt eſſe cũ filijs hoĩm In ꝓuerbijs quoq̃ʒ legiẗ. Sapia edificauit ſibi domũ.excidit colũnas ſeptẽ Has ſeptẽ colũnas numerat Jac.ſic inq̇ens. Sapia q̃ deſurſum eſt.primũ quidẽ pudica eſt. deinde pacifica.modeſta.ſuadibilis.bonis cõſentiens.plena miſericordia ⁊ fructibus bonis.iudicans ſine ſimulatione.

Igitur domus ſapientie.

Prima columna eſt pudicicia in carne

Secunda columna eſt ſimplicitas in mente.

Tertia columna eſt modeſtia in ſermōe.

Quarta columna eſt ſuadibilitas in affectu.

Quinta colūna eſt liberalitas in effectu

Sexta columna eſt maturitas in iudicio.

Septima colūna eſt ſanctitas ī intētiōe

Prima ḡ columna ꝑ quā ſtabilit̃ domꝰ ſapiētie eſt pudicicia in carne. Nā in maliuolā animā nō introibit ſapiētia. nec habitabit in corpe ſubdito peccatꝫ. Caſtitas ⁊ humilitas ſunt pediſſeque ſapiētie. iuxta viſionē Gregorij nazāzeni. Si vis me q̄ ſum ſapiētia. ſerua pediſſequas meas. Mundicia ḡ cū humilitate eſt ꝑncipalis colūna ſapiētie. Unde luxurioſa res vinū. ⁊ tumultuoſa ebrietas. quicūqꝫ his delectat̃ nō erit ſapiens. Uinū ⁊ mulieres apoſtatare faciunt ſapiētes. Diuina ꝑmiſſione apoſtatauit Salomon vſqꝫ ad idolatriā ꝓpter mulieres In taberna mūdi vendit̃ vinū quod hominē ducit in obliuionē ſapīe.

Secūda columna ſapiētie eſt ſimplex innocētia ī mēte. qđ notat̃ cū dicit̃. deinde pacifica. Augꝰ. dicit ꝙ pax eſt trāquillitas ordinis. Uñ quādo q̄s reuerenter ſe ſubijcit ſupiori. equanimiter ſe habꝫ ad parē. diſcrete regit inferiorē. talis pax diſſipat om̄e malum. cauet om̄e diſſidiū. Qui patiēs ē multa gubernat̃ prudētia. qui aūt impatiēs eſt exaltat ſtulticiā ſuā. Quis ſapiēs ⁊ diſciplinatus inter vos oſtēdat ex bona cōuerſatione opationē ſuā. Iac. c. iij.

Tertia colūna ſapiētie eſt modeſtia ī ſermone. ⁊ hoc notat̃ cū dicit̃ Modeſtia. Sapiēs expectabit vſqꝫ ad tempꝰ. ſtultus aūt ⁊ imprudēs nō expectabit tp̄s Summa inſipiētia eſt eodē detractiōis gladio ſeipſum trāſuerberare ⁊ ꝓximū. Tāta quoqꝫ eſt vicinitas taciturnitatꝫ ⁊ ſapiētie ꝙ ſtultꝰ quoqꝫ ſi tacuerit ſapiēs reputabit̃. Uerba oris ſapiētis gratia. Om̄is ſermo malus de ore veſtro nō ꝓcedat. ſed ſi q̄s bonus eſt vt p̄ſtet edificationē audiēti. Sermo veſter in gratia ſemꝑ ſale ſit cōditus. Sedet̃ ad mēſam. hoſtis antiquꝰ nitit̃ paſcere veneno Mors ⁊ vita in manibꝫ lingue.

Quarta colūna domꝰ ſapiētie eſt ſuadibilitas in affectu. qđ notat̃ cū dicit̃. Suadibilis. bonis cōſentiēs. Nullꝰ eſt ſuadibilis in bono niſi benignꝰ. Unde dicit̃. Benignꝰ eſt ſpiritꝰ ſapiētie. Q̄to hō ſapientior tanto ſuadibilior in bono. Inaurꝫ aurea ⁊ margarita fulgens q̄ arguit ſapientē ⁊ aurem obedientē. Sicut inauris ornat aurem. Margarita in corona ornat facieꝫ. ſic verbū bonū ornat ſapientē. Quādo ſapientis diſciplina corrigeris. ornaris ornamento pulcerrimo. Quādo diſciplinā contemnis. margaritā cōculcas. Noli arguere ſtultū ne oderit te. argue ſapientē ⁊ diliget te.

Quinta colūna eſt liberalitas in effectu. Sapiētia vult habere miſericordiā. nō ſolum in affectu. ſed etiaꝫ in effectu. Et notat̃ ibi. plena miſericordia ⁊ fructibꝫ bonis A fructibꝫ eorū cognoſcetis eos. Os ſuū aperuit ſapiētie. ⁊ aperuit manū ſuam inopi. et palmas ſuas extēdit ad pauperē. Uult ſapientia ꝙ homo faciat opa nō lubrica. ſed fructuoſa. Bonoꝝ laboꝝ glorioſus eſt fructus. Cōſiderate viros boni teſtimonij ⁊ ſapiētie. quos cōſtituamꝰ ſuper hoc opꝰ diſpenſandū. Sicut miſericordia eſt amica ſapiētie. ſic inmiſericordia inimica Que ſeminauerit homo. hec ⁊ metet. Si terra mea contra me clamat. ⁊ ꝑ ea ſulci eius deflent. Contra auarū diſpenſatorē terra clamat

Sexta columna eſt maturitas in iudicio. quod notat̃ ibi. Iudicās ſine ſimulatione Iudex ſapiens iudicabit populū ſuū Suū inqꝫ ſuper quē habet auctoritatem. Quia ſi auctoritatē trāſcēdat. non eſt iudex ſapiēs. Debet autē iudex non temere iudicare. ſed habeat in iudicio

Rectitudinis equitatem.

Noticie claritatem.

Propter equiſſime rectitudinis zelum dicit propheta. Os iuſti meditabit̃ ſapientiam. ⁊ lingua eius loquet̃ iudiciū. Iudex recto zelo motꝰ reprobat mala. approbat bona. Rex qui ſedet in ſolio iudicij diſſipat omne malū intuitu ſuo. Illū quem odis. iudicare nō potes. quia oculus odiētis obductꝰ tenebra odij. tenebroſa reputat opera exoſi. Iratus plato ſuſpēſo flagello. nō preſumpſit iudicare ſeruū.

Debet autē iudex habere noticie claritatē Cauſam quā neſciebā diligētiſſime inueſtigabam. Amici Iob arguebant eum di

centes. Deus iuſtum non punit. te autem
punit. Ergo tu non es iuſtus. Job re/
ſpondebat. Conuertimini ad me omnes
⁊ venite ⁊ nõ inueniam in vobis vllum ſa/
pientẽ. Apoſtolꝰ dicit. Nolite iudicare. et
nõ iudicabimini. Nolite añ tempꝰ iudicare
quoadusq̄ʒ veniat dñs qui ⁊ illuminabit ab
ſcondita tenebrarũ.

Septima colũna ſapiẽtie eſt ſancta ſim/
plicitas in intẽtione. iudicãs ſine ſimulati/
one Rex Salomon fecit thronũ grandẽ
ad quẽ aſcendebat ſex gradibꝫ. Ultimꝰ gra
dus ſeptenarij columnarum ſapiẽtie eſt ſancti
tas ſimplicitatis i intẽtiõe. Hoc gradu
attingit culmen celi. ꝓpter quod dicit Que
ſurſum ſunt ſapite ⁊c. Quid habet am/
plius ſtulto ſapiens niſi vt pergat illuc vbi
eſt vita. Eccleſiaſtes. Huiꝰ ſapiẽtie chri/
ſtus fuit fundator ⁊ cõſũmator. Ut ſapiẽs
architectꝰ fundamentũ poſui. Fundamen
tũ autẽ aliud nemo poteſt ponere p̄ter id qđ
poſitũ eſt. quod eſt chriſtꝰ Jhs. Et i chriſto
ſunt omnes theſauri ſapiẽtie ⁊ ſciẽtie abſcon
diti. Oculi ſapiẽtis in capite eiꝰ. id eſt. i chri
ſto. quia h̄ eſt vita eterna vt cognoſcãt te ſo
lum verũ deũ ⁊ quẽ miſiſti Jhm xp̄m.

Uiſo ſapiẽtie ortu. viſa ſapientie domo.
videda eſt ſapiẽtie ianua. Eſt aũt ſapiẽtie
porta cõcupiſcentia eiꝰ ⁊ vehemẽs deſideri
um. Aperi os tuũ ⁊ ego adimplebo illud.
Per attractũ deſiderij deſcẽdit in me ſapi
entia. Per iter deſiderij pergo ad ſapientiã.
Deꝰ charitas eſt ⁊ qui manet in charitate i
deo manet ⁊ deꝰ in eo. Ubi vera ſapientia.
ibi vera cõplacẽtia. Ubi aũt ſumma cõpla
centia. ibi neceſſario p̄cedet ſũma concupi/
ſcentia. Fili cõcupiſcens ſapiam. ꝯſerua iu
ſticiã. ⁊ deꝰ prebebit illã tibi. Obſeruãtia iu
ſticie diſponit ad ſapiẽtiã. ſicut appetitꝰ ma/
terie ad introductionẽ forme. Inclinat em̄
appetitꝰ vt vniat forma materie mediãtibꝫ
diſpoſitionibꝫ. nõ ꝙ ille diſpoſitiões pimã/
tur. ſed magis ꝑficiant. Quis eſt ergo mo
dus adipiſcẽdi ſapiam. Reſpõdet Sapie.
vj. Initiũ eī illiꝰ veriſſima eſt diſcipline cõ/
cupiſcentia. cuſtodia diſcipline dilectio eſt.
⁊ dilectio cuſtodia legũ illius eſt. cuſtodia
autẽ legũ cõſummatio eſt incorruptionis.
Incorruptio aũt facit eſſe ꝓximũ deo. Cõ/
cupiſcentia aũt ſapiẽtie deducet ad regnuʒ
perpetuũ. Cõcupiſcẽtia ergo ſapientie ge
nerat cõcupiſcentiã diſciplina. Diſcipli/
na autẽ duplex eſt. ſcʒ Scolaſtica ⁊ mona/
ſtica. Neutra ſufficit ad perfectã ſapiẽtiam
quia nõ audiẽdo ſolũ ſed obſeruãdo fit ho
mo ſapiens. Unde Dauid dicebat. Boni
tatem ⁊ diſciplinã ⁊ ſcientiã doce me. quia
ſciẽtia nõ habet niſi p̄cedat diſciplina. Nec
diſciplina niſi p̄cedat bonitas. ⁊ ſic ꝑ boni/
tatẽ ⁊ diſciplinã ineſt nobis ſciẽtia. Egro/
tus etiã nõ ſanat audiendo medicũ. ſed p̄/
cepta eius ſeruãdo Quia ergo pauci vadũt
per iſtã viam ſapiẽtie. ideo pauci ꝑueniunt
ad verã ſapientiã. Cõcupiſcentia em̄ diſci/
pline vbi eſt parit dilectionẽ. dilectio virtu
tem. q̄ ſit liberalis nõ ſeruilis. ex amore nõ
timore. ſic autẽ cũ diligis bonũ legẽ cuſto/
dis. vt dictũ eſt. quia finis precepti eſt cha/
ritas de corde puro. Quãdo autẽ cuſtodis
legem. ſanctificaris. ⁊ efficeris plenus ſpiri/
tuſancto. quia ꝑ dilectionẽ dei abſtrahitur
homo ab omi amore qui deꝰ non eſt. Et ſic
ſanctificat homo. quia ſanctitas eſt ab om
ni labe libera ⁊ ꝑfecta ⁊ omnino imaculata
mundicia. ait Dyoniſiꝰ de diuinis noibus
caplo. xij Sanctitas facit hominẽ deifor
mem. Sancti eſtote quoniã ego ſanctꝰ ſuʒ.
Unde ⁊ ſpiritꝰ ſeraphici clamãt. Sanctꝰ.
ſanctus. ſanctꝰ Homo ſanctꝰ in ſapientia
manet ſicut ſol.

Et ſic patet quomõ ſextuplex eſt ianua
ſapientie ſcilicet.

Concupiſcentia
Diſciplina.
Bonitas
Scientia
Dilectio.
Oratio.

De ianua inuocatiõis ſiue oratiõis ſcri/
ptum eſt. Optaui ⁊ datꝰ eſt mihi ſenſus. in/
uocaui ⁊ venit in me ſpiritꝰ ſapiẽtie. Sa/
lomon poſtulauit ſapientiã ⁊ venit in eum.
ſed nõ niſi qr amauit ⁊ optauit eam. q̇a em̄
ſumme bonũ eſt. ſũme amanda eſt. ⁊ q̇a cõ/
mune bonũ eſt vniuerſaliter appetenda eſt
Quod patet exẽplo Salomonis q̇ nõ pe/
tiuit aurũ ⁊ argentũ. ſed cor docile. et venit
in eũ. Unde Ja. ij. Si quis veſtrũ indiget
ſapiẽtia. poſtulet a deo. qui dat omnibꝫ af/
fluenter ⁊ nõ improperat ⁊ dabit ei. Poſtulet
autẽ in fide nihil heſitans. Hanc amaui et
exquiſiui a iuuẽtute mea. ⁊ queſiui eã michi
ſpõſam aſſumere. ⁊ amator factꝰ ſum formo
illius. Hec eſt ergo porta oratiõis

Forma ergo ſapiẽtie eſt mirabilis.ꝛ nul
lus eã aſpicit ſine admiratiõe ꝛ extaſi.vt oñ
dit Heſter. Et ideo mirabilis.qꝛ eſt de eo
cui⁹ facies plena eſt gratiaꝝ. Uniuerſa ter
ra deſiderabat videre vultũ Salomonis.
Et regina Saba venit a finibꝫ terre audi/
re ſapiam Salomonis.ꝛ ecce pl⁹ ꝙ̃ Salo
mon hic. Xp̃m habem⁹ intra nos ꝛ nolu/
mus eũ audire Prochdoloꝛ filia regis pul
cerrima offerꝛ̃ nobis in ſpõſam.ꝛ magꝫ eli/
gim⁹ copulari meretriculis ſcenicis.ſcꝫ hu
mane ꝛ mũdane phĩe.ꝛ volum⁹ reuerti ĩ egi
ptum ad cibũ viliſſimũ.dimittẽdo cibũ ce/
leſtẽ. Forma ergo ſapiẽtie mirabilis eſt.

Nam diuina ſapientia eſt

Modo vniformis. In regl'is diuina/
rum legum.

Modo multiformis In myſterijs di/
uinarũ ſcripturarũ.

Modo omniformis In veſtigijs di/
uinorũ operum.

Modo nulliformis In ſuſpendijs di
uinorũ exceſſuũ.

Eſt ḡ ſapiẽtia mõ vniformis in regulis di
uinarũ legũ. Apud ſapiam increatã non
eſt trãſmutatio nec viciſſitudinis obũbra/
tio. Clara eſt ꝛ q̃ nunꝙ̃ marceſcit ſapiẽtia
ꝛ facile videꝛ̃ ab his q̇ diligunt eã.ꝛ inueniꝛ̃
ab his qui q̃runt illã. Preoccupat q̇ ſe con
cupiſcũt vt ſe illis ṗoꝛ oſtẽdat. Uide imu/
tabilitatẽ in regulis diuinarũ legũ.que noſ
ligãt ꝛ neceſſitãt intellectũ. Regl'e iſte mẽ/
tibus rõnalibꝫ inſplẽdentes ſunt om̃es illi
modi ꝑ q̃s ratio dignoſcit ꝛ iudicat id qd̓ ẽ
neceſſariũ.ꝛ aliter eſſe nõ põt. vtpote. Qd̓
ſumme ṗmũ.ſũme venerãdũ.Qd̓ ſũme ve/
rũ.ſũme credẽdũ ꝛ aſſentiẽdũ.Qd̓ ſumme
bonũ.ſũme deſiderãdũ ꝛ diligẽdũ. He di
uinaꝝ legũ imp̃ſſiões deſcripte fuerũt in ṗ
ma tabula ꝭm ternariũ p̃ceptoꝝ. Docꝫ ãt
Aug⁹.de v̓a reli.ꝙ he regule ſunt Infallibi
les. Indubitabiles. Inuidicabiles. Iudi
cam⁹ eñ ꝑ illas.nõ d̓ illis. Et iõ iſta ſapien
tia clara eſt. Sũt etiã incõmutabiles. inco
artabiles.indetermiabiles. Et iõ h̓ ſapien/
tia nũꝙ̃ marceſcet. He regule intm̃ certe
ſunt vt nullo modo ſit eis ꝯtradicere ad in
teri⁹ rationẽ. Radicanꝛ̃ aũt in luce eterna
ꝛ ducũt in eã. Nõ eſt aũt veꝝ ꝙ fundenꝛ̃ in
lumine create intelligẽtie.que illumiet men
tes.quia cũ ille regule ſint incoartabiles.qꝛ
mentibꝫ omniũ ſe offerũt.tunc ſequereꝛ̃ ꝙ i
telligentia eſſet incoartabilis. ꝛ creatura eſ
ſet actus pur⁹. Et q̇ hoc dicit eneruat fon/
tem ſapiẽtie.ꝛ facit idolũ deũ. Sꝫ h̓ ſapien
tia radiat ſuꝑ animã.qꝛ aſſiſtit p̃ foribꝫ

Modo apparet ſapiẽtia multiformis in
myſterijs diuinaꝝ ſcripturaꝝ. Hãc multi/
formitatẽ myſterioꝝ oſtẽdit apoſtolus ad
Eph.ſic inquiẽs. Mihi oĩm ſanctoꝝ mini
mo data eſt hec gratia in gẽtibꝫ euãgeliſare
inueſtigabiles diuitias xp̃i.ꝛ illumiare om
nes que ſit diſpẽſatio ſacramẽti abſconditi
a ſeculis in d̓o q̇ om̃ia creauit. vt inoteſcat
poteſtatibꝫ ꝛ ṗncipibꝫ ꝑ eccleſiaꝫ multifoꝛ/
mis ſapiẽtia dei. Innoteſcere aũt eſt ãge/
loꝝ miniſterio clareſcere ꝛ nob̄ illuceſcere.
ſicut dꝛ lex data ꝑ angelos.h̓ eſt miniſterio
angeloꝝ. Neceſſe autẽ fuit diuinaꝝ ſcp̃tu
rarũ ſapiam eſſe multiformẽ. In multitu
dine figurarũ varietate ſacramẽtoꝝ.plura/
litate ſignoꝝ.vt veleꝛ̃ ſuperbis.reueleꝛ̃ hu/
milibꝫ. Hec velamia claudũt xp̃um.occul/
tant ſapiam ſapiẽtibꝫ ꝛ immũdis. Matth.
xj.dicit ſaluatoꝛ. Cõfiteoꝛ tibi pr̃ dñe celi et
terre.qꝛ abſcondiſti hec a ſapiẽtibꝫ ꝛ prudẽ
tibꝫ ꝛ reuelaſti ea ꝑuulis. Optime ergo di
cit Paul⁹. Mihi omniũ ſanctoꝝ minimo
ꝛc̃. Sed querꝛ̃ quomõ Paul⁹ euãgelizat
inueſtigabiles diuitias gratie xp̃i. Rñdeo
Ipſe dicit. Manẽt fides.ſpes.caritas.tria
hec. Triplex autẽ refulget intelligẽtia in
ſcripturis.

Prima docet quid credendũ Q̃tũ ad
fidem.

Secũda docet q̇d expectandũ Q̃tum
ad ſpem.

Tertia docet q̇d oꝑandũ Q̃tũ ad cha
ritatẽ.que oꝑaꝛ̃ magna ſi eſt.vt dic̃ Grego/
ri⁹.ꝛ Ioh.xvi. Si q̇s diligit me ſer.me.ꝛ̃.

Refulgẽtia q̃ztũ ad fidẽ eſt allegoria.que
bifurcata eſt ꝭm iuncturã capitꝭ ꝛ corporis
Allegoria ſpectãs ad caput xp̃um fertur
ad ip̃m natũ.paſſum.ꝛ mortuũ. Allegoria
ſpectãs ad corp⁹ ferꝛ̃ ad eccl'iam. ꝭm ſtatuꝫ
ṗmitiuũ.mediatiuũ.ꝛ finitiuũ. Nã ꝛ his
modis tribꝫ cõmẽdat ſpõſus ſpõſaꝫ ĩ Cãti.

Que iſta inquit que aſcendit quaſi auro
ra cõſurgens. pulcra vt luna. electa vt ſol.
ꝛ̃.vt c.ꝛc̃. Cant.vj.

Que eſt iſta que aſcendit ꝑ deſertũ ſicut
virgula fumi ex aromatibꝫ mirre ꝛ thuris.
ꝛ vniuerſi.ꝛc̃. Cañ.iij.

Que eſt iſta que aſcẽdit d̓ deſerto delicijs

affluens ⁊ inixa ſup dilectū ſu. Cañ. viij.
Inſuper de chriſto capite dicit Paulus
Nolo vos ignorare fratres. qm̄ pr̄es nr̄i
oẽs ſb nube fuer̄t ⁊ oẽs mare trãſier̄t. ⁊ oẽs
in Moyſe baptizati ſunt in nube ⁊ in ma/
ri. ⁊ om̄es eandẽ eſcã ſpiritualẽ mãducaue/
runt. ⁊ om̄es eundẽ potũ ſpiritualẽ biber̄t.
Bibebãt aũt de ſpiritualiꝯſequẽte eos pe
tra. petra aũt erat xp̄s. De allegoria perti
nẽte ad corpus xp̄i myſticũ dicit idẽ. Scri
ptum eſt qm̄ Abraã duos filios hũit. vnũ
de ancilla. ⁊ vnũ de libera. Sȝ q̇ de ancilla
ſm carnẽ natꝰ eſt. q̇ ãt de libera ꝑ repromiſſi
onẽ. que ſunt ꝑ allegoriã dicta. Hec eĩ ſunt
duo teſtamẽta. nõ oportuit vt ampliꝰ expla
naret. qꝛ ꝑ illã intelligũtur duo populi. Iu
xta intelligẽtiã que declarat q̇d eſt expectã
dũ ꝑ ſpem. ſumit̄ anagogia. Eſt autẽ du/
plex anagogia. ſcȝ celeſtis ⁊ ſupceleſtꝭ. Ana
gogia celeſtis. vt quãdo dictũ eſt Abrahe.
Su ſpice celũ ⁊ numera ſtellas ſi potes. id
eſt. celeſtes intelligẽtias Nunq̇d noſti ordi
nem celi. aut rationẽ eiꝰ pones in terra.
Anagogia ſupceleſtis eſt quãdo Abrahã
tres vidit ⁊ vnũ adorauit. Eſt etiã in duo
bus ãgelis miſſis ad ſubuerſionẽ ſodomo
rum. Hi angeli ſunt filiꝰ ⁊ ſpũſſanctꝰ. q̇ mit
tunt̄. Pater aũt nõ mittit̄. ⁊ hinc eſt ꝙ ſolũ
duo angeli nominãt̄. eo ꝙ pater nuſq̄ȝ miſ
ſus legit̄. Quia ꝑſo apparuit vt docet Hu/
go. Hinc eſt ꝙ in viſione Abrae dicit̄. tres
vidit ⁊c̄. Iuxta tertiã intelligentiã. q̄ de/
clarat q̇d agendũ ꝑ charitatẽ. ſumit̄ tropo
logia. Eſt aũt tropologia duplex. Una q̄
ſpectat ad actiuã. ſ. que docet q̇d agendum
Alia ſpectat ad cõtemplatiuã. que docet q̄
modo cõtemplãdũ. quõ aĩa ferat̄ in deum.
nec tamẽ eſt anagogia. quia anagogia ẽ ſur
ſum actio aĩme in deũ. Sȝ tropologia cõ/
templatiua facit ꝙ ferat̄ ⁊ docet modũ ferẽ
di. Hec ſapiẽtia eſt velata ſupbis. qui neq̄
unt ſcripturas intelligere. quarũ myſteria
intelligi nõ poſſunt niſi ſciant̄ volumĩa de/
curſuũ vniuerſi. ⁊ diſpoſitio eiꝰ ꝑ antithera
Uide pulcerrimã ſapiam in myſterijs. et
plus q̄ȝ ꝓmo modo. Si eñ laudo ſpõſam
ꝙ verax eſt ⁊ pulcra. nõ afficit̄ animꝰ. Sed
dũ dicit ſcriptura. Pulcre ſunt gene tue ſic
turturis. collũ tuũ ſicut monilia. cõmẽdat
caſtã ⁊ honeſtã. ⁊ dat cauſam caſtitatis. q̄a
ꝓpter amorẽ ſponſi. Turtur eñ auis ẽ amo
roſa ⁊ caſta. ⁊ ꝓpter amorẽ cõparis nulli cõ/
iungitur. nec in vita eiꝰ. nec poſt mortem
Sponſa igit̄ honeſta nõ eſt quia caſta. ſed
quia honeſta ꝓpter amorẽ ſponſi. Igit̄ pul/
cerrime ſunt gene tue. que ſunt ꝓminentes
in quibus primũꝰ apparet pulcritudo.
Collũ ꝑ quod vox emittit̄ veritas eſt
Monilia que ornãt pectus ⁊ ſtringũt. di
ſcretio eſt. quia ſi q̇s dicat veritatẽ. non q̄ñ
debet. vel vt nõ debet. vel vbi nõ debet. vel
quibꝫ nõ debet. nõ ſunt ſeruate circumſtan
tie verũ loquendi. Hec ſapiẽtia ſurgit ex
multis myſterijs. ſicut ex multis ſpeculis
fiũt multiplicationes radiorũ ⁊ ignium
Hec ſunt ſpecula mulierũ ex quibꝫ fit la/
bium eneũ. Hec eſt ſcriptura. vt reuelata
facie gloriã dñi ſpeculantes. in eandẽ ima/
ginẽ trãſformemur a claritate in claritateȝ
tanq̄ȝ a dñi ſpiritu. A claritate allegorie in
claritatẽ anagogie ⁊ tropologie. Hec ſa/
pientia tribuit̄ ſm menſurã fidei. quia ſm
gradꝰ captiuationũ intellectualiũ eſt gra/
dus effuſionũ ſpiritualiũ ⁊ ſapientialiũ.
Huiꝰ ſapiẽtie Paulꝰ ſe profitet̄ ꝓfeſſoreȝ
quãdo dicit in euãgelio. Poſitꝰ ſum p̄dica/
tor ⁊ magiſter gentiũ. Moyſes aũt poſu/
it figuras nubiloſas. ⁊ ideo habuit faciem
cornutã. ſed apoſtolꝰ reuelatã.
Tertia facies ⁊ forma ſapiẽtie eſt om̄iformis in veſtigijs diuinorũ operũ. Ecc̄. dicit
Radix ſapiẽtie cui reuelata eſt ⁊ manifeſta/
ta. ⁊ ingreſſus illiꝰ quis agnouit. Unus eſt
altiſſimus creator omnipotẽs. Ipſe crea/
uit illã in ſpiritu ſancto. ⁊ vidit ⁊ dinumera
uit ⁊ dimenſus eſt ⁊ effudit illã ſup omnia
opera ſua. Hec ſapiẽtia ideo manifeſta/
ta eſt. quia ſapiẽtia clamitat. in plateis dat
vocẽ ſuam. Et tamẽ nos nõ inuenimꝰ eam.
ſicut laycus tenẽs librũ ⁊ neſciens litteras
non curat de eo vnde ſcriptura eſt nob̄ gre
ca. barbara ⁊ hebrea. Hec ſapiẽtia diffu/
ſa eſt in om̄i re. quia res om̄is ſm omnẽ ſui
proprietatẽ habet regulã ſapientie. ⁊ oſten/
dit ſapientiã diuinã. ⁊ qui ſciret om̄es pro/
prietates. manifeſte videret illã ſapiẽtiam
Ad harũ rerũ proprietates cõſiderãdaſ
cor ſuũ dederũt philoſophi. ⁊ etiã ip̄e Sa/
lomon Sed quia curioſe ſcrutabat̄. Ideo
dixit. Cuncta luſtraui in ſapiẽtia. dixi ſapi/
ens factꝰ ſum. ⁊ ipſa longiꝰ receſſit a me.
Dicit̄ autem opus dei tripl'r.
Primo modo dicit̄ eſſentia. quecũq̄ȝ ſit
illa. ſiue in genere ſubſtãtie. ſiue accidentis.

Secūdo modo dicitꝛ res ex ſuis cōple/
ta ꝓncipijs.ſic ſubſtātia. Tertio modo di
citur opꝰ dei creatura ad imaginē dei facta
Suꝑ hoc triplex opꝰ effudit altiſſimꝰ ſa/
pientiā ſuā. Deꝰ eñ creat omnē eſſentiā in
mēſura numero ꝛ pōdere. Et dādo ei hec.
dat modū.ſpeciē.ꝛ ordinē. Modū q̄ con/
ſtat. Speciē qua diſcernitꝛ. Ordinē quo
cōgruit. Nō eñ eſt aliqua eſſentia q̄ nō ha/
beat menſurā.numeꝝ.ꝛ inclinationē. Et i
his attenditꝛ veſtigiū. Hoc veſtigiū ducit ī
illā ſapiētiā in q̄ eſt modꝰ ſine modo. nume
rus ſine numero.ordo ſine ordine. In ſub
ſtantia eſt altꝰ veſtigiū ſapiētie ꝛ diuīe eſſen
tie. Habet eñ oīs ſubſtātia.materiam.
formā.cōpoſitionē. Habet ſubſtātia origi/
nale ꝓncipiū.formale cōplementū.glutinū
Habet res oīs cōpleta.ſubſtantiā. virtu
tem.ꝛ oꝑationē. Et in his repſentatꝛ myſte/
riū trinitatis. Pater origo. Filiꝰ virtus et
forma. Spūſſanctꝰ vnio ꝛ cōpago. Vere
aūt originale ꝓncipiū a formali cōplemēto
diſtinguitꝛ.nō quidē diſtinctiōe ypoſtatica.
qualis eſt in diuinis.nec accidentali. ſed re
ali diſtinctiōe ꝓncipioꝝ.quoꝝ vnū actiuū.
alterū paſſiuū. Et hoc tollere a creatura . ē
tollere ab ea repſentationē trinitatis. Nec
valet qđ dicūt falſo philoſophātes.ꝙ ange
lus ꝛ aīa idcirco cōpoſita dicuntꝛ q̄a ſunt
ab alio. Nā eſſe ab alio nō facit cōpoſitiōeȝ
tūc ei filiꝰ cū ſit a patre eſſet cōpoſitꝰ. ꝛ ſpiri
tuſſanctꝰ q̄ eſt ab vtroq̄. Igitꝛ ſolū eſſe di/
uinū eſt ſimplex.in q̄ nō differt eſſe.bñ eſſe.
ꝛ ſic eſſe. Et hec eſt ratō quare eſſe eſt nomē
dei.quia eſſe dei eſt oē illud qđ in deo eſt
In creatura aūt differt eſſe.bene eſſe. et ſic
eſſe. Veſtigiū huiꝰ ſapiētie eſt ſubſtātia.ꝟ/
tus.ꝛ oꝑatio. Nā virtꝰ eſt a ſubſtātia.opera
tio ꝟo a ſubſtātia mediāte virtute.ſicut fili/
us a patre ſpūſſanctꝰ a patre mediāte filio

Res ſubſtātifica a ſubſtātia habet eſſe. a
virtute habet tāgere ꝛ agere.ab oꝑatōe ha
bet efficere Nota etiā ꝙ virtꝰ nō videtur
accidētalis ſubſtātie. Licet eñ philoſophꝰ
dicat ꝙ naturalis potētia ſit qualitaſ. tñ lo
quitur ſm ꝙ naturalis potētia dicī modū
ꝯſequētē ſubſtantiā ſicut apparet in duro ꝛ
molli.ſanatiuo ꝛ egratiuo. Eſt etiā reperi
re creaturā rationalē ad imaginē dei factā
Et hec habet imaginē naturalē.que ꝯſiſtit
in memoria.intelligētia.ꝛ volūtate.in qui/
bus relucet trinitas. Hac aūt imagine tri
nitatis ſigillatꝛ anima. Et in hac ſigillatio/
ne recipit.

Immortalitatem.ſm ꝙ in memoria te/
netur eternitas.

Sapiētialitatē.ſm ꝙ ī intelligētia reful
get veritas.

Jocunditatē.ſm ꝙ in volūtate delectat
bonitas.

Hȝ etiā aīa imaginē quandā gratuitā.
que cōſiſtit in fide.ſpe.ꝛ charitate. Et hec ſo
lum reperitꝛ in ſubſtātijs reformatis. Igitꝛ
totū vniuerſum eſt ſpeculū plenū luminibꝫ
repſentantibꝫ diuinā ſapientiā.ꝛ eſt ſic car/
bo ignitꝰ effundēs lucē

Quarta facies ꝛ q̄rta forma ſapiētie eſt
difficillima qꝛ eſt nulliformis. Sȝ hoc vi
detur deſtructiuū p̄cedentiū.nō tñ eſt. Di/
cit eñ apoſtolꝰ ꝓma ad Corinth. Loqui/
mur ſapiam in myſterio abſconditā.quam
nec oculꝰ vidit.nec auris audiuit. nec ī cor
hoīs aſcēdit.nobis aūt reuelauit deꝰ ꝑ ſpiri
tum ſuū. Spūs aūt oīa ſcrutatꝛ.etiā pro
funda dei. Hāc ſapiam docuit Paulꝰ dyo
niſiū ꝛ Thymotheū. Oportet ḡ nos perfe
ctos eſſe vt ad hāc ſapiam veniamꝰ. Que
retro ſunt in q̄t obliuiſcēs.ad anteriora me
extēdo ſi quo mō cōprehendā. Sȝ q̄mo/
do ſapiētia cōprehendetꝛ.ſi in cor hoīs non
aſcēdit.ꝛ eſt nulliformis. Rñdeo. Hic eſt
ſtatꝰ ꝛ finis ſapiētie xpiane. Vnde cū Dyo
niſiꝰ multos libros feciſſȝ ꝯſummauit hāc
ſapiam in myſtica theologia. vbi dicit. Tu
aūt o Thymothee amice circa myſticas vi
ſiones forti actiōe ꝛ ꝯtritione ſenſus dere/
linque.vult dicere Oportet legentē eſſe ſo/
lutū ab oībꝫ q̄ ſibi inimicātꝛ. ꝛ oīa dimittat.
qꝛ ille quē vult intelligere ē ſuꝑ oēm ſubam
ꝛ cognitionē. Ibi ei eſt oꝑatio ſecretiſſima
trāſcēdens ītellectū.quā nemo ſcit niſi q̄ ex
peritꝛ. In aīa ſunt mlťe ꝟtutes apprehēſiue
ſenſitiua.imagiatiua.eſtimatiua.ītellectiua
oēs has opꝫ relinq̄re. ſȝ ī vertice ē acies
amorꝭ trāſcēdens oēs. Eſt ḡ btitudo diſpo
ſitiue ꝛ materialitꝛ in intellectiua. libatiue ꝛ
ꝯſūmatiue ī amatiua. Hec ꝯtēplatio fit ꝑ ḡ
tiā.tñ ad h̄ iuuat īduſtria.vt ſeꝑetꝛ hō ab oī
eo qđ deꝰ nō eſt.ꝛ etiā a ſeipo. Hec ē ſuꝑma
vnitio ꝑ amorē. Qꝫ aūt ſolū ꝑ amorem fiat
dicit apoſtolꝰ. In charitate radicati ꝛ fun/
dati.vt poſſitꝭ ꝯphendere cū oībꝫ ſctīs q̄ ſit
lōgitudo.latitudo.ſublimitaſ.ꝛ pfūdū Iſte
amor trāſcendit omnē intellectū ꝛ ſcientiā.

Sed cõtra ſi ſcientiã tranſcẽdit.quomo/
do poteſt iſta ſapiẽtia cõprehẽdi. Reſpõſio.
Propter hoc addit apl' s.ei aũt qui potens
eſt facere ſupra ꝙ petimꝰ aut intelligimꝰ ⁊c̃
Nulliꝰ eſt apprehẽſio iſtiꝰ ſapiẽ.niſi deꝰ re
uelet. Vñ apl'ſ dicit. Nobis aũt reuelauit
deꝰ ꝑ ſpm̃ ſuũ. Cũ ꝯo mens in illa vnitiõe
cõmendata fuerit deo.dormit ꝗdẽ vno mo
do ⁊ alio mõ vigilat. Ego dormio ⁊ cor me
um vigilat. Sola affectiua tũc vigilat.⁊ ſi/
lentiũ oĩbꝫ alijs potẽtijs iponit. ⁊ tũc hõ
alienatꝰ eſt a ſenſibꝫ.⁊ in extaſi poſitꝰ.et au/
dit verba q̃ nõ licet hoĩ loqui.qꝛ tm̃ eſt i af
fectu. Vide rationẽ. Exꝓmi nõ põt niſi qð
ꝯcipit. Cõcipi nõ põt niſi qð intelligit. Igi
tur qð ſupra intellectũ eſt exꝓmi nõ poteſt.
Vez qꝛ ad hãc ſapientiaꝫ nõ ꝑueniũ niſi ꝑ
grãm vt dicit ſapiẽs. Queciiꝗ ſunt abſcon
ſa ⁊ iprouiſa didici.omniũ eĩ artifex docu
it me ſapiẽtia. Eſt eñ in illa ſpũs ml'tiplex.
vnicꝰ.ſubtilis. Iſte ſpũs ſublimat animã ⁊
vngit eã. Hic ſpũs eſt digitꝰ dei.ad quẽ ma
gi pharaonis.i.intellectꝰ noſtri nõ poſſunt
attingere. Nota tamẽ ꝙ iſte amor extaticꝰ ẽ
Sequeſtratiuꝰ ab oĩ i adulterino affe/
ctu.ꝓpter ſpõſi affectũ vnicũ.
Soporatiuꝰ.ꝓpͤ ꝗetatõꝫ oĩm potẽtiarũ
Surſum actiuꝰ.ꝓpter anagogyas celeſti
um deſiderioꝝ.
Interemptiuꝰ.ꝓpter iugulatões carnali
um ipedimẽtoꝝ. Nõ eñ videbit me hõ ⁊
viuet. Fortis eſt vt mors dilectio. In tali
amore virtꝰ aĩe in vnũ colligit ⁊ vnit.oĩs
aũt virtꝰ vnita plꝰ eſt infinita. Et ſic intrat
aĩa in ſuũ intimũ.ꝑ hoc in ſuũ ſummũ aſcẽ
dit.qꝛ idẽ eſt ſummũ ⁊ intimũ in aĩa. dicit
Auguſtinꝰ. De ħ dulci ſopore mulcebris ꝗ
etis dicit ſpõſus in Cãtico. Adiuro vos fi
lie hieruſalẽ ꝑ capreas ceruoſqꝫ cãporũ ne
ſuſcitetis.neqꝫ euigilare faciatis dilectã do/
nec ipã velit. Ad iſtũ ſoporẽ iuuat ſupſer·
ri oĩbꝫ ſenſibilibꝫ.oĩbꝫ opatiõibꝫ intelle
ctualibꝫ q̃ ſunt cũ fantaſmatibꝫ. trãſire etiã
angelicas intelligẽtias. vt poſſit ſpõſa dice
re. Inuenerũt me vigiles ꝗ cuſtodiunt ci/
uitatẽ.paululũ cũ pertrãſiſſem eos inueni
quẽ diligit aĩa mea. Sic docet Dyoni/
ſius relinquere ſenſibilia.intellectualia en/
tia ⁊ nõ entia Vocat aũt nõ entia tempora
lia que ſunt in cõtinua variatiõe. Docet i
ſuper intrare radiũ tenebrarũ. Vocat autẽ
diuinã intelligẽtiã tenebrã.ꝓpter incõꝑhen

ſibilitatẽ. Vocat aũt eã radioſam.quia ani
ma intuẽs eã ſumme illuſtrat. Et quia hoc
nõ habet niſi ꝑ orationẽ.ideo Dyoniſiꝰ in/
cipit ab oratiõe.⁊ dicit etiã ꝙ trinitas eſt ſu
perſubſtãtialis ⁊ ſupdea ⁊ ſupbonitas . in/
tellige reſpectu noſtri intellectus. quia ma
gis ſubſtãtia.magis deꝰ.magis bonitas ꝙ
intellectꝰ capiat. Addit etiã ꝙ debemꝰ ha/
bere mẽtes nõ habẽtes oculos.quia mens
oculis intellectualibꝫ diuinã eſſentiã aſpi/
cere nõ poteſt.⁊ ideo amouẽdi ſunt. Iuxta
illud qð ſcribit in Cañ. Auerte a me ocl'os
tuos.ipſi me auolare fecerũt. Tũc chriſtꝰ re
cedit qñ mens oculis intellectualibꝫ nitit
ſupnã ſapiẽtiã aſpicere. Nõ eñ intrat ad il
lam intellectꝰ ſed affectꝰ. Unde in Cantic̃.
ſcribit. Vulneraſti cor meũ ſoror mea ſpõ/
ſa.vulneraſti cor meũ in vno oculoꝝ tuoꝝ.
⁊ in vno crine colli tui. Oculꝰ iſte eſt affe/
ctus penetrãs vſqꝫ ad ꝓfundũ. Crinis eſt
eleuatio mentaliũ cõſiderationũ. Fit autẽ
iſte aſcẽſus ꝑ vigorẽ ⁊ ꝯmotionẽ fortiſſimã
ſpũſſancti.ſicut de Helya dicit. Ecce ſpiri/
tus cõterens petras ⁊ mõtes. Ignis iſte
nõ eſt in poteſtate nr̃a.ſed ſi deꝰ dat.ſacerdo
tũ eſt nutrire igneꝫ.⁊ ſubijcere ligna ꝑ ora/
tionẽ Igit aſcẽſus iſte fit
Per fortiſſimã cõmotionẽ.ſm ꝙ dictũ ẽ
Per aſtructiuã affirmationẽ a ſũmo vſ/
qꝫ ad infimũ.
Per deſtructiuã ablatõnẽ.ab infimo vſ
qꝫ ad ſummũ.
Eſt aũt modꝰ ablatiuꝰ cõgruentiſſimus
ad aſcẽdendũ in deũ aſcenſu inꝗſitiuo. Ut
verbi gratia. Nõ eſt deꝰ hoc nec eſt illð.nec
auferet a deo quod ſuũ eſt. ſed attribuit ei
nobiliori modo qð ſuũ eſt.ꝙ intellectꝰ intel
ligat. Sequit aũt amor ⁊ aſcẽſus ablatio
nẽ. Unde Moyſes primo a ſenioribus
ſequeſtrat. Secũdo aſcẽdit in montẽ. Ter
tio intrat caliginẽ. Exemplũ optimũ po/
nitur in ſculptura. In figura inciſiõis ſcul
pens nihil ponit.ſed remouet. ⁊ tamẽ relin
quit formã nobiliſſimã. Ita noticia dei ꝑ
ablationẽ relinquit in nobis nobiliſſimaꝫ
diſpoſitionẽ in intellectu. Tranſitũ ad iſtð
ſummũ ſignificat trãſitus mortis xp̃i.tran
ſitus maris rubri.tranſitꝰ in terrã ꝓmiſſio
nis. Unde ignis ſpiritusſancti duxit Mo
yſen ad interiora deſerti. Et inde accepit il
luſtrationes mẽtales Iſta eſt ergo forma
ſapientie. Iſti ſunt ſublimes exceſſus.

Sermo terti⁹ De dono intellectus.

I N medio eccleſie

aperuit os ei⁹.ꝛ impleuit eū domi
nus ſpū ſapie ꝛ intellect⁹. Dictū
eſt de dono ſapie. dicam⁹ mō de dono intel
lectus. de q̄ dicet̄ in collatiōib⁹ donoꝝ. Lo
quit̄ aūt pulcre dauid de dono intellectus
ſic inquiēs. Bñdicā dñm q̄ tribuit mihi in
tellectū. Explicat aūt donū intellect⁹ a ſpū
ſancto infuſum. q̄tum ad

Suſcipiētis gratitudinē humilē.
Largiētis diffuſionē liberalē.

Suſcipientis humilis ḡtitudo notat̄ cū
dr̄. Qui tribuit mihi intellectū. Donū da
tū reḡrit hoiem deo eſſe gratū.

Conſiſtit aūt gratitudo

In cognoſcēdo ſeipz. ſic miſeꝝ ꝛ icapacē
In cognoſcēdo deū. ꝛ h̄ grās agēdo ei.
In cognoſcēdo donū refundēdo pulcri
tudinē doni in auctorē doni.
In cognoſcēdo doni p̄ncipiū. ꝛ h̄ fit qñ
nō impugnat̄ dans donū
In cognoſcēdo doni finē vltimū. ꝛ h̄ fit
qñ ſcit̄ ad q̄d diſtribuit̄ donum.

Diſponimur aūt ad donū intellect⁹
Sincerrime viuendo.
Manſuetiſſime ꝯuerſando.
Intelligentiā captiuando.

De ſinceritate vite diſponēt̄ ad itellectū.
dicit Iſa. Quē docebit ſciam ꝛ quē intellige
re faciet auditū. Ablactatos a lacte. auul/
ſos ab vberib⁹. Lac ſignat dulcedinē ille/
cebraꝝ quib⁹ paſcūt̄ q̄ ſequūt̄ mot⁹ infanti/
les. Danieli ꝛ ſincerib⁹ ſocijs dedit de⁹ itel
ligentiā. Delectatio circa tactū maxime im
pugnat donū intellect⁹. ebrietas ex p̄te an/
tentio verſat̃ circa ratiões formales in ma/
teria. in aīma. ⁊ in diuina ſapiētia. Quas tri
pliciter cõtingit cõſiderare. ſ. ſm habitudi/
nem ꝓportionis. ſm effectū cauſalitatꝭ. ⁊ ſm
mediū vnionis. Et ſm hec tria ē repire tria
premiſſa. Si cõſideremus eas ſm habitu/
dinē ꝓportionis. videbim⁹ in eis verbū eter
num ⁊ verbū incarnatū. Ratões intellectu
ales ⁊ abſtracte quaſi medie ſunt inter ſemi
nales ⁊ ideales. Sed ratões ſeminales nõ
poſſunt eſſe in materia. q̇n ſit in ea genera/
tio ⁊ ꝓductio forme. Similiter vero in ani
ma nõ ſunt ratiões intellectuales. q̇n ſit ge
neratio verbi in mēte. ergo nec ideales i do
quin ſit productio verbi a patre ſm rectam
ꝓportionē. hoc eni eſt dignitatis. ⁊ ſi conue/
nit creature. multo forti⁹ inferri poteſt d cre

atore. ꝓpter quod dixit Auguſtin⁹. ꝙ filius
dei eſt ars patris. Rurſus appetit⁹ qui eſt in
materia. ordinat̃ ad ratiões intellectuales.
vt nullo modo ꝑfecta ſit generatio. niſi ani
ma rationalis vniat̃ materie corꝑali. Per
cõſimilē igit̃ rationē poteſt argui ꝙ ſumma
ꝑfectio ⁊ nobiliſſima in vniuerſo eſſe nõ p̄t
niſi natura in qua ſunt rationes ſeminales
⁊ natura in qua ſunt ratiões intellectuales
⁊ natura in qua ſunt ratiões ideales. ſimul
ꝯcurrāt in vnitatē ꝑſone. quod factū eſt i fi
lij dei incarnatiõe. Predicat igit̃ tota natu/
ralis philoſophia. ꝑ habitudinē ꝓportiõis
dei verbū natum ⁊ incarnatū. vt idem ſit al
pha ⁊ o. natū ſcꝫ in principio ⁊ ante temꝑa.
incarnatū vero in fine ſeculorū. Si ſ'o cõ/
ſideremus ratiões iſtas ſm effectū cauſali
tatis. perpendim⁹ ordinē viuēdi. Quoniaꝫ
generatio nõ poteſt fieri in materia genera
bili ⁊ corruptibili ſm ratiões ſeminales. ni
ſi beneficio luminis corporū ſuꝑceleſtium.
que elongant̃ a generatiõe ⁊ corruptiõe. ſcꝫ
a ſole luna ⁊ ſtellis. Per hunc etiā modum
anima nõ poteſt oꝑa vite facere niſi ſuſcipi/
at a ſole. id eſt. a xp̄o gratuiti luminis bene/
ficiū. ⁊ niſi cõſequatur ipſi⁹ lune. id eſt. virgi
ninis Marie matris xp̄i patrociniū. et niſi
imitetur aliorū ſanctorū exēpla. ex quoꝝ cõ
curſu cõgregetur in ip̄o opus vnū atq̄ꝫ per/
fectum. Unde ordo viuēdi pendet i his tri
bus. Si autē cõſiderem⁹ iſtas ratiões ſm
vnionis mediū. intelligem⁹ per quē moduꝫ
fiat vnio anime ad deū. Nā natura corpo/
ralis aīme nõ poteſt vniri niſi mediāte hu/
more. mediāte ſpiritu. ⁊ mediāte calore. que
tria diſponūt carnē vt vitā ſuſcipiat ab ani
ma. Scdm hoc etiā intelligit̃ ꝙ deus nõ
preſtat vitā anime. nec ei etiam vnit̃ niſi ſit
humida per gemitū compunctiõis ⁊ pieta
tis. et niſi ſit ſpiritualis per cõtemptuꝫ om
nis terrenitatis. ⁊ niſi ſit calida per deſide/
rium ipſius dilecti ⁊ patrie celeſtis. Ecce q̄
liter in philoſophia naturaliter latet ſapiē/
tia dei. Penes modos predictos eſt re/
perire in illuminatione phyloſophie mo/
ralis lumen ſacre ſcripture. Quoniā inten
tio moralis philoſophie principaliter ver/
ſatur circa rectitudinē. verſatur enim circa
iuſticiam generalē. que vt dicit Anſelmus
eſt rectitudo volūtatis. Rectum autēꝫ ha/
bet tripliciter notificari. ⁊ ſcdm hoc tria pre
miſſa relucent in cõſideratiõe rectitudinis

Uno mō dr rectū cui⁹ mediū nō exit ab ex/
tremis. Si ḡ in deo eſt ſūma rectitudo ⁊ ſm
ſe. ⁊ inq̄ntū eſt pncipiū. ⁊ inq̄ntū ē finis om
niū. neceſſe eſt ī deo ponere mediā pſonam
ſm ſe. vt vna ſit tm̄ pducēs. alia tm̄ pducta.
media vo pducēs ⁊ pducta. Neceſſe eſt etiā
ponere mediū in egreſſu ⁊ regreſſu rex. ſed
mediū i egreſſu neceſſe ē q̄ pl⁹ teneat ſe a pte
pducētis. mediū vo in regreſſu pl⁹ a pte re/
deūtis. Sic ḡ res exierūt a deo p vbū dn̄i.
ſic ad cōpletū reditū neceſſe eſt mediatorez
dei ⁊ hoīm. nō tm̄ deū eſſe. ſʒ etiā hoiem. vt
homies reducat ad deū. Alio mō dr rectuz
qđ dirigēti ſe ɔformat. Et ſm h̄ ɔſiderati
one rectitudis ɔſpicit ordo viuēdi. Ille eni
recte viuit qui dirigit ſm regulas iuris di/
uini. Et h̄ eſt qn̄ volūtas homis aſſentit p̄/
ceptis neceſſarijs. monitis ſalutiferis. cōſi/
lijs pfectis. vt pbet homo q̄ ſit volūtas dei
bona ⁊ beneplacēs ⁊ pfecta. Et tūc rect⁹ or/
do viuēdi dr. in q̄ nulla obliq̄tas poteſt re/
periri. Tertio mō dicit rectū. cui⁹ ſūmitas
eſt ſurſum erecta. ſic homo habet ſtaturā re
ctam. Et ſm h̄ in ɔſideratōe rectitudis ma
nifeſtat dei ⁊ aīe vnio. Cū eni de⁹ ſit ſurſum
neceſſe eſt q̄ apex ipſi⁹ mētis ſurſum erigat
Hoc aūt eſt cū rationalr aſſentit pme verita
ti ppter ſe ⁊ ſup oīa. cū iraſcibil' innitit ſū/
me largitati. ⁊ cū ɔcupiſcibil' adheret boni
tati. tūc q̄ h̄ mō adheret. vn⁹ ſpūs eſt cū deo
Et ſic patet quō multiformis ſapiētia dei q̄
lucide tradit in ſacra ſciptura. occultat i om
ni cognitiōe. ⁊ in oi natura. Patet etiā quō
omes cognitiōes famulant theologie. Et
ideo ipa aſſumit exempla ⁊ vtit vocabul' p/
tinentib⁊ ab oīe gen⁹ cognitionis. Patʒ eti
am q̄ ampla ſit via illuminatiua. ⁊ quomō
in omi re que ſentit ſiue que cognoſcit. inte
rius lateat ipe de⁹. Et hic eſt fruct⁹ omniuz
ſcientiarū. vt i oīb⁊ edificet fides. honori
ficetur de⁹. cōponant mores. hauriātur cō/
ſolationes que ſunt in vnione ſponſi ⁊ ſpon
ſe. que quidē fit p charitatē. ad quā termia/
tur tota intētio ſacre ſcripture. ⁊ p ɔſequēs
omnis illuminatio deſurſum deſcēdens. et
ſine qua oīs cognitio vana eſt. quia nūq̄
peruenit ad filiū niſi p ſpūmſanctū. qui do/
cet nos omnē veritatē. qui eſt benedict⁹ i ſe
cula ſeculorum Amen.

Finit libell⁹ ſancti Bonauenture
de reductione artiū ad theologiā

Incipit breuiloquiū ſancti Bonauētu/
re de ordine minorum.

Flecto genua
mea ad patrē dn̄i noſtri Je/
ſu xp̄i. ex q̄ oīs paternitas in
celo ⁊ in terra nomiat. vt det
vobis ſm diuitias glie ſue v
tutē corroborari p ſpm̄. ei⁹ in interiori hoie
habitare xp̄m p fidē in cordib⁊ veſtris. i cha
ritate radicati ⁊ fundati. vt poſſitʒ cōprehē/
dere cū oīb⁊ ſanctʒ q̄ ſit latitudo. longitudo
ſublimitas ⁊ pfundū. Scire etiā ſupeminē
tē ſcie charitatē xp̄i. vt impleamini in oēm
plenitudinē dei. Magn⁹ doctor gentiū ⁊
pdicator vitatʒ. diuio replet⁹ ſpū. tāq̄ vas
electū ⁊ ſanctificatū. in h̄ verbo aperit ſacre
ſcripture (q̄ theologia dicit) ortū. pgreſſuz
⁊ ſtatū. inſinuās ortū ſcripture attēdi ſm in
fluentiā beatiſſime trinitatʒ. pgreſſum autē
ſm exigentiā hūane capacitatis. ſtatū vo ſi
ue fructū ſm ſupabundātiā ſuppleniſſime
felicitatʒ. Ort⁹ nāq̄ nō eſt p humanā inue/
ſtigationē ſʒ p diuinā reuelatiōz. q̄ fluit a pa
tre luminū. ex q̄ oīs paternitas in celo et in
terra noiat. a q̄ p filiū eius ihm xp̄m manat
in nos ſpūſſanct⁹. ⁊ p ſpūmſanctū diuidēn/
tem ⁊ diſtribuentē dona ſingulis ſicut vult
dat fides. ⁊ p fidē habitat xp̄s in cordib⁊ no
ſtris. Hec eſt noticia ieſu xp̄i ex qua origina
liter manat firmitas ⁊ intelligētia toti⁹ ſcri/
pture ſacre. Vn̄ ⁊ impoſſibile eſt q̄ aliqs in
ipam ingrediat agnoſcendā. niſi pus xp̄i fi
dem habeat ſibi infuſam. tāq̄ ipſi⁹ toti⁹ ſcri
pture lucernā ⁊ ianuā ⁊ etiā fundamētū. Eſt
eni ipa fides omniū ſupnaturaliū illumia/
tionū q̄diu pegrinamur a dn̄o. ⁊ fundamē
tum ſtabiliēs. ⁊ lucerna dirigēs. ⁊ ianua in/
troducens. ſm cui⁹ etiā menſurā neceſſe eſt
menſurari ſapiam nobis diuinit⁹ dataz. ne
quis ſapiat pl⁹ q̄ oportet ſape. ſed ſapiat ad
ſobrietatē. ⁊ vnicuiq̄ ſicut de⁹ diuiſit mēſu/
ram fidei. Mediāte igit hac fide dat nobis
noticia ſacre ſcripture. ſm influentiā beatiſ
ſime trinitatis. iuxta qđ expſſe inſinuat apo
ſtolus in pma parte auctoritatis pus indu
cte Progreſſus aūt ſacre ſcripture nō eſt
coartatus ad leges ratiocinationū. diffini/
tionum. ⁊ diuiſionū. iuxta morē aliarū ſci/
entiarum. ⁊ nō eſt coartat⁹ ad partē vniuer
ſitatis. ſed potius cū ſm lumen ſupnatura/
le procedat ad dandā hoi viatori noticiam

rex ſufficiētē ſm ꝙ expedit ei ad ſalutē. par/
tim ꝑ plana verba. ꝑtim ꝑ myſtica deſcribit
toti⁹ vniuerſi cōtinentiā. quaſi in q̄dā ſum/
ma. in q̄ attēdit latitudo. deſcribit decurſū
in q̄ attēdit lōgitudo. deſcribit excellētiā fi/
naliter ſaluādoꝝ. in q̄ attendit ſublimitas
deſcribit ꝛ miſeriā dānatoꝝ. in q̄ ꝓfūditas
ꝯſiſtit. nō ſolū ipi⁹ vniuerſi. verū etiā diuini
iudicij. ꝛ ſic deſcribit totū vniuerſum q̄tuꝫ
expedit de ipo habere noticiā ad ſalutē ſm
ipſi⁹ latitudinē. lōgitudinē. altitudinē. et ꝓ/
funditatē. Ipa etiā habet i ſuo ꝓgreſſu hec
q̄ttuor ſm ꝙ poſteri⁹ declarabit. qꝛ ſic exige
bat cōditio capacitatꝭ humane. q̄ magna ꝛ
multa nata ē magnifice ꝛ multiplicit cape/
re tāq̄ȝ ſpeculū quoddā nobiliſſimū. in q̄ na
ta eſt deſcribi. nō ſolū naturalit. veꝝ etiā ſu/
pernaturalit reꝝ vniuerſitas mūdanaꝝ. vt
ſic ꝓgreſſus ſacre ſcꝑture attēdat ſm exigē/
tiā capacitatis humane Stat⁹ vero ſiue
fruct⁹ ſacre ſcripture nō eſt quicūq̄ȝ. ſꝫ pleni
tudo eterne felicitatis. Nā hec eſt ſcriptura
in qua ꝟba ſunt vite eterne. q̄ ideo ſcꝑta eſt
nō ſolū vt credam⁹. veꝝ etiā vt vitā poſſide
am⁹ eternā. In qua q̇dē videbim⁹. amabi/
mus. ꝛ vniuerſalit oīa deſideria noſtra i/
plebunt. Quib⁹ ipletis vere tūc ſciem⁹ ſuꝑ/
eminētē ſciētie charitatē. ꝛ ita impleti erim⁹
in omnē plenitudinē dei. Ad quā q̇dē ple/
nitudinē conat nos diuia introducere ſcri
ptura. iuxta ṗdicte ſnīe apoſtolice veritatē.
Hoc igit fine. hac etiā intētiōe ſacra ſcꝑtu/
ra ꝑſcrutāda eſt ꝛ docēda. ꝛ etiā audienda
Et vt ad iſtū fructū ꝛ terminū recto ꝑueni
am⁹ ꝓgreſſu. ꝑ viā recti itineris ſcripturarū
inchoandū eſt ab exordio. H̄ eſt vt cū mera
fide ad patrē luminū accedam⁹ flectēdo ge
nua cordis noſtri. vt ipe ꝑ filiū ſuū in ſpiri/
tu ſancto det nobis verā noticiā ieſu chriſti
ꝛ cū noticia amorē ipſi⁹ vt ſic ipm cognoſcē
tes ꝛ amātes. ꝛ tanq̄ȝ in fide ſolidati ꝛ in cha
ritate radicati. poſſim⁹ ipſi⁹ ſacre ſcripture
noſſe latitudinē. lōgitudinē. altitudinē. ꝛ ꝓ/
funditatē. ꝛ ꝑ hāc noticiā ꝑueire ad pleniſſi
mā noticiā ꝛ excellētiſſimū ꝛ exceſſiuū amo
rē btiſſime trinitatꝭ. q̄ ſctōꝝ tēdūt deſideria
in q̄ eſt ſtat⁹ ꝛ cōplemētū oīs veri ꝛ boni.

De latitudine ſacre ſcripture

b Ui⁹ ſacre ſcripture fine ꝯcupito ꝛ i/
tento. ꝛ ṗncipio credito ſimul ꝛ iuo
cato vidend⁹ eſt ꝓgreſſus q̄ȝtum ad
ipſi⁹ latitudinē, longitudinē, ſublimitatē et

ꝓfunditatē. ſm viā ꝛ ordinē apoſtolici do/
cumēti. Cōſiſtit aūt ipſi⁹ latitudo in multi/
tudine ſuaꝝ partiū. Lōgitudo ꝟo in deſcri
ptione tēpoꝝ ꝛ etatū. Altitudo in deſcriptō
ne hierarchiaꝝ ꝑdatim ordinataꝝ. Profū
ditas in multitudine myſticoꝝ ſenſuū ꝛ in/
telligētiaꝝ. Si igit velim⁹ latitudinē ſacre
ſcripture ſpeculari. ṗma fronte occurrit no
bis ſacra ſcriptura ſecāda in duo teſtamen
ta. ſ. in vet⁹ ꝛ nouū Uet⁹ aūt occurrit cū mlt
titudine libroꝝ. Habet eñ libros legales.
hyſtoriales. ſapiētiales ꝛ ꝓphetales ita ꝙ ṗ/
mi ſunt. v. ſecundi. x. tertij. v. quarti ſunt ſex.
ac ꝑ hoc in vniuerſo. xxvj. Nouū ſimilit te/
ſtamentū habet libros his correſpōdētes.
ſm q̄druplicē formā. Nā legalib⁹ corrn̄dēt
libri euāgelici. hyſtorialib⁹ act⁹ aplici. ſapiē
tialib⁹ epl'e aploꝝ. ꝛ maxie Pauli. ꝓphetali/
bus correſpōdet liber apocalipſ. vt ſic mi/
ra ſit ꝯformitas int vet⁹ ꝛ nouū teſtamētū.
nō ſolū in ꝯtinētia ſenſuū. veꝝ etiā in q̄dri/
formitate partiū. In cui⁹ figurā ꝛ cōſignifi
cationē vidit ezechiel rotā q̄ttuor facierū. ꝛ
rotā in medio rote. qꝛ vet⁹ eſt in nouo ꝛ ecō
uerſo. Nā in libris legalib⁹ ꝛ euāgelicis ē fa
cies leonis ꝓpter excellentiā auctoritatꝭ. In
hyſtorialib⁹ eſt facies bouis ꝓpter exēpla ꝟ/
tutis. In ſapiētialib⁹ eſt facies homis pro/
pter prudētiā ſagacē. In libris ꝓphetalib⁹
eſt facies aq̄le ꝓpter intelligentiā perſpicacē
Recte aūt ſacra ſcriptura diuidit in vet⁹
ꝛ nouū teſtamētū. ꝛ nō in theoricā ꝛ practi/
cam. ſic phīa. qꝛ cū ſacra ſcriptura fundet ꝓ
prie ſuꝑ cognitionē fidei. q̄ virt⁹ eſt ꝛ funda
mentū moꝝ ꝛ iuſticie. ꝛ toti⁹ recte vite. non
poteſt i ea ſequeſtrari noticia reꝝ ſiue credē
doꝝ a noticia moꝝ. Sec⁹ aūt eſt de phīa. q̄
nō tm̄ de veritate moꝝ. veꝝ etiā agit de ꝟo
nuda ſpeculatiōe cōſiderato. Quoniā igit
ſcriptura ſacra eſt noticia mouēs ad bonū
ꝛ reuocās a malo. ꝛ hoc eſt ꝑ timorē ꝛ amo/
rem. ideo diuidit in duo teſtamēta. q̄ꝝ bre/
uis differētia eſt timor ꝛ amor. Et q̇a qua/
druplicit pōt q̇s moueri ad bonū ꝛ reuo
cari a malo. ſ. ꝑ ṗcepta potiſſime maieſtatis
vel ꝑ documēta ſapiētiſſime ꝟitatis. vel per
exempla ꝛ bñficia innocētiſſime bonitatis
vel ex his oīb⁹ in vnū collectis. ideo tā in
nouo q̄ȝ in veteri teſtamēto ſunt quadrifor
miter traditi libri cōtinentes ſacrā ſcriptu/
ram ſm correſpōdentiā ad q̄tuor premiſſa.
Nā libri legales mouēt ꝑ ṗcepta maieſtatꝭ

omīpotētiſſime. Hiſtoriales ꝑ exēpla boni
tatꝭ innocētiſſime. Sapiētiales ꝑ documē/
ta ꝟitatꝭ ſapiētiſſime. Prophetales mouēt
ex oīm ꝑdictoꝝ aggregatiōe. ſic̄ in eis mani
feſtiſſime apparet. Vn̄ ipi ſūt q̄ſi rememora
tiui totiꝰ legalꝭ ſapie ꝛ doctrine Eſt igitur
ſcͤptura ſacra ſilꝭis fluuio latiſſimo. q̄ ex con
curſu aq̄ꝝ multaꝝ aggregatꝛ. magꝭ ac magꝭ
ſm̄ ꝙ lōgiꝰ decurrit. Nā cū ꝑmo in ſcͤptura
eſſent libri legales. poſtea ſuꝑuenit aq̄ ſapi/
entie hiſtorialiū libroꝝ. tertio ꝟo ſuꝑadue/
nit doctrina ſapiētiſſimi ſalomōis. pꝰ h̄ etiā
doctrina ſctōꝝ ꝓphaꝝ. ꝛ tandē doctrina euā
gelica reuelata ꝑ os carnis xp̄i ꝓlata. ꝑ euā
geliſtas ꝯſcripta. ꝑ ſctōs apl̄os diuulgata.
additꝭ etiā documētis. q̄ ſpūſſctūs ſuꝑ eos
veniēs docuit nos ꝑ eos. vt ſic oēm ꝟitatez
ꝑ ſpm̄ ſcm̄ iuxta diuinū ꝓmiſſuz edocti. oīs
ꝟitatꝭ ſalutarꝭ doctrinā eccl̄ie xp̄i darēt. ꝛ ſa
crā ſcͤpturā ꝯſummādo ꝟitatꝭ noticiā dila/
tarent.

De longitudine ſacre ſcripture

Abet etiā h̄ ſacra ſcͤptura lōgitudi/
b nē q̄ ꝯſiſtit ī deſcriptiōe tā tēpoꝝ q̄ꝫ
etatū. a ꝑncipio. ſ. mūdi vſq̄ꝫ ad diez
iudicij. Deſcribit eī ꝑ tria tp̄a mūdū decur/
rere. ſ. ꝑ tp̄s legꝭ nature. legꝭ ſcͤpte. ꝛ legꝭ grē
ꝛ in his tribꝫ tēpibꝫ ſeptē diſtinguit etates.
Quaꝝ ꝑma ē ab adā vſq̄ꝫ ad noe. ſcd̄a a noe
vſq̄ꝫ ad abraā. tertia ab abraā vſq̄ꝫ ad Da/
uid. q̄rta a dauid vſq̄ꝫ ad trāſmigratōz ba/
bylonis. q̄nta a trāſmigratiōe babylōis vſ
q̄ꝫ ad xp̄m. ſexta a xp̄o vſq̄ꝫ ad finē mūdi. ſe/
ptima decurrit cū ſexta. q̄ incipit a q̄ete xp̄i
in ſepulcro vſq̄ꝫ ad reſurrectōez vniuerſalē
qū incipiet reſurrectōis octaua. ꝛ ſic ſcͤptura
eſt lōgiſſima. qꝛ ī tractādo icipit a mūdi ꝛ tē
poris exordio ī ꝑncipio geneſ. ꝛ ꝑuenit vſq̄ꝫ
ad finē mūdi. ꝛ tp̄is. ſ. ī fine apoc̄. Recte aūt
vniuerſū tp̄s (qd̄ decurrit ſm̄ triplicē legē.
ſcꝫ inditā interiꝰ. datā exteriꝰ. ꝛ deſuꝑ infu/
ſam) decurrit ꝑ ſeptē etates. ꝛ ꝯſūmatꝛ in fi/
ne ſexte. vt ſic mūdi decurſus r̄ndeat mūdi
exordio. ꝛ maiorꝭ mūdi decurſus correſpō/
deat decurſui vite minorꝭ mūdi. ſ. hois. ꝓpt
quē etiā factꝰ eſt. Nā ꝑma etas mundi (in q̄
facta ē ipſiꝰ mūdi formatio. caſus demonū.
ꝛ ꝯfirmatio angeloꝝ) recte r̄ndet ꝑme diei
in q̄ facta ē lux ꝛ diuiſa a tenebris. Secūda
(in qua ꝑ arcā ꝛ diluuiū ſaluati ſūt boni. et
deleti mali) r̄ndet ſcd̄e diei. in q̄ ꝑ firmamē
tū facta eſt diſtinctio aq̄ꝝ ab aq̄s. Tertia (i
qua vocatꝰ eſt abraā. ꝛ inchoata ſynagoga.
q̄ fructificare ꝛ generare debebat ꝓlē ad dei
cultū) correſpōdet diei tertie. in q̄ apparuit
terra ꝛ ꝓtulit herbā virentez. Quarta (in q̄
viguit regnū ꝛ ſacerdotiū. qꝛ dauid rex am/
pliauit cultū diuinū) correſpōdet q̄rte diei
in q̄ facta ē formatio luminariū ꝛ ſtellarum.
Quinta (in q̄ trāſmigrātes intꝛ ꝓpl̄os mul/
tos verſati ſūt ꝛ tribulati) correſpōdet diei
q̄nte. in q̄ facta ē formatio piſciū ex aquis.
Sexta etas (in q̄ natꝰ eſt xp̄s ī effigie hois.
q̄ ꝟe eſt imago dei) correſpōdet ſexte diei. in
q̄ formatꝰ eſt hō ꝑmꝰ. Septima (in q̄ eſt q̄/
es aīaꝝ nō hn̄s finē) correſpōdet ſeptie diei
in q̄ req̄euit deꝰ ab om̄i oꝑe quod patrarat.
Et ſic diſtiguūtꝛ he ſeptē etates ꝓpt inſignia
facta q̄ fuerūt in eaꝝ exordijs. rōne q̄ꝝ cor
reſpōdent diebꝫ formatiōis mūdi. Vocatꝛ
aūt ꝑma etas infantia. qꝛ ſicut infantia tota
obliuione deletꝛ. ſic illa ꝑma etas ꝑ diluuiū
eſt ꝯſumpta. Scd̄a pueritia. ſic̄ eni in pue/
ritia loqui incipimꝰ. ſic ī ſecūda etate facta ē
diſtinctio linguaꝝ. Tertia dicitꝛ adoleſcētia
qꝛ ſicut vis generatiua tūc incipit ī actū ſu/
um exire. ſic tūc vocatꝰ eſt abraā ꝛ data eſt ei
circumciſio. ꝛ facta eſt ei ꝓmiſſio de ſemine
Quarta dꝛ iuuētꝰ. qꝛ ſicut ī iuuētute floret
hois etas. ſic in q̄rta etate ſub regibꝫ floruit
ſynagoga. Quinta dꝛ ſenectꝰ. qꝛ ſicut ī ſene
ctute vires minuūtꝛ ꝛ decidit pulcritudo. ſic
ꝛ in trāſmigratiōe factū eſt de iudeoꝝ ſacer
dotio. Sexta etas dꝛ ſeniū. qꝛ ſicut illa eſt q̄
copulatꝛ cū morte. habēs tn̄ magnā lucē ſa/
pientie. ſic ſexta etas mūdi terminatꝛ cū die
iudicij. ꝛ in ea viget ſapia ꝑ doctrinā chriſti
Sic igitꝛ totꝰ ille mūdꝰ ordinatiſſimo dcur
ſu a ſcriptura ſacra deſcribitꝛ ꝓcedere a prin
cipio vſq̄ꝫ ad finē ad modū cuiuſdā pulcer
rimi carminis ordinati. vbi pōt q̄s ſpeculari
ſm̄ decurſum tp̄is varietatē ꝛ multiplicita
tē. ꝛ equitatē. ordinē. rectitudinē ꝛ pulcritu
dinē multoꝝ diuinoꝝ iudicioꝝ ꝓcedentiū
a ſapiētia dei gubernāte mundū. Vn̄ ſicut
nullꝰ poteſt videre pulcritudinē carminis.
niſi aſpectꝰ eius feratꝛ ſuꝑ totū verſū. ſic nul
lus videt pulcritudinē ordinationis ꝛ regi
minis vniuerſi. niſi eā totā ſpeculetꝛ. Et q̄a
nullꝰ hō tā lōgeuꝰ eſt ꝙ totam poſſit videre
oculis carnis ſue. nec futura pōt ꝑ ſe ꝓuide
re. ꝓuidit nobis ſpūſſanctꝰ libruz ſcripture
ſacre. cuiꝰ longitudo cōmetitꝛ ſe decurſui re/
giminis vniuerſi.

De ſublimitate ſacre ſcripture

b Habet nihilominꝰ ſcriptura ſacra in
ſuo ꝓceſſu ſublimitatē. q̄ ꝯſiſtit i de/
ſcriptiōe hierarchiaꝝ ḡdatim ordi/
nataꝝ. q̄ ſunt hierarchia eccl'iaſtica. angl'ica
ꝛ diuīa. ſeu ſubceleſtis. celeſtis ꝛ ſuꝑceleſtis
ita ꝙ ꝑmā deſcribit patent̄. ſcđam aliq̄ntu/
lū magꝫ occulte. ꝛ tertiā adhuc magꝫ occul/
te. Ex deſcriptiōe eccl'iaſtice hierarchie ē al
ta. Ex deſcriptōe angelice altioꝛ. Ex deſcri
ptione diuīe altiſſima. ita vt poſſimꝰ dicere
illud ꝓphe. Mirabil' facta eſt ſcīa tua ex me
ꝯfoꝛtata ē ꝛ nō potero ad eā. Et h̄ q̄dē ſatꝫ
recte Nā cū res habeāt eſſe i materia vl' na
tura. habeāt etiā eſſe i aīa ꝑ noticiā acq̄ſitā.
habeāt etiā eſſe i ea ꝑ grām. habeāt etiā eſſe
in ea ꝑ gl'iam. ꝛ habeāt etiā eſſe i arte eterna
Phia q̄dē agit de rebꝫ vt ſūt i natura ſeu in
aīa ſcđm noticiā naturalit̄ inſitā vl' etiā acq̄ſi
tam. ſꝫ theologia tāq̄ꝫ ſcīa ſuꝑ fidē fundata
ꝛ ꝑ ſpm̄ ſcm̄ reuelata. agit ꝛ de eis q̄ ſpectāt
ad grām ꝛ gl'iam ꝛ etiā ad ſapiam eternam
Vn̄ ipa ſubſternēs ſibi phicā cognitionē. ꝛ
aſſumēs ō naturꝫ reꝝ q̄ꝫtū ſibi opꝰ eſt ad fa/
bricandū ſpeculū. ꝑ qđ fiat repn̄tatio diui/
noꝝ. q̄ſi ſcalā erigit. q̄ in ſui infimo tāgit ter
ram. ꝛ i ſuo cacumie tāgit celū. ꝛ h̄ totū ꝑ il/
lum vnū hierarchā ieſum xp̄m q̄ nō tm̄ rōe
nature hūane aſſumpte ē hierarcha i eccle/
ſiaſtica hierarchia. veꝝ etiā i angl'ica. ꝛ ē me
dia ꝑſona i illa ſuꝑceleſti ierarchia beatiſſi
me trinitatꝫ. ita ꝙ ꝑ ipm a ſūmo capite deo
deſcēdit vnctiōis grā. nō ſolū in barbā. veꝝ
etiā in orā veſtimēti. qꝛ nō tm̄ in hierl'm ſuꝑ
nā. veꝝ etiā vſqꝫ i eccl'iaꝫ militantē. Eſt em̄
pulcritudo magꝫ in machina mūdana. ſꝫ lō
ge maioꝛ i eccl'ia pulcritudine ſctōꝝ chariſ/
matū adoꝛnata. maxia aūt i hierl'em ſuꝑna
ſuꝑmaxia aūt i illa trinitate ſūma ꝛ beatiſſi
ma. Iō ipa ſcꝑtura ſacra nō tm̄ habꝫ altiſſi
mā materiā ꝑ quā delectat ꝛ ꝑ quā i altū le/
uat intelligētiā mētꝫ. veꝝ etiā ipa ē venuſtiſ/
ſima. ꝛ miro q̄dā mō itellectū nr̄m delectat.
ꝛ ſic magꝫ ac magꝫ delectādo aſſuefac̄ ad di
uinoꝝ ſpectaculoꝝ ꝯtuitꝰ ꝛ anagogias.

De ꝓfunditate ſacre ſcꝑture

b Habet poſtremo ipa ſacra ſcriptura
ꝓfunditatē. q̄ ꝯſiſtit i multiplicitate
myſticaꝝ itelligētiaꝝ. Nā ꝑter lr̄alē
ſenſum habet i diuerſis locꝫ exponi triplici
ter. ſ. allegoꝛice. moꝛalit̄. ꝛ anagogice. Eſt āt
allegoꝛia quādo ꝑ vnū factū indicat̄ aliud
factū. ſcđm qđ credēdū eſt. Tropologia ſiue
moꝛalitas eſt quādo ꝑ id qđ factū eſt dat̄ in
telligi aliud qđ faciēdū eſt. Anagogia qua/
ſi ſurſum ductio. ē quādo dat̄ intelligi illud
qđ deſiderādū eſt. ſ. eterna felicitas beatoꝝ.
Recte aūt hic triplex ſenſus dꝫ eſſe in ſa/
cra ſcꝑtura ꝑter intelligētiā litteralē. q̄a ſic
cōpetit ipiꝰ ſcripture ſubiecto. ipiꝰ audito/
ri ſeu diſcipulo. ipſiꝰ oꝛigini. ipſiꝰ etiam fini
Subiecto inq̄ꝫ cōpetit qꝛ ipa eſt doctri/
na q̄ eſt de deo. de xp̄o. de oꝑibꝫ reꝑatiōis. ꝛ
de credibili. Subiectū em̄ illiꝰ q̄ ad ſubaꝫ
deꝰ. q̄ ad veritatē xp̄s. q̄ ad oꝑationē reꝑati
onis opꝰ. q̄ ad omnia hec eſt ipm credibile
Deꝰ aūt eſt trinꝰ ꝛ vnꝰ. in eſſentia vnꝰ. in ꝑſo
nis trinꝰ. Iō ſcriptura q̄ eſt de ipo hꝫ i vni/
tate lr̄e trifoꝛmitatē intelligētie. Chriſtꝰ etiā
cū ſit vnū ꝟbuꝫ oīa ꝑ ipm facta dicunt̄. et in
ipo relucēt. ita ꝙ eiꝰ ſapia eſt multifoꝛmis ꝛ
vna. Oꝑa reꝑatiōis cū ſint multa. oīa ad
xp̄i oblationē ꝑncipalit̄ habēt aſpectū. Cre
dibile aūt vt credibile diuerſimode relucet
ſcđm diuerſum ſtatū credētiū. Iō ꝓpter ꝯfoꝛ/
mitatē ad oīa ꝑmiſſa ſacra ſcꝑtura i vna
littera multifoꝛmē parit itelligentiā. Cō
petit etiā h̄ auditoꝛi. qꝛ nullꝰ ꝯueniēs eſt eiꝰ
auditoꝛ. niſi humilis. mundꝰ. fidelis ꝛ ſtudi
oſus Ideo ſub coꝛtice lr̄e aꝑte occultat̄ my
ſtica ꝛ ꝓfunda intelligētia. ad cōpꝛimēdum
ſuꝑbiā. vt ipſiꝰ ꝓfunditate i humilitate litte
re latēte. ꝛ ſuꝑbi cōpꝛimant̄. ꝛ immūdi repel
lant̄. ꝛ frauduleti declinēt̄. ꝛ negligētes exci/
tent̄ ad intelligētiā myſterioꝝ. Et qꝛ audi/
toꝛ doctrine iſtiꝰ nō eſt vniꝰ generꝫ ſꝫ cuiuſ/
libet (oēs em̄ ſaluādos opoꝛtet aliq̄ de do
ctrina hac ſcire) iō ipſa multifoꝛmē hꝫ intel
ligentiā. vt ſic oēm intellectū capiat ꝛ om̄i i/
tellectui cōdeſcēdat. omnē intellectū ſuꝑex/
cedat. ꝛ oēm intellectū ſibi diligēter intēden
tē. multitudine radioſitatꝫ ſue illumiet pari
ter ꝛ accēdat. Cōpetit etiā ꝑncipio a q̄ eſt
qꝛ eſt a deo ꝑ xp̄m ꝛ ſpm̄ ſanctū loquentē ꝑ
oꝛa ꝓphetaꝝ ꝛ alioꝝ q̄ hāc doctrinā ſcripſe/
rūt. Qm̄ aūt deꝰ nō tm̄ loquit̄ ꝑ ꝟba. veꝝ eti
am ꝑ facta qꝛ ipſiꝰ dicere facere ē. ꝛ ipſiꝰ face
re dicere. ꝛ om̄ia creata tāq̄ꝫ dei effectꝰ innu
unt ſuā cauſam iō in ſcriptura diuinitꝰ tra/
dita nō tm̄ debēt ſignificare ꝟba. verū etiā
facta. Chriſtꝰ etiā doctoꝛ licet eſſet humil' i
carne. altꝰ tm̄ erat in deitate. iō decebat ipm
ꝛ eiꝰ doctrinā hr̄e humilitatē i ſermōe. cū ꝓ
funditate ſnie. vt ſicut xp̄s fuit panniculis

ſnuolut⁹.ita ſapiã dei ĩ ſcriptura figurꝭ qui/
buſdã humilib⁹ inuolueret̃.Spũs etiã ſã/
ctus diuerſimode illuſtrabat ⁊ reuelatiões
faciebat ĩ cordib⁹ ꝓphaꝝ.ipm etiã null⁹ late
re põt intellect⁹.q̇ miſſus erat omnẽ docere
ꝟitatẽ.iõ cõpetebat ei⁹ doctrine vti ĩ vno ſer
mone multiplices laterẽt ĩtelligẽtie. Cõ/
petit nihilomin⁹ ipi fini.qꝛ ſcptura data eſt
vt ꝑ ipam dirigat̃ hõ in cognoſcẽdis ⁊ agẽ/
dis.vt tandẽ ꝑueniat ad optata. Et qꝛ oẽs
creature ad h̃ facte ſunt.vt ſeruiãt hoĩ tẽdẽ
ti ad ſupnam patriã.iõ ſcptura aſſumit ipa/
rũ creaturaꝝ ſpẽs diuerſas.vt ſic ꝑ ipas do
ceat nos ſapiam dirigẽtẽ nos ad eterna Et
qꝛ homo nõ dirigit̃ ad eterna niſi cogniti/
ua agnoſcat veꝝ credẽdũ. ⁊ opatiua faciat
bonũ opandũ.⁊ affectiua ſuſpiret ad deum
vidẽdũ ⁊ amandũ ⁊ ꝑfruẽdũ. hinc eſt ꝙ ſcri
ptura ſacra ꝑ ſpm̃ ſcm̃ data aſſumit libꝝ cre
ature.referẽdo in finẽ ſꝫm triplicẽ modũ in/
telligẽtie.vt ſic ꝑ tropologiã habeam⁹ noti
ciã agẽdoꝝ moralit̃.ꝑ allegoriã credẽdorũ
veraciter.ꝑ anagogiã deſiderãdoꝝ delecta
biliter.vt ſic purgati ꝑ ꝟtuoſam operationeꝫ
ĩllumiati ꝑ radioſam fidẽ.⁊ ꝑfecti ꝑ ardẽtiſ/
ſimã charitatẽ.ꝑueniam⁹ tandẽ ad brauiũ
felicitatis eterne.

De mõ ꝓcedẽdi ipi⁹ ſacre ſcripture.

In tãta igit̃ multiformitate ſapiẽtie
que in ipi⁹ ſacre ſcripture ↄtinet̃ la/
titudine.lõgitudine.altitudine.⁊ ꝓ/
fundo vn⁹ eſt cõis mod⁹ ꝓcedẽdi autẽticus
videlicet.intra quẽ ↄtinet̃ mod⁹ narratiu⁹.
p̃ceptori⁹.ꝓhibitiu⁹.exhortatiu⁹.p̃dictiuuſ.
cõminatori⁹.ꝓmiſſiu⁹.dep̃catori⁹.⁊ laudati
uus.Et om̃es hi modi ſub vno mõ autẽti/
co reponunt̃.⁊ h̃ q̇dẽ ſatꝭ recte. Quia em̃ h̃
doctrina ẽ vt boni fiam⁹ ⁊ ſaluemur.⁊ h̃ nõ
fit ꝑ nudã ↄſideratiõꝫ.ſꝫ poti⁹ ꝑ inclinatiõꝫ
volũtatꝭ.iõ ſcptura diuina eo modo debuit
tradi.q̇ mõ magꝭ poſſem⁹ inclinari.Et quia
magꝭ mouet̃ affect⁹ ad exẽpla q̃ꝫ ad argum̃
ta.magꝭ ad ꝓmiſſiones q̃ꝫ ad rõcinationes
magꝭ ꝑ deuotiões q̃ꝫ ꝑ diffinitiões. iõ ſcri/
ptura iſta nõ debuit hr̃e modũ diffinitiuũ.
diuiſiuũ ⁊ collectiuũ.ad ꝓbandũ paſſiones
aliquas de ſubiecto ad modũ aliaꝝ ſciaꝝ.ſꝫ
oportuit ꝙ hr̃et modos ꝓprios ſꝫm varias
inclinatiões aĩoꝝ.diuerſimode aĩos iclinã
tes.vt ſi q̇s nõ mouet̃ ad p̃cepta ⁊ ꝓhibita.
ſaltẽ moueat̃ ꝑ exẽpla narrata.ſi q̇s ñ ꝑ hec
mouet̃.moueat̃ ꝑ bñficia ſibi oñſa.ſi q̇s nec
ꝑ hec mouet̃.moueat̃ ꝑ monitiões ſagaces
ꝑ ꝓmiſſiões veraces.ꝑ cõminatiões terribi
les.vt ſic ſaltẽ excitet̃ ad deuotionẽ ⁊ di lau
dem.in q̃ ꝑcipiat grãm ꝑ quã dirigat̃ circa
opa ꝟtuoſa.Om̃ igit̃ hi modi narratiui nõ
pñt fieri ꝑ viã certitudinis rõnũ.qꝛ ꝑticula
ria geſta ꝓbari nõ pñt.iõ ne ſcptura iſta tã/
q̃ꝫ dubia vacillaret.ac ꝑ h̃ min⁹ moueret.lo
co certitudinis rõnis ꝓuidit de⁹ huic ſcri/
pture certitudinẽ auctatis. q̃ adeo magna
eſt ꝙ oẽm ꝑſpicuitatẽ humani igeniũ ſupex/
cellit.Et qꝛ nõ eſt certa auctoritas ei⁹ q̇ po
teſt fallere ⁊ falli.null⁹ aũt ſit q̇ falli nõ poſ/
ſit ⁊ fallere neſciat niſi de⁹ ⁊ ſpũſanct⁹.hinc
eſt ꝙ ad h̃ ꝙ ſcptura ſacra mõ ſibi debito eſ/
ſet ꝑfecte autẽtica.nõ ꝑ humanã inueſtiga/
tionẽ eſt tradita.ſꝫ ꝑ reuelatiõꝫ diuinã.iõ ni
hil in ipa ↄtẽnendũ tãq̃ꝫ inutile.nihil r̃ſpu/
endũ tãq̃ꝫ falſum.nihil repudiãdũ tãq̃ꝫ ini/
quũ.ꝓ eo ꝙ ſpũſanct⁹ ei⁹ auctor ꝑfectiſſim⁹
nihil potuit dicere falſum.nihil ſuꝑfluũ.ni
hil diminutũ.⁊ ꝓpterea celũ ⁊ terra trãſibũt
ꝟba ſcripture ſacre nõ p̃teribũt.q̇n impleãt
donec em̃ celũ ⁊ terra trãſeat.iota vnuꝫ aut
vn⁹ apex nõ p̃teribit a lege donec oĩa fiant.
ſaluatore teſtãte.Qui ḡ ſoluerit ea q̃ ſcptu/
ra docet.⁊ docuerit ſic hoĩes.h̃ minim⁹ vo/
cabit̃ ĩ regno celoꝝ.q̇ aũt fecerit ⁊ docuerit
hic magn⁹ vocabit̃ in regno celoꝝ.

De modo exponẽdi ſacrã ſcripturam.

Quemadmodũ aũt ſcptura h̃ ſpecia
lem hꝫ modũ ꝓcedẽdi. ſic iuxta ſuũ
ꝓcedẽdi modũ ſpeciali ſuo mõ dꝫ i/
telligi ⁊ exponi.Cũ em̃ ipa ſub vna lr̃a mul
tiplicẽ tegat intelligẽtiã.expoſitor debet ab
ſcõdita ꝓducere ĩ lucẽ.⁊ illã eductã manife/
ſtare ꝑ aliã ſcripturã magꝭ patẽtẽ.ſic ſi expo
nerẽ illud p̃s.Apprehẽde arma ⁊ ſcutũ.⁊ ex
urge in adiutoriũ mihi. ⁊ velim explicare q̃
ſint arma diuia.dicã ꝙ ei⁹ veritas ⁊ bõa vo
luntas. et ꝙ ita ſit ꝓbat̃ ꝑ ſcripturã aptam.
Nã ⁊ ſcribit̃ alibi. Scuto bone volũtatis
tue coronaſti nos.Et iteꝝ.Scuto circũda
bit te ꝟitas ei⁹.Ad qđ nõ põt q̇s de facili ꝑ/
tingere.niſi ꝑ aſſuefactiõꝫ lectiõis.textum ⁊
lr̃am biblie cõmẽdet memorie.alioq̇n in ex
poſitiõe ſcpturaꝝ nũq̃ꝫ poterit eſſe potens.
Vñ ſic q̇ dedignat̃ ꝓma addiſcere elemẽta
ex q̇b⁹ dictõ ĩtegrat̃.nũq̃ꝫ p̃t cognoſcere nec
dictionũ ſignificatũ nec rectã legẽ ↄſtructi
onũ.ſic q̇ lr̃am ſacre ſcpture ſpernit.ad ſpũ/
ales ei⁹ ĩtelligẽtias nũq̃ꝫ aſſurget, Attẽdat

aũt expoſitoꝛ ꝙ nõ vbiqꝫ reqrẽda eſt allego
ria. nec oĩa ſunt myſtice exponẽda. Propt
qȝ notandũ eſt ꝙ ſcriptura ſacra q̃ttuoꝛ hꝫ
ptes. Una eſt ĩ q̃ ſm lrãm agit de mũdanis
natur. ⁊ p illas ſignificat repationẽ noſtrã.
ſic apparet in deſcriptiõe foꝛmatiõis mũdi.
Alia eſt ĩ qua agit de actib⁊ ⁊ pceſſib⁊ illius
ppli iſraelitici. ⁊ p illos ſignificat repatiõem
gener humani. Tertia eſt ĩ q̃ nudis v̑bis ſi
gnificat ⁊ exp̃mit ea q̃ ptinẽt ad nr̃am ſalu/
tẽ q̃ntũ ad fidẽ vel moꝛes. Quarta eſt ĩ qua
p̃nũciat noſtre ſalut myſteriũ. ptim verbis
nudis. ptim enigmatic ⁊ obſcur. Et ꝓpte/
rea ſcriptura ĩ his loc varijs nõ eſt vnifoꝛ/
miter exponẽda. Debet aũt expoſitoꝛ di/
rigi ĩ expoſitiõe ſacre ſcp̃ture ſm triplicẽ re/
gulã. q̃ trahi põt de v̑bis bti Auguſtini li. ꝺ
doctrina xp̃iana. Pꝛia eſt hec. Ubicũqꝫ in
hac ſcp̃tura p̃ma v̑boꝝ ſignificatio ſignifi/
cat res creatiõis. ſiue ſingulares act⁹ huma
ne ꝯuerſatõis. ibidẽ res ſignificate p v̑ba p̃/
mo ſignificant. deinde nr̃e repatõis myſte/
ria. Ubi v̑o p̃ma ſignificatio v̑boꝝ exp̃mit
fidẽ ſiue charitatẽ. ibi nulla eſt allegoꝛia q̃/
renda. Secũda regula ẽ iſta. Ubi v̑ba hu/
ius ſcp̃ture ſignificãt res creatiõis aut con
uerſatõis ppli iſraelitici. ibi q̃rat ex alio ſcri
pture loco q̇d quelibet res ſignificet. ⁊ dein
de ſignificatiõꝫ ſuã eliciat p v̑ba nude ſigni
ficantia fidei veritatẽ. vel moꝝ etiã honeſta
tem. vtpote ſi dicat. oues pariũt gemellos
fetus. oñdat ꝙ oues ſignificãt ibi hoĩes.
⁊ gemin⁹ fet⁹ geminã charitatẽ. Tertia re/
gula eſt iſta. Qñ aliqua ſcp̃tura hꝫ aliquẽ ĩ/
tellectũ lr̃alẽ ⁊ ſpũalem. dꝫ diſcutere expoſi/
toꝛ vtrũ illa attributio cõueniat hyſtoꝛico.
an ſpũali ſignificato. ſi foꝛte vtriqꝫ nõ pote/
rit ꝯuenire. ſi aũt vtriqꝫ cõpetit. tũc lr̃aliter
⁊ ſpũalit debet affirmari. Si v̑o altero mo
do tm̃. tũc ſpũalit ſolũ debet itelligi. ſic ſab/
batũ legis eſſe ppetuũ. ſacerdotiũ eternum
poſſeſſionẽ terre eternã. ⁊ pactũ circũciſiõis
eſſe eternũ. q̃ oĩa ad ſpũale ſignificatũ re/
ferẽda ſunt. Ad h̄ aũt ꝙ p ſacraꝝ ſcriptu
raꝝ ſiluã q̇s ſecure incidẽdo ⁊ exponẽdo in
cedat. op⁹ eſt vt p̃us nouerit ipſi⁹ ſacre ſcri/
pture v̑itatẽ p v̑ba explicita. videlicet vt at/
tendat quõ ſcriptura deſcribat initiũ. pgreſ
ſum. ⁊ ꝯſũmationẽ duplic coꝛpis q̃ſi ex op
poſito ſe reſpicientiũ. bonoꝝ. ſ. q̇ hic ſe humi
liant vt exaltent ſempiternalit ⁊ in futuro.
⁊ maloꝝ q̇ hic ſe exaltãt. ⁊ eternalit dep̃mũt

Un̄ ipa agit de toto vniuerſo q̃tũ ad ſum
mũ ⁊ imũ. p̃mũ ⁊ vltimũ. ⁊ q̃tũ ad decurſũ
intermediũ ſub foꝛma cuiuſdã crucis itel/
ligibilis. in q̃ deſcribi hꝫ ⁊ qȝammõ videri
lumĩe mẽtis tota machina vniuerſi. ad quã
quidẽ intelligẽdã opoꝛtet noſſe reꝝ p̃ncipi
um. ſ. deũ. ipſaꝝ reꝝ creationẽ. lapſum. redẽ
ptionẽ p ſanguinẽ Jhu xp̃i. refoꝛmatiõꝫ p
p gr̃am curationẽ p ſacramenta. ⁊ tandẽ re
tributionẽ p penã ⁊ gl̃iam ſempiternam

At q̃ h̄ doctrina tã in ſcriptis ſanctoꝝ.
q̃ etiã doctoꝝ ſic diffuſe tradita ẽ. vt ab ac/
cedentib⁊ ad ſcripturã ſacrã audiendã non
poſſit p lõga tpa videri nec audiri. ꝓpter qȝ
etiã noui theologi freq̄ẽt ipam ſcp̃turã ſa
crã exhoꝛrẽt tãqꝫ incertã ⁊ ioꝛdinatã ⁊ tãqꝫ
quandã ſiluã opacã. Rogat⁹ a ſocijs vt de
paupcula ſciẽtiole noſtre aliq̇d breue in ſũ
ma dicerẽ de v̑itate theologie. coꝛũqꝫ p̃cib⁊
deuict⁹ aſſenſi breuiloquiũ quoddã facere.
in q̃ ſummatim nõ oĩa. ſꝫ aliq̃ mag oportu
na ad tenendũ. breuit tãgerent. addens ſil'
cũ hoc rõnẽ aliquã ad intelligẽdũ ſm ꝙ oc/
currebat p tpe. Quia v̑o theologia ſmo eſt
de deo ⁊ de p̃mo p̃ncipio. vtpote q̃ ipa tan
q̃ ſcia ⁊ doctrina altiſſima. oĩa reſoluit ĩ de/
um tãqꝫ in p̃ncipiũ p̃mũ ⁊ ſummũ. iõ in aſſi
gnatiõe rationũ. in oĩb⁊ q̃ in h̄ toto opu/
ſculo vel tractatulo ꝯtinent. conat⁹ ſum ra/
tionẽ ſumere a p̃mo principio vt ſic oñderẽ
veritatẽ ſacre ſcp̃ture eſſe a ꝺo ⁊ de ꝺo ⁊ ſm
deũ. ⁊ ꝓpter deũ. vt merito iſta ſcia appareat
vna eſſe ⁊ oꝛdinata. ⁊ theologia nõ immeri
to nũcupata. Si q̇d igit impfectũ vl' obſcu
rũ vel ſupfluũ vel minus rectũ ibi fuerit. ve
nia occupatiõi ⁊ breuitati tpis ⁊ paupercu
le ſcie ꝯcedat. ſi q̇d v̑o rectũ. ſoli deo honoꝛ ⁊
gl̃a referat. Ut aũt ſequẽtia clari⁹ eluceſcãt
titulos pticulares capituloꝝ p̃mittere cura
ui ad faciliorẽ memoriã ⁊ lucidiorẽ cõtuitũ
dicendoꝝ. q̃ ſeptẽ ptitiõib⁊ ⁊ ſeptuaginta du
obus capitulis diſtinguunt.

Rima pars de

p trinitate dei habꝫ capitula nouẽ ⁊ ſunt hec.

j De ill' ſeptẽ ꝺ q̇b⁊ ẽ theologia ĩ ſũma.
ij Quid tenendũ eſt de trinitate pſona/
rum ⁊ vnitate eſſentie.
iij De iſtius fidei intelligẽtia ſana
iiij De iſti⁹ fidei expſſione catholica
v De vnitate diuĩe nature in multifoꝛ/

mitate apparitionum.
vj De vnitate diuine nature in multiplicitate appropriatoꝝ
vij De omnipotẽtia dei.
viij De dei p̄destinatiõe ſapiã ꝛ p̄ſciẽtia.
ix De voluntate dei ꝛ ꝓuidentia

Secunda pꝭ de creatura mũdi. habꝫ capitula. xij.
j De ꝓductiõe mũdi totalis.
ij De natura corꝑali q̃ʒtũ ad fieri
iij De natura corꝑali q̃ʒtum ad eſſe.
iiij De natura corꝑali quantũ ad operari ꝛ influere.
v De modo deſcribendi predicta in ſacra ſcriptura
vj De ꝓductione ſuꝑnoꝝ ſpirituũ
vij De apoſtaſia demonum
viij De ꝯfirmatione bonoꝝ angeloꝝ
ix De ꝓductione hoīs q̃ntũ ad ſpũm
x De ꝓductõe hoīs q̃ntũ ad corpus
xj De ꝓductõe eiꝰ q̃ntũ ad totũ ꝯiũctũ
xij De completione ꝛ ordinatõe totiꝰ mũdi cõſummati.

Tertia pars de corruptela peccati habet capitula. xj.
j De origine mali in cõmuni
ij De ꝑmoꝝ parentũ temptatiõe
iij De eoꝝ tranſgreſſione.
iiij De eorundẽ punitione
v De originalis peccati corruptione.
vj De originalis peccati tranſfuſione
vij De originalis peccati curatõe
viij De origine peccatoꝝ actualiũ
ix De origine ꝛ diſtinctõe capitalium
x De origine ꝛ qualitate penalium.
xj De origine peccatorum finaliũ q̄ ſunt peccata in ſpiritumſanctum.

Quarta pars eſt de in carnatione verbi. in qua ſunt decem capitula.
j De rõne qua decuit v̄bũ dei icarnari.
ij De incarnatione quantũ ad vnionẽ naturarum.
iij De incarnatõe quantũ ad modũ.
iiij De incarnatione quantũ ad plenitudinem tempoꝝ
v De plenitudine gratie xp̄i quantũ ad chariſmata in affectu.
vj De plenitudine ſapie xp̄i ĩ intellectu
vij De ꝑfectiõe meriti xp̄i in effectu.
viij De paſſione xp̄i q̃ʒtũ ad ſtatũ patiẽtis
ix De paſſione xp̄i quantũ ad modum patiendi.
x De paſſione xp̄i q̃ʒtũ ad exitũ paſſiõis

Quinta pꝭ de gratia ſpiritusſancti. habet decem capitula.
j De gratia inquantũ eſt donuꝫ diuinitus datum.
ij De gratia inquantũ educit liberꝝ arbitrium extra peccatũ.
iij De gratia inquantũ iuuat ad bonum meritorium.
iiij De ramificatõe gr̄e ĩ habitꝰ v̄tutum.
v De ramificatõe ipſiꝰ in habitꝰ donoꝝ.
vj De ramificatiõe ipĩꝰ in habitꝰ beatitudinum. ꝛ ꝑ ꝯſequẽs fructuũ ꝛ ſenſuum.
vij De exercitio gr̄e reſpectu credẽdoꝝ.
viij De exercitio gr̄e reſpectu diligendoꝝ
ix De exercitio gr̄e reſpectu agendorum p̄ceptoꝝ ꝛ conſiliorum.
x De exercitio gratie reſpectu petẽdoꝝ ꝛ orandoꝝ.

Sexta pars eſt de medicina ſacramentali. cuiꝰ capitula ſunt. xiij.
j De ſacramentoꝝ origine
ij De ſacramentoꝝ variatione
iij De ſacramẽtoꝝ nũero ꝛ diſtinctione.
iiij De ſacramẽtoꝝ inſtitutione
v De ſacramentoꝝ diſpenſatione.
vj De ſacramentoꝝ iteratione.
vij De integritate baptiſmi.
viij De integritate cõfirmationis.
ix De integritate euchariſtie
x De integritate penitentie
xj De integritate vnctionis extreme
xij De integritate ordinis.
xiij De integritate matrimonij.

Septima pars de ſtatu finalis iudicij habens capitula ſeptem.
j De iudicio in cõmuni
ij De antecedentibꝫ ad iudicium. cuiuſmodi eſt pena purgatoria.
iij De antecedẽtibꝫ ad iudiciũ cuiuſmodi ſunt ſuffragia eccleſiaſtica.
iiij De cõcomitantibꝫ ad iudiciũ. ſicut eſt cõflagratio ignium.
v De ꝯcomitantibꝫ iudicium. ſicut eſt reſurrectio corpoꝝ
vj De ꝯſequẽtibꝫ ad iudiciũ. ſ. de igne infernali
vij De cõſequẽtibus ad iudicium. ſcꝫ de gloria paradiſi.

Incipit ꝓma ps de trinitate dei.

Capitulum I De illis ſeptem de quibꝫ eſt theologia in ſumma.

In principio in-
telligendū eſt ꝙ ſacra doctrīa ſcꝫ
theologia q̄ ꝓncipalit̄ agit de ꝓ-
mo ꝓncipio.ſ.de deo trino ⁊ vno
de ſeptē agit ī vniuerſo.ſ.de trinitate dei. de
creatura mūdi.de corruptela pcti. de incar
natiōe x̄pi.de gr̄a ſpūſſancti.de medicīa ſa-
cramētali.⁊ de ſtatu finalis iudicij Ratio
aūt ad intelligētiā huiꝰ veritatꝭ hec ē. Quia
cū ſacra ſcptura ſiue theologia ſit ſcīa dans
ſufficientē noticiā de ꝓmo ꝓncipio ſm ſtatū
vie.ſm qḋ neceſſariū eſt ad ſalutē ⁊ deꝰ non
tm̄ ſit reꝝ ꝓncipiū ⁊ exēplar effectiuū in cre
atione.ſꝫ etiā refectiuū in redēptōe. ⁊ ꝑfecti
num ī retributiōe.iō nō tm̄ agit de deo crea
tore.ſꝫ etiā de creatore ⁊ creatura. Et qꝛ cre
atura rōnalis q̄ eſt qḋammō finis oim.nō
ſtetit.ſꝫ ſuo caſu indiguit reꝑari.ideo agit ḋ
corruptela peccati.medico.ſanitate.⁊ medi
cina.⁊ tandē de curatiōe ꝑfecta.q̄ erit ī glīa.
impijs ꝑiectꝭ in penā. iō ip̄a ſola eſt ſcīa per
fecta.qm̄ incipit a ꝓmo qḋ eſt ꝓmū ꝓncipiū
⁊ ꝑuenit ad vltimū qḋ eſt p̄miū eternū.inci
pit a ſūmo qḋ eſt deꝰ altiſſimꝰ creator oim
⁊ ꝑuenit ad infimū qḋ eſt infernale ſupplici-
um. Ip̄a etiā ſola eſt ſapīa ꝑfecta q̄ incipit a
cauſa ſūma.vt eſt ꝓncipiū cauſatoꝝ.vbi ter
minat̄ cognitio philoſophica.⁊ trāſit ꝑ eaꝫ
vt eſt remediū pctōꝝ ⁊ reducit in eā vt eſt p̄
miū meritoꝝ ⁊ finis deſiderioꝝ. Et ī hac co
gnitione eſt ſapor ꝑfectꝰ. vita et ſalꝰ aīaꝝ.
Et ideo ad eā addiſcēdā inflāmari dꝫ deſi-
deriū omniū x̄pianoꝝ. Ex his patet ꝙ licet
theologia ſit de tot ⁊ taꝫ varijs.eſt tm̄ ſciētia
vna.cuiꝰ ſubiectū vt a q̄ om̄ia.eſt deꝰ.vt per
qḋ om̄ia.x̄ps.vt ad qḋ oīa. opꝰ reparatiōis
vt circa qḋ om̄ia.vnicū charitatꝭ vinculū.q̄
celeſtia ⁊ terreſtria ꝯnectunt̄.vt de q̄ om̄ia ī
libris canonicis cōꝑhēſa.credibile vt cre-
dibile.vt de quo oīa in libris expoſitoꝝ.cre
dibile vt intelligibile. Scdm Augꝰ.in li.de
vtilitate credēdi. Qḋ credimꝰ debemꝰ au-
ctoritati.qḋ intelligimꝰ rationi.

Capitulum II

Quid tenendū de trinitate ꝑſonaꝝ ⁊ vni
tate eſſentie.

Primo igit̄ de trinitate dei ſunt tria
ꝯſiderāda.ſ.qualit̄ vnitas ſubſtātie
⁊ nature ſimul ſtet cū pluralitate ꝑſonaꝝ.ſe
cūdo qualit̄ cū pluralitate apparitionū.ter-
tio qualiter cū pluralitate appropriatorū

De pluralitate ꝗ ꝑſonaꝝ ī vnitate natu-
re h̄ dictat recta fides eſſe tenendū.ſ.ꝙ ī vni
tate nature ſunt tres ꝑſone.ſ.pr̄ ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſ
ſanctꝰ. Quaꝝ ꝓma a nulla ē.ſcḋa eſt a ſola ꝓ
ma ꝑ generatiōeꝫ.tertia x̄o eſt a ꝓma ⁊ ſcḋa
ꝑ ſpirationē ſiue ꝓceſſionē. ita ꝙ trinitas ꝑ
ſonaꝝ nō excludit ab eſſentia diuina ſūmā
vnitatē.ſimplicitatē.imenſitatē.eternitateꝫ
incōmutabilitatē.neceſſitatē.⁊ etiā ꝓmitatē
q̄n potiꝰ includit ſummā fecūditatē.chari-
tatē.liberalitatē.eq̄litatē.germanitatē.ꝯfor
mitatē.⁊ inſeꝑabilitatē.q̄ oīa ſana fides ītel
ligit eſſe in beata trinitate. Rō aūt huius
veritatꝭ hec eſt. Quia fides cū ſit ꝓncipium
cultꝰ dei ⁊ fundamētū eius q̄ ſm pietatē eſt
doctrine.dictat de deo eſſe ſentiēdū altiſſi-
me ⁊ pijſſime. Nō aūt ſentirꝫ altiſſime ſi nō
crederet ꝙ deꝰ poſſet ſe ſumme cōmunicare
nō ſentiret pijſſime ſi crederet ꝙ poſſꝫ ⁊ nol
let.⁊ iō vt altiſſime ⁊ pijſſime ſentiat dic̄ deū
ſe ſūme cōmunicare.eternalit̄ habēdo dile
ctū ⁊ ꝯdilectū.ac ꝑ h̄ deū vnū ⁊ trinū. Hu-
ic autē fidei inq̄ntū dictat de deo pijſſime
ſentiēdū eſſe atteſtat̄ tota ſacra ſcriptura.q̄
dꝛ doctrina ſm pietatē.qꝛ deū fatet̄ habere
ꝓlem.quā ſumme diligit.verbū ſibi coeq̄le
qḋ ab eterno genuit.in quo cūcta diſpoſuit
ꝑ qḋ cūcta ꝓduxit ⁊ gubernat.ꝑ qḋ etiā car
nem factū ꝓ ſumma benignitate hominē re
demit p̄cioſiſſimo eiꝰ ſanguine.redemptūq̧
cibauit.ꝑ qḋ etiā in fine mūdi ſummā miſe-
ricordiā impertiēdo ab om̄i miſeria libera-
bit.⁊ ꝑ x̄pm om̄es electi ſint filij ſūmi patrꝭ
in q̄ erit om̄is pietatꝭ ꝯſummatio. ⁊ dei ad
nos.⁊ ecōuerſo. Inq̄ntū aūt fides dictat ḋ
deo ſentiēdū altiſſime. nō tm̄ atteſtat̄ ei ſa-
cra ſcriptura.veꝝ etiā om̄is creatura.iuxta
qḋ dicit Augꝰ.xv.de trini.c.iiij. Neq̧ eni di
uinoꝝ libroꝝ tantūmodo autoritas predi
dicat eſſe deū.ſꝫ oīs q̄ nos circūſtat creatu-
ra.ad quā nos etiā ꝑtinemus vniuerſa ip̄a
rerū natura ꝓclamat habere ſe p̄ſtātiſſimū
cōditorē.q̄ nobis mentē rationēq̧ dedit. q̄
viuētia cū viuentibꝫ.ſenſu p̄dita nō ſentiēti
bus.intelligētia nō intelligētibꝫ.immorta-
lia mortalibꝫ.potētia impotētibꝫ. iuſta iniu
ſtis.ſpecioſa deformibꝫ. bona malis. incor-
ruptibilia corruptibilibꝫ.imutabilia muta-
bilibꝫ.inuiſibilia viſibilibus.incorꝑalia cor

poralib⁹.beata miſeris.ꝓferēda iudicamus ac ꝑ hoc qm̄ reb⁹ creatꝫ creatorē ſine dubitatiōe ꝓponim⁹.oportꝫ vt eū ⁊ ſūme viuere ⁊ cūcta ſentire atq̄ intelligere.mori autē et corrūpi mutariq̄ nō poſſe.nec corp⁹ eſſe ſed ſpūm omnipotētiſſimū.iuſtiſſimū.ſpecioſiſſimū.optimū.beatiſſimūq̄ fateamur. Ecce in his duodecim includunt̄ altiſſime nobilitates eſſentie diuīe. Sꝫ poſt vt ipe oñdit hec duodecim reducūt̄ ad tria.ſ.ad eternitatē.ſapiāꝫ.⁊ beatitudinē.⁊ hec tria ad vnū ſcꝫ ad ſapiam.in qua includūt̄ mens generans.ꝟbū naſcēs.⁊ amor vtrūq̄ nectens. ī quib⁹ fides dictat beatiſſimā ꝯſiſtere trinitatē. Et qm̄ ſūma ſapiētia ponit trinitateꝫ. ponit etiā nihilomin⁹ omēs ꝑus habitas nobiliſſimas ꝯditōes.videlicet vnitatē.ſimplicitatē.⁊ ceteras ſeq̄ntes.neceſſe ē oēs ꝑdictas nobilitates diuini eſſe.ſiml' ſtare cū beatiſſima trinitate. Ca. III

De iſti⁹ fidei intelligentia ſana.

Nisti⁹ aūt fidei intelligētiā ſanā docet doctrina ſacra q̄ in diuinis ſunt due emanationes.tres hypoſtaſes. q̄ttuor relatiōes.q̄nq̄ notiōes .⁊ ex his tm̄ tres ꝓprietates ꝑſonales. Rō aūt ad ꝑdictoꝝ intelligētiā hec eſt.q2 cū ꝑmū ⁊ ſūmuꝫ ꝑncipiū hoc ipo q̄ ꝑmū.ſit ſimpliciſſimū. ⁊ ipo q̄ ſummū.ſit ꝑfectiſſimū. iō ꝑfectiſſime ſe cōmunicat.q2 ꝑfectiſſimū. ⁊ indiuiſioneꝫ omīmodā ſeruat hoc ipo q̄ ſimpliciſſimū. ⁊ iō ſalua vnitate nature ſūt ibi modi emanādi ꝑfecti. Modi aūt emanādi ꝑfecti ſunt duo tm̄.ſcꝫ ꝑ modū nature.⁊ ꝑ modū volūtatis. Prim⁹ eſt generatio. ſecūd⁹ ſpiratio ſiue ꝓceſſio.⁊ iō hi ſunt ibi. Et q2 duab⁹ emanatiōib⁹ ſubſtātificꝭ neceſſe eſt emanare duas hypoſtaſes.neceſſe eſt etiā ponere hypoſtaſim ꝑmo ꝓducētē ab alio nō emanare ne ſit in infinitū abire. ⁊ ideo ſunt ibi tres hypoſtaſes. Et q2 cuilibet emanatiōi reſpōdꝫ duplex habitudo relatiua.iō ſunt ibi quattuor relatiōes.ſ.paternitas.filiatio.ſpiratō ⁊ ꝓceſſio. Et q2 ꝑ has habitudines innoteſcūt nobis diuīe hypoſtaſes.⁊ ꝓter hoc etiā hypoſtaſis illa in q̄ eſt ꝑma ratio ꝑncipiandi innoteſcit nob.q2 nō ꝓducit̄.nā hoc ē nobilitatis in ipa.ideoq̄ ſunt q̄nq̄ notiones ſcꝫ q̄ttuor relatiōes ꝑdicte cū innaſcibilitate. Et q2 quelibet ꝑſonaꝝ vnā habet ꝓprietatē.ꝑ quā ꝑncipaliter innoteſcit. iō tm̄ tres ſunt ꝓprietates ꝑſonales q̄ his noīb⁹ exprimunt̄ ꝓprie ⁊ ꝑncipaliter.ſ.pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpiritus ſanct⁹. Cū eni ꝓpriū ſit ꝑris eſſe innaſcibilē ſiue ingenitū.eſſe ꝑncipiū nō de principio.⁊ eſſe ꝑrem.innaſcibilitas notificat ipꝫ ꝑ modū negatiōis.licet ex ꝯſequēti ꝑ modū poſitiōis.q2 innaſcibilitas in ꝑre ponit fontalē plenitudinē.ꝑncipiūꝫ nō de ꝑncipio.ꝑ modū poſitiōis cū negatōe eſſe patrē ꝑ modū poſitiōis ⁊ habitudinis.ꝓprie cōplere et determinate. Similit̄ cū fili⁹ ſit imago.verbū ⁊ fili⁹.imago noīat illā ꝑſonā vt ſimilitudinē expſſaꝫ.verbū vt ſimilitudinē exꝑſſiuā fili⁹ vt ſil'itudinē hypoſtaticā. Rurſus imago vt ſimilitudinē cōformē. verbū vt ſimilitudinē intellectualē. fili⁹ vt ſimilitudinē cōnaturalē. Per hūc modū cū ꝓpriū ſit ſpūſ ſancti eſſe donū.eſſe nexū ſeu charitatē amborū.eſſe etiā ſpūm ſanctū. donū noīat ipm vt datū volūtariū.charitas ſiue nex⁹ vt datū voluntariū ⁊ ꝑcipuū.ſpūſſanct⁹ vt datuꝫ voluntariū ꝑcipuū ⁊ hypoſtaticū. Hinc eſt q̄ ꝑ hec tria noīa q̄ ſunt pater ⁊ fili⁹ ⁊ ſpiritꝰ ſanct⁹.triū ꝑſonarū ꝓprietates ꝑſonales inſinuant̄. Hec igit̄ tenēda ſunt ad fidei trinitatis intelligentiā ſanā.

Capitulum IIII

De iſtius fidei expreſſione catholica.

Nisti⁹ etiā fidei expreſſionē catholicam tenendū eſt ſm̄ ſacroꝝ doctoꝝ documēta q̄ in diuinis ſūt duo modi ꝑdicādi.ſcꝫ ꝑ modū ſubſtātie ⁊ relatiōis tres modi ſupponēdi.ſ.eſſentie.ꝑſone. notionis.q̄ttuor modi ſignificādi ſubſtantiā.ſ.noīe eſſentie.ſubſtātie.ꝑſone. ⁊ hypoſtaſis. q̄nq̄ modi dicēdi.ſ.quis.qui.que.qđ. etq̄d ⁊ tres modi differēdi.ſ.ſm̄ differentē modū exiſtēdi.ſm̄ differētē modū ſe habēdi.⁊ ſm̄ differentē modū intelligēdi. Ratio autē ad intelligentiā ꝑdictoꝝ hec eſt.quia cū primū ꝑncipiū ſit ꝑfectiſſimū ſimul ⁊ ſimpliciſſimū.omīa q̄ ꝑfectionis ſunt de ipo dicunt̄ ꝓprie ⁊ vere.que autē impfectiōis ſunt. aut nō dicunt̄.aut ſi dicunt̄. ſm̄ aſſumptiōꝫ humane nature dicunt̄.vel trāſſumptiue. Cū igit̄ decē ſint ꝑdicamēta.ſ.ſubſtātia. quantitas.relatio.qualitas.actio paſſio.vbi.qñ.ſitus.⁊ habit⁹.q̄nq̄ vltima ſpectant ꝓprie ad corpalia ſeu mutabilia.ideo nō attribuunt̄ deo niſi trāſſumptiuo modo ⁊ figuratiuo. Alia vero q̄nq̄ ꝑcedentia deo attribuūtur ſm̄ id q̄ ꝯpletionē dicūt.ita tamē q̄ diuinā ſimplicitatē nō impediāt. Omia ḡ h̄ ꝑdicta

predicamēta ſunt idipſum qđ eſt illud de q̄ p̄dicanť. ⁊ ita p cōparationē ad ſubiectū in quo ſunt om̄ia dicunť trāſire in ſubſtātiam relatiōe tamē excepta. q̄ cū duplicē habeat cōparationē. ſ. ad ſubiectū in quo. ⁊ ad terminū ad quē. ꝓmo modo trāſit ne faciat cōpoſitionez. ſꝫ ſecūdo modo manet vt faciat diſtinctionē. Et hinc eſt ꝙ ſubſtātia cōtinet vnitatē. ⁊ relatio multiplicat trinitatē. ⁊ ideo manēt ibi hi tm̄ duo modi p̄dicādi differētes. de quibꝫ talis dať regula. Que dicunť ſm ſubſtantiā. de om̄ibꝫ dicunť ⁊ ſingillatī ⁊ ſimul ⁊ ſingulariter. Que ꝟo ſm relatiōez aut nō de om̄ibꝫ dicunť. aut ſi d̄ pluribꝫ pluraliter. vt relati. diſtincti. ſimiles. equales ꝓpter relationē intrinſecā. Nomē aūt trinitatis ꝯprehēdit vtrūqꝫ. Et qm̄ plures poſſūt eſſe relatiōes in vna pſona. ſicut ſunt pluresꝑſone in vna natura. ideo diſtinctio in notione nō infert diuerſificationē pſone. nec diſtinctio pſone plurificationē nature. ⁊ ꝓpterea nō quicq̄d cōuenit eſſentie. ꝯuenit notioni vel pſone. nec ecōuerſo. ⁊ hinc eſt ꝙ ſunt ibi tres modi ſupponēdi. de quibꝫ talis conſueuit dari regula. Suppoſita eſſentia non ſupponiť notio nec pſona. ⁊ ſuppoſita notiōe nō ſupponiť eſſentia nec pſona. ⁊ ſuppoſita pſona nō ſupponiť eſſentia nec notō. ſicut patet p exēpla. Et quoniā vera diſtinctio eſt i ſuppoſitis ſubſtātie manēte eſſentia vna. idō neceſſe eſt ibi multipliciť ſignificari ſubſtātiam. ſ. vt cōmunicabilē ⁊ incōmunicabilez. Ut cōmunicabilē p moduz abſtractiōis p nomē eſſentie ⁊ p modū cōcretionis p nom̄ ſubſtātie. Ut incōmunicabilē vero vl' vt diſtinguibilē p nomē hypoſtaſis. vel vt diſtinctam p nomē pſone. Uel aliter ſcꝫ. vel vt diſtinctā qualitercūqꝫ. ⁊ ſic hypoſtaſis. vel notabiliter ⁊ pfecte. ⁊ ſic pſona. Exēpla hoꝝ q̄tuor ſunt in creatura. humanitaſ. homo. aliquis homo. petrꝰ. Primū eſſentiā. ſecundū ſubſtantiā. tertiū hypoſtaſim. quartū perſonam dicit. Et qꝛ in pſona que diſtinguitur nō ſolū eſt ꝯſiderare eū q̄ diſtinguiť. ſꝫ illud quo diſtinguiť. ⁊ hoc eſt ꝓprietas ſiue notio ideo neceſſe eſt ꝙ in diuinis ſint q̄nqꝫ modi dicēdi pariter ⁊ querēdi. ſ. quis ratōe pſone qui ratiōe hypoſtaſis. quia dicit ſuppoſituz ſubſtātie indiſtincte. que rōne notionis. qđ rōe ſubſtātie. quid ſiue q̄ ratiōe eſſentie. Et quoniā om̄s hi modi in vnitate eſſentie radicanť. qꝛ quicq̄d eſt in deo. eſt ipſe deꝰ vnꝰ ⁊ ſolus. ideo ñ ponūt ibi differentiā nec ſm eſſentiā. nec ſm eſſe. ⁊ ꝓpterea ſūt ibi tm̄ tres modi differendi. ſcꝫ ſm modos eſſendi ſiue emanādi. ſicut differt pſona a pſona. ſcđm modos ſe habēdi. ſicut differt pſona ⁊ eſſentia. quia vna pſona ad alterā referť. ⁊ idō diſtinguiť. eſſentia vero nō referť ad alteram. ⁊ ideo nō diſtinguiť. ſm modos etiā intelligendi. ſicut differt vna ꝓprietas ſubalis ab altera. vt bonitas ⁊ ſapiētia. Prima differētia eſt pfectiſſima ⁊ ſumma. q̄ poſſit reperiri in diuinis. Eſt eni in ſuppoſitis ita ꝙ vnum nō diciť de altero. Secūda differētia eſt minor. quia eſt in attributis. licet em̄ vnū poſſit dici de altero. vt pſona de eſſentia. aliq̄d tamē diciť de vno qđ nō de altero. vt perſona diſtinguiť ⁊ referť. eſſentia vero nō. Tertia vero differētia minima eſt. qꝛ eſt in ꝯnotatis. licet em̄ vnū de altero dicať ad inuicē ⁊ idē poſſit dici de vtriſqꝫ. nō tamē idem cōnotať vtrobiqꝫ. nec p idē intelligi dať vtrūqꝫ. Ex primo modo differēdi oritur pluralitas pſonaꝝ. ex ſecūdo modo pluralitas predicationū ſubſtantialiū ⁊ relatiuarū. ex tertio pluralitas ꝓprietatū eſſentialiū ⁊ notionum. ſiue ab eterno ſiue ex tpe. ſiue ꝓprie ſiue trāſſumptiue. ſiue cōmuniter ſiue appropriate. Dictoꝝ exēpla manifeſta ſunt. His intellectis claret ſatis. ⁊ q̄d ſentiendū. ⁊ qualiter loq̄ndū ſit d̄ ſūma trinitate diuiaꝝ pſonaꝝ.

Capitulum V

De vnitate diuine nature in multiformitate apparitionum.

Secūdo aūt de pluralitate apparitionum docet diuina doctrina hoc eē tenendū. Cū deꝰ ſit incircūſcriptibilis. inuiſibilis ⁊ incōmutabilis. nihilominꝰ tamē habitat in ſanctiſ viris ſpecialiter. apparuit patriarchis ⁊ ꝓphetis. deſcēdit de celis. miſit etiā filiū ⁊ ſpūmſanctū ad ſalutem humani generiſ. Et licet in deo ſint indiuiſa. natura virtꝰ ⁊ opatio trinitatiſ. miſſio tamen vel appitio vnīꝰ pſone nō eſt miſſio vel apparitio alterīꝰ. Licet etiā ſit ibi ſūma eq̄litas. ſoliꝰ tamen eſt patris mittere ⁊ nō mitti ſpūſſancti eſt tantūmodo mitti reſpectu diuinaꝝ pſonaꝝ. niſi forte dicať mittere hominem aſſumptū. filij aūt eſt mittere ⁊ mitti. ſicut ex ſcripturis poteſt colligi. Intelligētia aūt ⁊ ratio p̄dictoꝝ hec eſt. Quia licet ꝑmū principiū ſit immēſum ⁊ incircūſcriptibile. ſit incorporeū ⁊ inuiſibile. ſit eternum ⁊

ſincõmutabile.ꝓncipiũ tamẽ eſt reꝝ ſpiritu/
aliũ ⁊ corꝑaliũ naturaliũ ⁊ gratuitarũ. ac ꝑ
hoc rerũ etiã mutabiliũ.ſenſibiliũ ⁊ circum
ſcriptaꝝ.ꝑ quas licet ipe ſit immutabil᷑. in/
ſenſibilis.incircũſcriptibilis. ſeipm̃ reddit
manifeſtũ ⁊ notũ. Reddit aũt ſe manifeſtũ
⁊ notũ generalit᷑ ꝑ vniuerſitatẽ ſuoꝝ effectu
um ab ipo emanãtiũ.in qb⁹ d᷑ eſſe ꝑ eſſen/
tiam.potẽtiã.⁊ pſentiã. qđ ſe extẽdit ad om
nia creata. Reddit etiã ſe ſpẽaliter notũ per
aliqs effect⁹ qui in ipm̃ ſpẽaliter ducũt .ra/
tione qꝝ d᷑ habitare.apparere. deſcendere.
mitti ⁊ mittere. Habitare nãqꝫ dicit effectũ
ſpũalem ⁊ ſpẽalẽ cũ acceptatiõe.ſic̃ eſt effect⁹
grẽ gratũ faciẽtis.q̃ eſt deiformis ⁊ in deũ
reducit.⁊ deũ facit nos habere ⁊ hrĩ a nob.
ac ꝑ hoc ⁊ inhabitare in nobis. Et q᷑ grẽ ef
fectus cõmunis ẽ omĩb⁹ pſonis. iõ vna pſo
na nõ habitat ſine alia.imo ſimul tota trini
tas. Apparere vo dicit effectũ ſenſibilẽ cum
expſſa ſignificatiõe.ſicut ſpũſanct⁹ apparu/
it in colũba. Et qm̃ ſic pſone diuine diſtin/
cte ſunt.ſic diſtincte ſignificari pñt. ⁊ ſignis
⁊ noĩb⁹.ideo q̃libet pſona põt ꝑ ſe apparere ⁊
apparitio poteſt oĩb⁹ cõpetere.ſiue inſimul.
ſiue cuilibet pſone ꝑ ſe. Vñ ꝙ ſpũſanctus
d᷑ in linguis igneis ⁊ colũba apparuiſſe. h̅
nõ eſt ꝓpter nouũ vinculũ vel effectũ ſpecia
lẽ.ſꝫ ꝓpter vnionẽ q̃ eſt inter ſignũ ⁊ ſignatũ
ſibi ſpẽaliter ⁊ mõ ⁊ origine deputatũ. De/
ſcẽdere autẽ dic̃ vtrũlibet effectuũ p̃dictoꝝ
cũ inchoatiõe.de⁹ eĩ beatiſſimis angelis ſꝑ
eſt p̃ſens in celis.q᷑ in eis ſꝑ habitat ⁊ appa
ret. Peccatorib⁹ autẽ in terris eſt mõ vt ab/
ſens.⁊ q̃ntũ ad grãm ⁊ q̃ntũ ad noticiã. iõ
cũ incipit apparere vel inhabitare.de pſente
celis ⁊ quaſi abſente nob̄ fit p̃ſens terris.et
ideo licet in ſe nõ mutet᷑ tñ d᷑ deſcẽdere no
bis. Mitti vo dicit effect⁹ p̃dictos cũ eter/
na ꝓductiõe. Tũc eñ pater mittit filiũ. cũ
faciẽdo eũ nobis p̃ſentẽ ꝑ noticiã vel grati
am inſinuat ꝙ ab ipo ꝓcedit. Et q᷑ pater a
nullo ꝓcedit.iõ nuſqꝫ dicit᷑ mitti. Quia vo
fili⁹ ⁊ ꝓducit ⁊ ꝓducit᷑. ideo mittit ⁊ mittit᷑.
Quia vo ſpũſanct⁹ eternaliter ꝓducit᷑.ſꝫ ñ
ꝓducit niſi ex tꝑe.ideo ipi⁹ eſt ꝓprie mitti ⁊ ñ
mittere niſi reſpectu creature. Ex quo appa
ret ꝙ he ſunt ip̃proprie ⁊ exponẽde. ſpũſſcũs
mittit ſe.ſpũſanct⁹ mittit filiũ. fili⁹ mittit ſe
ipm̃.niſi intelligat᷑ inq̃ntũ eſt de vgine nat⁹
Patet etiã quare mittere ⁊ mitti nõ cõpetit
omĩb⁹.q᷑ licet dicat effectũ in creatura. dic̃

tamẽ relationẽ intrinſecã.ita ꝙ mittere dic̃
auctoritatẽ.mitti ſubauctoritatẽ rationẽ ꝓ/
ductionis eterne interi⁹ importare.

Capitulum VI

De vnitate diuine nature in multiplici/
tate appropriatoꝝ

Tertio vo de pluralitate approp̃ato/
rũ hoc docet ſacra ſcriptura eſſe te/
nendũ.ꝙ licet omĩa eſſentialia omĩ
bus pſonis eq̃liter ⁊ indifferẽter ↄueniant
tamẽ patri d᷑ approp̃ari vnitas. filio vitas
ſpũiſancto bonitas. Et iuxta hãc ſumit᷑ ſe/
cũda approp̃atio hilarij.ſ.eternitas ĩ patre.
ſpẽs in imagine.⁊ vſus in munere. Et iuxta
hãc ſumit᷑ tertia ſ.in patre ratio ꝓncipiãdi.
Jſiđ. due ſūt filie gule. ſ. comeſatio ⁊ ebꝛie/
tas. q̄ꝝ vna i cibo attēdit. alia i potu.

De luxuria Sectio XXIIII

s Equit videre de luxuria q̄tum ad
diffinitionē. oppoſitiōem. tēptatiōeꝫ
differētias ⁊ filias. Diffinit ſic. Lu/
xuria eſt libidinoſe voluptatꝫ appetitꝰ. Jteꝫ
ſic. Luxuria eſt ꝯcupiſcētia nimia expiende
voluptatꝫ. Jtē ſic. Luxuria eſt inoꝛdinatuſ
appetitꝰ illiꝰ delectatiōis que eſt ſcđm coitum.
Opponit aūt luxuria ꝯtinētie. Cuiꝰ triplex
eſt differētia. Eſt eī ꝯtinētia ꝯiugalis. vidu/
alis. ⁊ ꝟginalis Quintuplex aūt tēptatio
eſt luxurie ſcđm q̄ in h̄ ꝟſu ꝯtinet. Uiſus ⁊ al
loquiū. ꝯtactꝰ ⁊ oſcula factū. Hoc q̄ppe oꝛ
dine tēptatio luxurie ꝯſummat. Primo eñ
inchoat in viſu exterioꝛi ſiue interioꝛi. vt in
cogitatione. Deinde venit ad alloquiū. po/
ſtea trāſit ad cōtactū. deinde ꝓrūpit ad oſcu
lum. poſtea ꝯſummat factū Differētie lu
xurie ſunt ſex. ſ. foꝛnicatio. adulteriū. ſtupꝛū
ſacrilegiū. inceſtꝰ. pctm̄ ꝯtra naturā. Foꝛni
catio ē luxuria qua ſolutꝰ cognoſcit ſolutaꝫ
naturali vſu. Et intelligit ⁊ ſolutꝰ ⁊ ſoluta a
vinculo ꝯiugij. ꝯſanguinitatꝫ. affinitatꝫ. oꝛ/
dinis. ⁊ religiōis. vel voti ꝯtinētie. Adulte/
riū eſt luxuria q̄ ꝯiugalis thoꝛus violatur.
Stupꝝ eſt luxuria q̄ virginalꝭ incoꝛruptio
violat ſeu deflorat. Sacrilegiū hic appellat
ſacre ꝑſone leſio ꝑ viciū luxurie. Et melius
luxuria ſacrilega diceret. Hec eſt luxuria q̄
votū ꝯtinētie violat. ⁊ h̄ in ſe. vel qn̄ i ſacris
oꝛdinibꝫ ꝯſtitutꝰ vꝭ religioſus aliq̄s foꝛni/
cat cū aliqua ſoluta. vel ſoluta aliq̄ cū religi
oſo vel ſacerdote. Jnceſtꝰ eſt coitꝰ ꝯ̄ conſan
guinitatē. affinitatē. vel cōpaternitatē com/
miſſus. Pctm̄ ꝯtra naturā eſt luxuria q̄ na
turalis vſus coeūdi marꝫ ⁊ femie diſſipat.
Filie luxurie ſcđm Grego. ſunt octo. ſ. ceci/
tas mētis. incōſideratio. incōſtātia. ꝑcipita/
tio. amoꝛ ſui. odiū dei. affectꝰ ꝑſentis ſeculi.
hoꝛroꝛ ſiue deſperatio futuri ſeculi. Cecitaſ
mētis eſt volūtas faſtidiēs ⁊ deſpiciēs ſupe
rioꝛa ⁊ ſpūalia. Jncōſideratio eſt volūtas
ꝓuidere renuēs agēda inferioꝛa. Jncōſtan
tia eſt volūtas libidie carnis ꝯfracta. ſtatuꝫ
ſuū tenere nō valēſ. Precipitatio ē volūtas
ad aggredi q̄libet ipetuoſe. Amoꝛ ſui eſt vo
lūtas affectiōe carnis imbuta. ſibi ꝓpt ſe ſuꝑ
oīa adherēs. Odiū dei eſt volūtas deum
tāq̄ꝫ impedimētū ꝓꝓrie volūtatꝫ carnalis vꝭ
voluptatꝫ deteſtās. Affectꝰ pn̄tꝫ ſecꝭi ē volū
tas pn̄s ſeculū ſꝑ manere deſiderās ꝓpt frui
tōꝫ voluptatꝫ carniſ. Deſperatō ſiue hoꝛroꝛ
futuri ſeculi eſt volūtas voluptate pn̄ti ce/
cata. de eterna iocūditate deſperās. Scđm
Jſidoꝝ q̄ttuoꝛ ſūt filie foꝛnicatōis. ſ. turpi/
loquia. ſcurrilia. ludicra. ſtultiloq̄a. Sapiē
tie in ſermōe opponunt ſtultiloquia. Boni
tati in ſmone opponūt alia tria. Nā cum tri
plex ſit bonitas. ſ. vtilitas. delectatio licita ⁊
honeſtas. ſmoni vtili opponūt ludicra. ſer/
moni delectabili licito opponūt ſcurrilia. ſ/
moni honeſto opponūt turpiloq̄a.

De pctō ex infirmitate ⁊ ignoꝛātia ⁊ idu
ſtria. Sectio XXV

s Equit videre đ diuiſiōe pcti trimē/
bꝛi q̄ eſt. Pctm̄ aliud ex infirmitate
aliud ex ignoꝛātia. aliđ ex certa ma
licia ſiue induſtria ꝑpetrat. Dđ alijs verbis
đꝛ in euāgelio. Eſt peccatū in pr̄em. pctm̄ i
filiū. peccatū in ſpm̄ ſanctū. Jn patrē cui at/
tribuit potentia peccare đꝛ qn̄ quis peccat
ex infirmitate. Jn filiū cui attribuit ſapien
tia q̄ peccat ex ignoꝛātia. Jn ſpm̄ ſcm̄ cui at
tribuit bonitas. q̄ peccat ex iduſtria ſiue ex
certa malicia. Prio vidēdū eſt de pctō ex in
firmitate. qđ eſt auerſio volūtatꝫ male hūi/
liate vꝭ male accenſe ab infirma creatura. a
deo oīpotēte. Due ſūt differētie huiꝰ pcti
effectiue. timoꝛ male humiliās. ⁊ amoꝛ ma/
le accendēs. Triplꝛ aūt diſtinguit amoꝛ. ſ.
amoꝛ gratuitꝰ. libidinoſus. ⁊ naturalꝭ. Gra
tuitꝰ habet finē ꝑncipalē ſummū bonū. ſ. in
cōmutabilē deū. Libidinoſus hꝫ finē volu
ptatē ſiue delectatiōꝫ in creatura. Naturalꝭ
habꝫ finē neceſſitatē ſiue vtilitatē ꝓpriā. Pri
mus eſt laudabilꝭ q̄ꝛ ꝟtus. ſecūdꝰ vitupabi/
lis q̄ꝛ peccatū. tertiꝰ nec laudabilis nec vitu
perabilis. q̄ꝛ naturalꝭ eſt. Silꝛ diſtinguitur
triplex timoꝛ. ſ. naturalꝭ gratuitꝰ. libidioſus
Naturalꝭ ē paſſio. i. ꝑmꝰ motꝰ. ⁊ i teſtimoniū

humanitatꝭ vere fuit in dño ieſu xp̄o. Gra/
tuitꝰ multiplicat̃ in ſeruilē. initialē. ⁊ finalē.
de quibꝫ alibi dicet̃.ſ.in libro de donis. Li/
bidinoſus diuidit̃ in humanū q̃ quis eligit
peccare ne ledat̃ in corpe. ⁊ mūdanū q̃ quis
eligit peccare ne ledat̃ i poſſeſſiōe. Timore
libidinoſo hō male humiliat̃. timore gratui
to bn̄. timore naturali nec laudabilit̃ nec vi
tuꝑabilit̃. Itē amore libidinoſo homo ma
le accēdit̃. amore gratuito bn̄. amore natu/
rali indifferēter. Peccatū ex ignorātia eſt
auerſio volūtatis ignorātis ⁊ ꝑpetrātis qđ
malū eſt ab om̄iſciēti deo. Nota tn̄ ꝙ aliud
eſt pctm̄ ex ignorātia. aliud pctm̄ ignorātie.
Peccatū ignorātie eſt omiſſio debite ſciētie
Pctm̄ ex ignorātia eſt pctm̄ qđ cōmittitur
ignorāter. Eſt ignorātia iurꝭ. ⁊ ignorātia fa
cti. Ignorātia facti duplex. aut adhibita de
bita diligētia. ⁊ h̄ excuſat a toto aut nō adhi
bita debita diligētia. ⁊ hec excuſat a tanto ⁊
nō a toto. Ignorātia iuris q̄dā eſt vincibil̃
q̄ eſt culpa. hec aūt aut ē ꝓ ꝯſenſu vt igno/
rantia affectata. ⁊ iſta ſic ex vna ꝑte excuſat. ⁊
alia magis aggrauat. Aut eſt ex negligētia
⁊ ignauia. ſicut ignorātia craſſa ⁊ ſupina. et
iſta ⁊ ſi aliquo mō excuſat. nō tn̄ ſic excuſat.
q̇n eterno igne ardeat. ſic̄ dicit Auguſtinꝰ.
Sic ⁊ ignorātia iuris īuincibilis poteſt eē
duplex. Aut em̄ eſt introducta ꝑ p̄ambulaꝫ
culpā. aut p̄ter omnē culpā. Si p̄ter omnē
culpā. aut ſimpl'r ꝓuat cognitionē iuris. ſic̄
in infantibꝫ ⁊ furioſis. q̇ omnino carent vſu
ratiōis. ⁊ hec excuſat a toto. Vn̄ dic̄ Bern̄.
ꝙ paruulis infantibꝫ ⁊ dormiētibꝫ nihil im
putat̃ qđ faciūt. Aut nō tollit om̄ino vſum
rōnis ſꝫ ſemiplenū. ⁊ tūc non excuſat a toto
ſꝫ a tāto. ſicut in his q̇ nō plene ſunt furioſi.
ſed hn̄t aliq̄ modo aliqua interualla lucida
⁊ in pueris q̇ ſūt aliq̄ modo capaces p̄cepti
licet nō plene. Si aūt ignorātia eſt ītrodu/
cta ꝑ p̄ambulā culpā. ſicut in ebrio ⁊ furio/
ſo quoꝝ vterq̄ p̄cipitauit ſe in h̄ ꝑ culpā ſu
am. ſic nō excuſat a toto. Sꝫ vt dicit phus.
Ebriꝰ habet duplices maledictiōes. vnā ꝓ
culpa p̄cedenti. aliā ꝓ culpa ſequēti. Nō tn̄
ꝓprie loquēdo eſt dicēdū ꝙ ebriꝰ aliq̇d ꝑpe/
trans nouā culpā cōmittat. ſꝫ ex ꝯſequenti
culpa aggrauat̃ p̄ma. vt videt̃ magis peritꝭ
q̄uis aliqui dixerūt ꝙ p̄ter culpā primā in
ebrietate cōmiſſam. ſecūdo cōmittat nouā.
Peccatū ex induſtria ſiue in ſpm̄ ſanctuꝫ
eſt auerſio volūtatis malignātis a ſūme cle
mente deo. Cuiꝰ ſunt ſex differentie. ſ. deſpe
ratio. p̄ſumptio. impugnatio veritatꝭ agni/
te. inuidētia fraterne gr̄e. obſtinatio mētis.
finalis impenitētia. Quaꝝ ſufficiētia accipi
tur ſic. Iſtud peccatū impugnat gr̄am pe/
nitentialē. ꝑ quā fit remiſſio peccati a đo in
tra eccl'iaſticā vnitatē. Poteſt ꝰ impugna/
re pn̄iam in ſe. ⁊ ſic ſunt due ſpecies. q2 peni
tentia facit reſilire a cōmiſſis. ꝯtra qđ eſt ob
ſtinatio mētis. facit etiā p̄cauere a cōmitten
dis. ꝯtra qđ eſt finalis impenitētia. i. ꝓpoſitū
nunq̄ꝫ finaliter penitēdi. Si aūt impugnat
gr̄am penitētialē in cōparatiōe ad deuꝫ a q̄
datur. ſic eſt duplex ſp̄es. Naꝫ vniuerſe vie
dn̄i miſericordia ⁊ veritas ſiue iuſticia. Mi
ſericordiā impugnat deſperatio. iuſticiā im
pugnat p̄ſumptio. Si aūt impugnat grati
am penitētialē in cōparatiōe ad vnitatē ec/
cleſie in qua recipit̃. ſic eſt duplex peccatum
Nā vnitas eccl'ie maxime cōſiſtit in duobꝫ.
ſcꝫ in fide ſiue veritate. ꝯtra quā ē impugna
tio veritatis agnite. Et in gr̄a ſiue charita/
te. ꝯtra quā eſt inuidētia fraterne gratie.

De idolatria ⁊ hereſi.

Sectio XXVI

s

Equit̃ videre de diuiſione peccati.
que eſt. Peccatū aliud in deū. aliud
in ꝓximū. aliud in ſeip̄m. Peccatuꝫ
in deū dicit̃ impietas. Peccatū in ꝓximum
iniq̇tas. Peccatū in ſeip̄m impuritas. Pri
mo videndū eſt de peccatis q̇bꝫ inhonorat̃
diuine maieſtatꝭ oīpotētia ſuꝑſtitiōe colēdi
que ſunt idolatria. ritꝰ iudaicꝰ. ritꝰ ſaraceni/
cus. apoſtaſia. ſciſma. hereſis. Idolatria eſt
falſa ⁊ ſuꝑſtitioſa ꝓteſtatio maieſtatis diui/
ne in idolo. Idolatrie due ſunt ſp̄es. Vna
eſt in rebꝫ naturalibꝫ. alia eſt in rebꝫ artifici/
alibꝫ. ſicut oñdit̃ Sapie. xiiij. Cōmittit̃ aūt
tripliciter. ſ. ꝓteſtatiōe cordis. vt credere de
creatura ꝙ ſit omnipotēs. qđ eſt ꝓpriū crea/
toris. Cōfeſſione oris. vt eſt nō ſolū crede/
re. ſꝫ etiā ꝟbis exp̄mere. Exhibitiōe operis
vt fit in reuerētia ⁊ in ſacrificijs. Triplex eſt
apoſtaſia. ſ. ꝑfidie. cū q̇s recedit a fide. vt iu/
lianꝰ apoſtata. Inobedientie. cū q̇s recedit
a p̄ceptis eccleſie. ⁊ ſic initiū ſuꝑbie homis
eſt apoſtatare a deo. Irregularitatis cū q̇s
recedit a religiōe clauſtrali vl' clericali. Apo
ſtaſia ſic poteſt deſcribi. Apoſtaſia eſt teme/
rariꝰ a ſtatu fidei vel obediētie vel religiōis
receſſus. Sciſma eſt illicita diſſenſio coꝝ
inter q̇s vnitas eſſe debet. vel illicitꝰ ab vni

tate diſſenſus. Omis hereſis eſt ſciſma. ſed
nõ ꝯuertiẜ. Hereſis eſt receſſus a fidei ꝟita
te. Itẽ differũt ſciſma ⁊ hereſis. Nã hereſis
addit prauũ dogma. Sciſma in fine cõfin/
git aliquã hereſim. Poſt receſſum ei ab vni
tate eccl'ie ſequiẜ inobediẽtia in mãdatis ec
cleſie. in fine ꝟo ſequiẜ aſſertio. ꝙ nõ eſt obe/
diendũ eccl'ie. Hereſis idẽ eſt qꝺ diuiſio. et
ſic dꝛ hereſis ꝓꝛijſſime receſſus a fide. ꝓꝛie
falſa interp̃tatio ſcripturaꝝ. minꝰ ꝓꝛie excõ
municatio. Scd̃m h' hereticꝰ dꝛ multiplici
ter. Uno mõ ẜm auguſtinũ. hereticꝰ eſt qui
alicuꝰ tp̃alis lucri ⁊ maxime gl'ie p̃ncipatuſ
ꝗꝫ ſui gr̃a. falſas opiniões de fide ac nouas
gignit aut ſequiẜ. Gignit vt hereſiarche. ſa/
bellius ⁊ arriꝰ. ſequiẜ vt ſabelliani ⁊ arriani
decepti ꝑ tales. Scd̃m Hieronymũ p̃t he
reticꝰ appellari. licet ab eccl'ia nõ deceſſerit. q̇
aliter intelligit ſcp̃turã ꝗꝫ ſenſus ſp̃ũſſancti
expoſtulat. Tertio dꝛ hereticꝰ quicũqꝫ a ſa/
cramẽtis eccl'ie vel cõmunione fideliũ ẽ di/
uiſus. vt excõicatꝰ ſeu ſubuerſoꝛ eccl'ie ſeu ſb
riſoꝛ ſacramentoꝝ. vñ ſymoniacꝰ hereticuſ
reputatur.

De interdicto ⁊ duabꝫ ſp̃ebꝫ excõicatõis
Sectio XXVII

s Equiẜ de hereſi q̃ eſt excõmunica/
tio diffuſiꝰ videre in ſpeciali. Et pꝛi
mo de interdicto qꝺ eſt excõmuni/
catiõis initiũ. Ad qꝺ notandũ ꝙ noĩe cẽſu/
re eccl'iaſtice intelligiẜ ſnĩa interdicti. excom
municatõis ⁊ ſuſpẽſiõis. Pꝛop̃e aũt excom
municaẜ ꝑſona a cõmunione ſacr̃oꝝ ⁊ fide/
lium ſeꝑata. Suſpẽdiẜ etiã ꝑſona qñqꝫ ab
officio. qñqꝫ a bñficio. qñqꝫ ab vtroqꝫ. In/
terdiciẜ locꝰ vtputa ciuitas. villa. vel caſtrũ
In generali interdicto debẽt iſta cõferri ab
eccl'ia. Baptiſmꝰ paruuloꝝ. moꝛiẽtibꝫ pnĩa.
ꝑegrinis crucẽ accipiẽtibꝫ ob reuerẽtiã cru
cifixi nõ eſt penitẽtia denegãda. Poteſt ep̃s
baptizatos ꝑuulos cõfirmare ſel' in menſe
vel ſeptimana. ꝑpl'm interdictũ cauſa p̄dica
tionis ad eccl'iam ꝯuocare. Itẽ moꝛiẽtibꝫ ſi
digne peniteant põt eucariſtia miniſtrari
Clerici decedẽtes ſine pulſatõe campanaꝝ
ceſſantibꝫ ſolẽnitatibꝫ cũ ſilẽtio in cemiterio
ſepeliri poſſunt. ſi bñ ſeruauerũt interdictũ
In ꝯuẽtualibꝫ eccleſijs bini vel tres ſil' ho/
ras canonicas p̃nt legere. nõ cãtare ianuis
clauſis ⁊ interdictꝫ excluſis. Et h' ita demiſ
ſe ꝙ exteriꝰ nõ poſſint audiri Ex q̃ colligiẜ ꝙ
interdicti ⁊ multo foꝛtiꝰ excõmunicati. ñ de
bent hoꝛas extra eccl'iam auſcultare. Ple/
riſqꝫ tñ religioſis indultũ eſt vt ianuis clau
ſis ⁊ interdictꝫ excluſis poſſint ſil' celebꝛare
diuina. qꝺ hodie ad ep̃os extẽdiẜ. niſi ſp̃ea/
liter eis ꝓhibeaẜ. Excõicatio ꝟo eſt anim/
aduerſione gladij ſp̃ũalis eccl'ie a cõmunio
ne ſacramẽtoꝝ ⁊ fideliũ ſeꝑatio. Excõmuni
catiõis due ſunt ſp̃es. Una q̃ diciẜ maioꝛ ex
cludẽs a ſacramẽtis ⁊ legitimis actibꝫ fide/
lium h' verſiculo cõp̃henſis. Os oꝛare vale
cõmunio. mẽſa negaẜ. Alia q̃ diciẜ minoꝛ ſe
parãs a ſacramẽtis. Itẽ excõicatio q̃dã in/
fligiẜ a iure. Et hec eſt ꝯſeruatiua. Quia licꝫ
videaẜ eſſe ad libertatẽ eccl'ie ꝯſeruandam.
p̃ncipaliꝰ tñ eſt ad culpã p̄cauendã. Quedã
infligiẜ a iudice. Et h' eſt curatiua. Nã licet
videaẜ eſſe ꝓpter emendã faciendã. p̃ncipaliꝰ
tñ eſt ꝓpter ꝯtumaciã ꝯfringendã. Pena ſu/
ſtinẽtis excõmunicationẽ eſt multiplex. q̃ i
hoc ꝟſu ꝯtineẜ. Gratia ſubtrahiẜ magis ac
magꝫ obice rupto. De vicio cadit in vicium
ſuffragia ꝑdit. Eccleſie ſathane vexandꝰ tra
ditur ille. Quẽ ligat ex ꝓꝛijs anathematis
vltio culpis. Circũſtantia ꝟo p̃ſeruãs ꝑ/
ſonã ꝑticipantẽ cũ excõicato ne excõmuni/
catiõis vinculo inuoluaẜ eſt multiplex. vt
his ꝟſibꝫ ꝯtineẜ. Utile lex humile res igno
rata neceſſe. Hec anathema q̇dẽ faciunt ne
poſſit obeſſe. Utilitas cõmunicãtis. vt q̃n
petit qꝺ ſibi debeẜ. excõmunicati vt quãdo
ſecũ tractat de coꝛrectiõe. Lex matrimonij
q̃ ligat viꝝ ⁊ vxoꝛẽ. Humile vt filij nõ emã
cipati. ſerui. ancille. ruſtici. mãcipijs ⁊ alijs
obnoxijs aſtricti. Res ignoꝛata vt quando
neſciẜ eſſe excõmunicatꝰ cũ quo participaẜ.
Neceſſe. vt ꝑegrini ⁊ pauperes ac ceteri vi/
atoꝛes.

De duabꝫ regul' generalibꝫ circa excõica
tionem Sectio XXVIII

c Irca excõmunicatiõem nota duas
regulas generales. Prima eſt hec.
Quicũqꝫ in clericũ vel in ꝑſonã ec/
cleſiaſticã manꝰ inijcit temere violentas ex
cõmunicatꝰ eſt. Hoc fallit ĩ q̃tuoꝛdecim ca/
ſibus. Primꝰ eſt in apoſtata ꝑcuſſo q̇ clericꝰ
ignoꝛaẜ. Secũdꝰ eſt in apoſtata ammonito
ſe nõ coꝛrigẽte. Tertiꝰ eſt in eo q̇ gerit ꝑcu/
rationẽ ⁊ adminiſtratiõꝫ ſeculariũ ꝑſonarũ
Quartꝰ eſt ĩ eo q̇ ex ioco inijcit manꝰ in cleri
cũ. Quintꝰ in magiſtro q̇ cauſa diſcipline ꝟ/
berat clericũ. Sextꝰ in eo q̇ vim ſibi illatã a
clerico vi repellit. Septimꝰ in eo q̇ clericuꝫ

depꝑhendit cū vxoꝛe matre vl' ſoꝛoꝛe aut fi/
lia cōmiſceri. Octau⁹ in eo ꝙ autoꝛitate ſue
pꝛelationis vel de mandato pꝛelati manus
iniȷ̄cit in clericū. Non⁹ in ſenioꝛib⁹ eccie. De
cimus in dn̄is. Undecim⁹ in patrib⁹ famili
as. Duodecim⁹ in ꝓpinqs. Tredecim⁹ in eo
ꝙ man⁹ in clericū iniȷ̄cit depoſitū ꝛ curie tra
ditū. Quartuſdecim⁹ cū cleric⁹ trāſfert ſe ad
vitā clericatui ꝓſus ꝯtrariā. vt qn̄do fit mi
les vel contrahit bigamiam Secūda re
gula eſt hec. Quicūqꝫ eſt excōmunicat⁹ ꝓpter
man⁹ iniectas in clericū violēter. ꝓ abſolu/
tione ad ſedē apoſtolicā eſt mittēdus. Hoc
aūt fallit in qndecim caſib⁹. Prim⁹ eſt qn̄ ꝑ/
cuſſoꝛ eſt in moꝛtis articulo ꝯſtitut⁹. Secū
dus caſus eſt ī eo ꝙ iuſtā excuſatōem habet
vt inimicitias capitales. Terti⁹ eſt in hoſti/
ario ꝙ neceſſitate officiȷ̄ ſui aliquē clericū nō
enoꝛmiter ꝑcuſſerit. Quart⁹ ī infirmo. Quī
tus in paupe. Sext⁹ in ſenectute depꝛeſſo.
Septim⁹ in clauſtrali. ꝙ enoꝛmē nō intulit
leſionē. Octau⁹ in muliere. Non⁹ in eis qui
ſui iuris nō ſūt. Decim⁹ in his ꝙ ſūt magne
potētie ꝛ nimiū delicati ita vt laboꝛē in eun
do ad curiā nō poſſunt ſuſtinere. Undeci/
mus ī his ꝙ nō grauē leſionē ſꝫ leuē vel mo
dicā iniuriā intulerūt clericis. Duodecim⁹ ī
impubere ſiue an̄ pubertatē ſiue poſt poſtu
let ſe abſolui. Tertiuſdecim⁹ in ſeruo de cu
ius abſentia dn̄s nimiū grauaret. vel cū ipe
ſeru⁹ verberaret clericū vt materiā habeat
euadēdi. Quartuſdecimus de monialibus
Quintuſdecimus in omnib⁹ cōmuniter vi/
uentibus.

De diuinatiōe. Sectio XXIX

s Equit videre de peccatis q̇b⁹ inho
noꝛat diuīe ſapiētie altitudo. ſuꝑſti
tione ſciēdi. q̄ ſunt ſoꝛtilegiū ꝛ diui/
natio. Ad cui⁹ mali noticiā eſt vidēdum
q̇d ſit diuinatio. q̄ ſunt ei⁹ ſpēs. vtꝝ om̄is di
uinatio ſit ꝓhibita. Diuinatio ſic deſcribit.
Diuinatio eſt ſuꝑſticioſa inueſtigatio p̄ſciē/
tie futuroꝝ. Cui⁹ q̇nqꝫ ſunt ſpēs ſcꝫ mantia
maleficiū. ſoꝛtilegiū. auguriū. p̄ſtigiū. Mā/
tia dicta eſt a mante q̄ in ea p̄ualuit. Et hec
habet q̇nqꝫ ſpēs. ſ. necromantiā. q̄ eſt diui/
natio facta ī cadauerib⁹ moꝛtuoꝝ. a necron
qđ eſt moꝛtuū. ꝛ mantia diuinatio. Geomā
tiam q̄ eſt diuinatio facta in terra. a ge qđ ē
terra. vt in circulo. Hydromantiā que ē di
uinatio facta in aq̄. ab hydros qđ eſt aq̄. vt
in aq̄ pluuiali. Aeromantiā q̄ eſt diuinatio
facta ī aere. vt in ꝯtēplatiuis circulis. Pyro
mantiā q̄ eſt diuinatio facta ī igne. a pyr qđ
eſt ignis. Iſte ſunt ſpēs mantie. Maleficiū
eſt peritia ꝑ quā mulieres faciūt aliq̄s liga/
turas in damnū vel in cōmodū alicui⁹. vt đ
criſta galli. ꝛ de rana. ꝛ de imagine cum eis.
Soꝛtilegiū eſt rō diuinādi ꝑ ſoꝛtes. Uſus
hui⁹ diuinatiōis fuit in veteri teſtamento.
Soꝛte etiā vſi ſunt apl'i an̄ ſpūſſcti plenitu
dinē. Auguriū eſt rō diuinādi ꝑ garrit⁹ aui
um vel geſt⁹. vt ꝑ volatū. Preſtigiū eſt ꝑ qđ
diabolicis illuſionib⁹ oculi hoīm ꝑſtringū
tur ne poſſint cernere qđ veꝝ eſt. ſꝫ fantaſti
ca figmēta. vt faciūt incātatoꝛes. Pret' hos
modos ſunt aliȷ̄ multi ꝛ plures. ꝙ q̄tidie ꝑ
diabolū adinueniunt. Eſt etiā diuinatio fa
cta ī varia inſpectiōe pſalteriȷ̄ ꝛ euāgeliȷ̄ Eſt
et diuinatio q̄ futura p̄dicit in fatꝭ ꝛ ꝯſtella/
tionib⁹. dicta matheſis media ꝓducta. Eſt
ꝛ diuinatio facta ꝑ auraꝝ vl' aſtroꝝ inſpecti
onē dies ꝛ hoꝛas cuſtodiēs in agēdis. et dꝛ
auruſpiciū. Eſt q̄ exta vel inteſtina pecudū
inſpicit. Eſt q̄ in aris idoloꝝ a demonibus
reſpōſa accipit. Dicit aūt ariol⁹ diuinatoꝛ ī
aris. Eſt q̄ ſomnia obſeruat. Cōiecturatoꝛ
dicit obſeruatoꝛ in ſomniȷ̄s. Augur in gar
ritu auiū Malefic⁹ immolās demonib⁹ pu
eros. vel ſaltē luſtrās. mag⁹ alio noīe dictuſ
Incātatoꝛ eſt p̄ſtigioſus fallēs oculos ītuē
tium. Phito eſt vētriloqu⁹ ꝑ ſpm̄ malignū
loquēs. a phitone vl' phitio. i. apolline dict⁹
Diuin⁹. i. auruſpex. i. inſpectoꝛ aſtroꝛū. Au/
ſpex ꝙ volat⁹ auiū aſpicit. Augur qui voces
audit auiū. Eſtipex ꝙ exta. i. inteſtina pecu/
dū inſpicit. Aſtrolog⁹ ꝙ in aſtris auguratuꝛ
Genetaliacus ꝙ moꝛes hoīm p̄dicere cona
tur ſm̄ ſigna ſub q̇b⁹ homīes naſcunt. Hic
vulgo mathematic⁹ vocat. cui⁹ ſuꝑſtitio cō/
ſtellatio dꝛ a latinis. Hoꝛoſcop⁹ ꝙ ꝑ hoꝛas
natiuitatē hoīm ſpeculat diuerſo ꝛ diſſimi
li fato. Soꝛtileg⁹ eſt ꝙ ſub noīe ficte religio
nis diuinatiōis ſciam ꝓfitet. vel ex inſpecti/
one aliquaꝝ ſcꝑturaꝝ p̄dicit futura. Salta
toꝛ ꝙ dū quecūqꝫ ꝑs mēbꝛoꝝ ei ſalierit. ex in
de aliquid ꝓſpeꝝ vel triſte ſignificari p̄dicit
Eſt aūt om̄is diuinatio deceptio ꝛ deluſio
diabolica. iō maledicta a deo ꝛ ab eccl'ia in
terdicta. Nec poteſt ea ex volūtario cōmer/
tio q̇ſqꝫ vti ſine peccato. Aut em̄ eſt ibi pec/
catū infidelitatꝭ. dū aliquid diuinū diabo/
lo attribuit qđ dei eſt. Aut eſt peccatuꝫ ido/
latrie vtpote in oblatiōib⁹ ꝛ ſacrificiȷ̄s. Aut

eſt peccatū inobedīētie. qꝛ fit ꝯ ꝓhibitiōem
dei ⁊ eccl'ie. Tal' aūt ꝓhibitio eſt ſancta. qꝛ ta
lis peccat in ſeipꝫ dū diſcrimi ſe committit
Peccat in maieſtatē diuinā dū recurrit ad
diabolū q̄ſi nō ſit om̄ipotēs. omniſciēs. be/
nign⁹ de⁹ xpianoꝝ. Peccat in eccl'iam cum
cōmertiū habeat cū illo q̇ om̄ino p̄ciſus eſt
ab eccl'ia. ⁊ eidē aduerſat̃.

De hypocriſi. ſymonia. ⁊ ſacrilegio
Sectio XXX

ſ
Equit̃ videre de peccatis q̇b⁹ vilipē
ditur ſanctitas bonitatꝭ diuine per
uerſitate vtēdi. qđ fit tripliciť. ſcꝫ ap
parētis ſanctitatis ſimulatōe. vt in hypocri
ſi. abuſione doni ḡtuiti. vt in ſymonia. viola
tione loci ſacri. vt in ſacrilegio Primo de
hypocriſi ſunt vidēde notificatiōes ⁊ diffe/
rētie. Hypocriſis ſic diffinit̃ a Rabano Hy
pocrita eſt q̇ vult videri qđ nō eſt. ſ. bon⁹. q̄i
alteri⁹ ꝑſone repſentatoꝛ. Itē aliter diffinit̃
Hypocrita eſt q̇ vult videri bon⁹ cū non ſit
Itē aliter. Hypocriſis eſt viciū clauſum. ſi/
mulatiōe ꝟtutis palliatū. Pōt etiā h̅ modo
diffiniri. Hypocriſis eſt viciuꝫ quo q̇s vult
videri bon⁹ inoꝛdinate. Spēs hypocriſis
ſm̄ Richardū ſūt q̄ttuoꝛ. ſ. affectatio digni/
tatis. affectatio libertatis. affectatio aucto/
ritatis. affectatio poteſtatꝭ. Scđm Grego
riū. pard⁹ in daniele habēs q̄ttuoꝛ alas. eſt
hypocrita habēs q̄ttuoꝛ ſpēs. Prima eſt ia
ctātia de bono manifeſto. Secūda ſimula
tio de bono occulto Tertia excuſatio đ ma
lo manifeſto. Quarta diſſimulatio de malo
occulto. Symonia eſt ſtudioſa volūtas
emēdi vl' vēdendi aliqđ ſpūale vl' ſpūali an
nexū. Hec aūt ꝯtrahit̃ tripl'r ſm̄ Gregoꝛiū
ſcꝫ munere a manu. qđ eſt pecunia. Mune
re ab obſeq̇o. qđ eſt ſeruit⁹ indebita impēſa.
Munere lingua qđ eſt fauoꝛ. Tres aūt ſūt
differētie materiales ſymonie. Prima ē q̄n
vendit̃ ſpūale. ſic̄ ſunt eccl'ie ſacr̄a. Secūda
eſt q̄n vendit̃ annexū ſpūali. vt eſt p̄bēda q̄
rōne ꝯſanguinitatꝭ ſiue p̄cij vel fauoꝛꝭ dat̃.
⁊ obtinet̃ indigne. Tertia eſt q̄n vendit̃ ſpi
rituale ⁊ ān̄exū ſpūali. vt eſt p̄dicatio. Sa
crilegiū eſt ſacre rei violatio vel eiuſdē vſur
patio. q̄ſi ſacrilediū. Cōmittit̃ aūt ſacrilegi/
um aliq̄n rōne ꝑſone. vt cū religioſus vl' cle
ricus ꝟberat̃. Q̄n̄qꝫ rōne loci. vt q̄n eccl'ie vl'
cemiterij imunitas violat̃. Q̄n̄qꝫ rōe rei. vt
q̄n res ſacra vel ſacro vſui deputata vſurpa
tur. Circa qđ eſt diſtinguendū. qꝛ ſacrilegi/
um cōmittit̃ aut auferēdo ſacꝝ đ ſacro. aut
ſacrū de nō ſacro. aut nō ſacrū de ſacro

De rapina. furto. vſura. homicidio ⁊ ſcan
dalo. Sectio XXXI

ſ
Equit̃ videre de peccatꝭ q̄ cōmittūt̃
ī ꝓximū. quoꝝ tria ſūt genera. Qui
buſdā em̄ ledit̃ ꝓxim⁹ in poſſeſſione
que ſūt rapina. furtū. vſura. Rapina eſt ma/
nifeſta ⁊ violēta aliene rei ꝯtrectatio. Fur/
tū eſt occulta ⁊ ignoꝛāte dn̄o ⁊ inuito aliene
rei ꝯtrectatio. Uſura eſt ſub ſpecie negocia
tionis dn̄o ſciēte aliene rei ꝯtrectatio Qui
buſdā etiā ledit̃ in ꝑſona. vt in homicidio. ⁊
in bello. Eſt aūt homicidiū hoīs occiſio ab
homīe facta. Duplex eſt aūt homicidiū. ſcꝫ
ſpūale ⁊ coꝛpale. Spūale eſt quo q̇s occidi
tur ſpūaliter. qđ fit duob⁹ modis. ſ. odiēdo.
Nā qui odit frēm ſuū homicida eſt. Et de/
trahēdo. Lingua em̄ detractoꝛis ē gladius
acut⁹. Coꝛpale ꝟo homicidiū eſt q̄ q̇s coꝛ/
poraliter occidit̃. qđ etiā fit duob⁹ modis. ſ.
lingua ⁊ ope. Lingua tripl'r. ſ. p̄cipiēdo. cō/
ſulendo. ⁊ nō defendēdo. Ope quadruplici
ter. ſ. iuſticia. caſu. neceſſitate. ⁊ voluntate.

Quibuſdā ꝟo ledit̃ in mēte ꝓxim⁹. vt ſūt
ſcandala. Eſt aūt ſcādalū dictū vel factum
min⁹ rectū. p̄bens alijs occaſionem ruine.
Scandalō grece. latine obex. Sic̄ ad obi/
cem ī via poſitū ledit̃ pes eūtis. ſic dictū vel
factū min⁹ rectū eſt obex infirmis in via mo
rum. Scādalū aliq̄n dꝛ obex. ſ. dictū vel fa
ctū min⁹ rectū. Aliq̄n dꝛ actio ſiue impactio
illi⁹ q̇ ſcādalizat. Aliq̄n dꝛ caſus ⁊ ruina illi⁹
q̇ ſcandalizat̃. Un̄ ꝟſus. Scādalū equocat
obex impactio caſus. Eſt aūt duplex diffe/
rētia ſcādali. Eſt em̄ ſcandalū actiuū ⁊ paſſi
uū. Actiuū q̄ q̇s alij dat occaſionē ruine ſpi
ritualis. Paſſiuū eſt ip̄a ruina facta ad obi
cem mali exēpli alteri⁹. vt cū foꝛnicat̃ q̇s exē
plo alteri⁹. Ad ſciendū aūt q̄ ſunt ꝓpt ſcā/
dalū omittēda due regule ſūt notāde Una
eſt bernardi. alia hieronymi. Regl'a bernar
di eſt hec. Peccam⁹ ex infirmitate vl' ignoꝛā
tia. ex certa etiā interdū malicia. cauēdū eſt
ne q̇d faciam⁹ qđ ſit in ſcādalū alicui⁹. De
talib⁹ dic̄ dn̄s petro. Ne aūt ſcādalizemus
eos ⁊c̄. In tertio ꝟo caſu cū ſcādalū ꝓcedit
ex certa malicia. nō ꝓpterea eſt omittēdū op⁹
vel ab ope deſiſtēdū. Un̄ dic̄ dn̄s Mat. xv
de phariſeis ſcādalizatꝭ ex malicia. Sinite
eos. ceci ſūt ⁊c̄. Regula hieronymi eſt talis.
Om̄e qđ pōt fieri vl' non fieri. ſalua triplici

veritate omittendũ eſt ꝓpter ſcandalũ. Non
eſt aũt omittẽda veritas vite. doctrine. iuſti
cie. ꝓpter ſcandalũ euitandũ. Ueritas vite ꝑ
tinet ad om̃es cõp̃hendẽs p̃cepta. ꝓhibita ꝛ
ꝯſilia. Ueritas doctrine ꝑtinet ad p̃dicato
res ꝛ magiſtros. Ueritas iuſticie ꝑtinet ad
p̃latos cõp̃hendẽs duas ꝑtes iuſticie. ſ. ſe/
ueritatẽ in puniẽdo malos ꝛ reos. ꝛ libera/
litatẽ in ſuſtinẽdo iuſtos.

De peccato luxurie ꝛ gule
Sectio XXXII

a Equit̃ videre ꝺ peccatis q̇bus pec
cat q̇s in ſeip̃m. q̃ ſunt duo. ſ. pctũm
luxurie deordinãs generatiuã. ꝛ pec
catũ gule deordinãs nutritiuã. Peccata q̃
accidũt ex deordinatõe generatiue ſunt iſta
ſcꝫ pollutio nocturna. luxuria in ꝓpria vxo/
re. fornicatio ſimplex. meretriciũ. rapt⁹. ad/
ulteriũ. inceſt⁹. viciũ ꝯtra naturã. Peccata
ex deordinatõe nutritiue dupliciť cõmittũ/
tur. mãducãdo. ꝛ ſic ꝺꝛ guloſitas. ꝛ bibẽdo.
ꝛſic ꝺꝛ ebrietas. Qꝺ fit q̇nqꝫ differẽtijs vt ſ̃
dictũ eſt. h̄ verſu cõprehenſis. Preprope re.
laute. nimis. ardẽter. ſtudioſe. Suppoſito
ꝙ coit⁹ cõiugalis poſſit eſſe peccatũ viden/
dũ eſt ꝑ diſtinctiõem q̇s coit⁹ cõiugalis eſt
peccatũ. ꝛ q̇s nõ. ꝛ q̇s venialis ꝛ q̇s mortaľ
Nota ğ ꝙ coitus ꝯiugalis alius eſt licitus
ali⁹ eſt fragilis. ali⁹ eſt impetuoſus. Licitus
eſt triplex. Quidã fit cauſa ꝓlis generande
ad cultũ diuinũ. ꝛ hic eſt theoſebie virtutis.
que ꝺꝛ pietas. Quidã cauſa reddẽdi debitũ
ꝛ hic eſt iuſticie. Quidã cauſa fornicationiſ
vitãde. ꝛ hic eſt cautele. De quo apl̉s. ꝓma
Cor. vij. Unuſquiſqꝫ habeat ſuã vxorẽ ꝓpť
fornicatõem. vitãdã ſupple. Fragilis ex fra
gilitate ꝓueniẽs cũ q̇s in vxore querit cõiu
galẽ delectatõem. nõ cauſa ꝓlis habẽde nec
debiti reddẽdi. nec fornicatõis vitãde. ſꝫ cã
delectatõis in ꝯiuge. Et diſtinguiť. aut illa
delectatio amať citra deũ. ꝛ tũc culpa eſt ve
nialis. Uel amať pl⁹ q̃ꝫ de⁹. vel eque vt de⁹.
ꝛ tũc peccatũ eſt mortale. Impetuoſus eſt
q̇ ex libidine ſola ꝓueniẽs. metas honeſtatꝭ
ꝛ rõnis excedit. Et ideo mortalis eſt quiqꝫ
modis. Primo qñ fit ꝓpter ſatiandã libidi/
nem ꝑ blãdicias meretricias. Secũdo qñ
fit p̃ter naturalẽ modũ. Tertio qñ fit in tp̃e
ꝓhibito. Quarto cũ fit ĩ loco ꝓhibito. Qui
to cũ accedit vir ad p̃gnantẽ mulierẽ vici/
nam partui. aut ĩ fluxu mẽſtruo laborãtem
Simplex fornicatio eſt luxuria qua ſolut⁹
cũ ſoluta naturali vſu femine cõmiſceť. ita
ꝙ ſolut⁹ excludit vinculũ matrimonij. ꝯſan
guinitatis. affinitatꝭ. ordinis. voti. religiõiſ.
ꝛ h̄ cum muliere ſoluta que vni⁹ vel pauco/
rum libidini ſe exponit. Meretriciũ eſt cõ/
mertiũ nefariũ cũ muliere q̃ multorũ paret
libidini. Nã meretrix ꝓprie dicta eſt mulier
q̃ multoꝝ libidini ſe exponit. Adulteriũ eſt
alteri⁹ thori violatio. Inceſt⁹ eſt lubricũ car
nis ꝯ̃ ꝯſanguinitatẽ. affinitatẽ. votũ cõmiſ/
ſum. de q̇bꝫ ſupra dictũ eſt.

De paſſionibꝫ ſiue ꝓprietatibꝫ pctõꝝ
Sectio XXXIII

a Ad clariorẽ expeditõem p̃dictoꝝ po
ſtremo videndũ eſt ꝺ paſſionibꝫ ſiue
ꝓprietatibꝫ peccatoꝝ. Sciendũ eſt ğ
ꝙ ad pctm̃ quedã ſunt antecedẽtia. q̃dã cir
cumſtãtia. ꝛ quedã ſubſequẽtia. Antecedẽ/
tia quedã ſunt ex ꝑte auerſionis. quedaꝫ ex
ꝑte ꝯuerſiõis. Ex ꝑte auerſionis a deo ſunt
ꝯtempt⁹. omiſſio. ingratitudo. inobediẽtia
ꝛ p̃uaricatio. Ex ꝑte ꝯuerſionis ad creatu/
ram ſunt. libido. ꝯcupiſcẽtia. delectatio. cõ/
ſenſus in pctm̃. ꝛ praua intẽtio. Subſequẽ
tia ſunt macula ꝛ reat⁹. Circũſtantia ſunt il
la q̃ circũſtantias nominam⁹. Auerſionẽ a
deo comitanť ꝯtempt⁹. omiſſio. ingratitu/
do. inobediẽtia. ꝛ p̃uaricatio. Nã voluntas
ad deũ ꝯuerſa ꝛ deo cõformis. vult qꝺ deuſ
vult. ꝛ nõ vult qꝺ de⁹ nõ vult. ꝛ h̄ debet fieri
Tũ qꝛ volũtas dei ſuꝑior eſt ſimpl̉r. volun
tas rõnalis creature inferior. ꝛ ideo teneť ſe
qui ſuꝑiorẽ. qꝺ ſi nõ facit ꝺꝛ ꝯtemnere. Tũ
quia dignũ eſt facere quicq̇d de⁹ vult fieri. ꝛ
ideo cũ auertimur dicimur omittere. Tũ
qꝛ iuſtũ eſt ꝓpter accepta bñficia obſequium
impẽdere. Uñ cũ auertimur a deo dicimur
ingrati. Tũ qꝛ ip̃e eſt dñs ꝛ nos ſerui. iõ te/
nemur facere q̇cq̇d nouim⁹ ip̃m velle qꝺ cũ
nõ facim⁹ dicimur inobediẽtes ꝛ p̃uaricato
res. ſed inobediẽtes qꝛ auertimur a volun/
tate dei. p̃uaricatores qꝛ trãſgredimur legẽ
eius Et nota ꝙ in volũtate auertẽte ſe a ꝺo
ꝯtempt⁹. omiſſio. ingratitudo. inobediẽtia.
ꝛ p̃uaricatio idẽ ſunt ſcꝫm rẽ. differũt aũt ſcꝫm
rõnem. Nã ꝯtempt⁹ reſpicit dei potentiam
omiſſio ſapiam. ingratitudo bñficiũ. inobe
dientia p̃ceptũ. p̃uaricatio legẽ. Et ſic ſcꝺm
iſta receſſus eſt in frequẽti auerſione a deo.
Elõgatio vero eſt in obduratõne. Con/
uerſionẽ aũt volũtatis ad creaturã comita
tur libido. q̃ eſt improbitas volũtatꝭ. bonũ

creatum ꝑeligens. ꝛ deſerēs increatū. Quā ſequitᷣ cōcupiſcentia. que eſt ꝓmus mot⁹ ex fomite ꝓueniēs in ſenſualitatē. tendens ad delectationē illicitā. Tūc ſequitᷣ delectatio cū inferioꝛ ꝑs ratōis cōdelectatᷣ. Tertio eſt cōſenſus cū ſuperioꝛ ꝑs rationis nō cōtradicit ſed aſſentit. Iſte triplex ſtat⁹ deſignat⁹ eſt in pꝛima temptatōne ꝑ ſerpentē mulierē ꝛ virum. Deinde reſtat opis cōſummatio. l' adhuc eſt pꝛaua intētio. Nam intētio eſt ad opus. Et ſic ex parte cōuerſiōis actuale peccatū antecedit libido. cōcupiſcentia. delectatio. cōſenſus in peccatū. ꝛ pꝛaua intentio

Circūſtantie vero dicuntᷣ que peccatum circūſtant. que nos circūſtantias appellam⁹ Eſt autē circūſtantia ꝓprietas ꝑſone vel negocij ex ſe ꝑtinens ad laudē vel vituperiū vel diminuēdo. vel augēdo. vel in aliud genus peccati trahēdo. Proprietas ꝑſone eſt vt quia pulcer eſt homo. ſapiēs. bonus. ꝛ cetera huiuſmodi. Et talis ꝓprietas reſpōdet ad queſtionē factā ꝑ quis. Proprietas negocij eſt que ꝑtinet ad opus. ꝛ eſt gen⁹ operis. vt quia fecit h̄. vbi fecē. q̄re fecit. quo tp̄e fecit. ꝛ quomō fecit. Que in hoc verſiculo cōtinentᷣ. Quis. quid. vbi. quib⁹ auxilijs. cur. quomō. quādo. Que poſſunt in q̄tuoꝛdeci differētias explicari. his verſib⁹ cōpꝛehēſas
Aggrauat oꝛdo. locus. ꝑſona. ſciētia. temp⁹
Etas. cōditio. numerus. moꝛa. copia. cauſa
Et modus in culpa. ſtat⁹ altus. lucra puſilla.
Ex his autē quinq; reſpiciūt perſonā. ſcꝫ ſcientia. etas. cōditio. oꝛdo. ꝛ ſtat⁹. Tres reſpiciūt crimen. ſcꝫ copia. cauſa. lucra puſilla Due ſunt adiacētes. ſcilicet locus ꝛ temp⁹.

Ad peccatū vero ſequentia ſunt macula ꝛ reat⁹. Anima enī cuꝫ ad creaturā cōuertitᷣ ſm auguſtinū obtenebꝛatᷣ. peioꝛatᷣ. ꝛ deſtruitur. Iſta aūt obtenebꝛatio. peioꝛatio ꝛ deſtructio idē ſunt quod defoꝛmitas imagis dei. ſiue diminutio naturalis boni. ſiue macula. quia ex cōtactu ſpirituali inferioꝝ qui eſt per amoꝛē inoꝛdinatū. ſoꝛdidatᷣ imago dī in nobis ꝛ polluitᷣ. Reatus vero ſequitᷣ peccatum ratiōe auerſionis. quia tantū bonū eſt deus. ſicut dicit Auguſtinus vt nulli bene fit qui ab eo recedit Sicut ergo ex conuerſione ad creaturā eſt macula. ſic ex auerſione a deo eſt reat⁹. qui eſt obligatio ad penam. Peccatū quippe tranſit actu. ſed remanet reatu. peccatū ſcꝫ actuale.

Finit ꝓma ꝑs.

Incipit ſecūda ꝑs que recipit ſeptem ſectiones.

De vulneratione naturalium
Sectio I

Poſtquā viſuꝫ eſt de malo ꝓut tenet rōnem culpe videndū eſt d' malo īq̄ntū tenet rationē pene. Eſt ḡ notandū ꝙ malū ſiue peccatū punitᷣ pena multiplici in p̄nti ꝛ etiam ī futuro. In p̄nti aūt punitᷣ q̄ntū ad animā ꝛ q̄ntū ad coꝛp⁹. Q̄tū ad aīam punitᷣ in vulneratiōe naturaliū. ꝛ expoliatōe gratuitoꝝ. Vulnera q̄b⁹ vulnerata eſt aīa ꝓpter peccatū ſunt q̄ttuoꝛ ſm Bedā. Dicē enī ꝙ q̄ttuoꝛ ſunt nob inflicta ꝓpter pctm̄ ade. ſ. infirmitas. ignoꝛātia. malicia. ꝛ ꝯcupiſcentia ex his cōtracta ꝛ ꝯflata. Quoꝝ ſufficiētia ſic accipitᷣ. Aīa ſicut dicit Aug⁹. eſt media inter deū ꝛ creaturas. De⁹ aūt eſt oīpotēs. oīſciens ſumme bon⁹. eſſentia indiuiſus. Potētia attribuitᷣ patri. ſapīa filio. bonitas ſpūiſancto Indiuiſio ad p̄ris ꝛ filij ꝛ ſpūſſci ꝑtinet vnitatē. Auertēs ḡ ſe a deo aīa ꝛ ad creaturas trāſiens ꝑ amoꝛē deſerēdo potētiā q̄ poteſt q̄cq̄d poteſt. īcurrit infirmitatē. Deſerendo ſapiam q̄ ſcit q̄cq̄d ſcit. incurrit ignoꝛātiam Deſerēdo bonitatē q̄ valet q̄cq̄d valet. īcurrit maliciā. Deſerēdo ſubam indiuiſam. incurrit ꝯcupiſcētiā. q̄ hō diuiditᷣ in ſeipō et a ſeipō. intm̄ vt volūtas ſenſualitatꝭ volūtati nō ſubiaceat rōnis. Nō enī qḋ volum⁹ h' facim⁹ bonū. cū caro aduerſus ſpm̄ ꝯcupiſcat. Eſt aūt infirmitas ex deſertōe oīpotētie. impotētia reſiſtēdi mal' vel difficultas ī agēdis bonis. Ignoꝛātia ex deſertōe ſūme ſapientie eſt hebetudo ad cognoſcēdū ea q̄ ſunt neceſſaria ad ſalutē. Malicia ex deſertione ſumme bonitatꝭ eſt ꝓnitas vl' inclinatio ad malū. Cōcupiſcētia ex deſertōe īdiuiſe ſube eſt coꝛruptio diuidēs appetit⁹ vt appetit⁹ ſenſualitatꝭ ab appetitu rōis diſſentiat. Peccauit ſiquidē ꝑ rōnalē ꝓm⁹ parēs ſciaꝫ īdebitā appetēdo. ꝛ iō in rōnali potētia eſt punit⁹ ꝑ ignoꝛātiā. Peccauit ī ꝯcupiſcibili appetēdo cibū vetitū. ꝛ iō in ꝯcupiſcibili ē punit⁹ ꝑ caſum ī maliciā. q̄ dr̄ ꝓnitas ad malū. Peccauit ī iraſcibili appetēdo indebitā poteſtatem ꝛ iō in iraſcibili eſt punit⁹ cadēdo in infirmitatē. Ex trib⁹ aūt p̄dictꝭ ꝯcupiſcētia ē ꝯflata Hec aūt q̄druplex pena vulnerās aīam ꝑ originale pctm̄ ad poſteros ē trāſmiſſa

De ſpoliatiõe gratuitoꝝ Sectio II

ſ Equit᷑ videre de ſpoliatiõe gratuito
rũ qua punit᷑ aĩa ꝓpter pctm̃. Eſt au
tem ſpoliatio gratuitoꝝ ſubtractio
grẽ gratũ faciẽtiſ. mortificatio meriti p̃cedẽ
tis. fruſtratio ſanguĩs redimẽtiſ. iniuria an
geli ꝓmouẽtis. inimicicia dñi p̃ſidẽtꝫ. defor
matio diuine imaginis. honoratio demõis
ſeruit⁹ peccati. reat⁹ eterni ſupplicij. debilita
tio liberi arbitrij. elõgatio ſupni bñficij. ꝛ ꝓ
uocatio om̃is creature dei in vltionẽ inimi
coꝝ creatoris ſui. Et qꝛ teſte Auguſtino nũ
q̃ʒ eſt dedec⁹ culpe ſine decore iuſticie. nec ẽ
culpa cõmiſſa ſine pena ꝑmixta. ideo nota.
ꝙ quedã ſunt ſic peccata ꝙ etiã ſũt pẽa pec/
cati. Speciali mõ ſunt illa pctã ꝛ pena pec/
cati. que habẽt adiunctã meſticiã ꝛ doloreꝫ
ſicut ſunt inuidia. ira. gula ꝛ accidia. Min⁹
ſpecialiter dicunt᷑ illa pctã ꝛ pena peccati. q̃
habẽt adiunctã merã deprauatiõem natu/
re vel ignominiã. ſicut ſunt illa pctã ꝓpter q̃
dicit᷑ homo tradi in reprobũ ſenſum. Gene
raliter ſ̃o peccata ꝛ pena pcti dici pñt om̃ia
peccata q̃ ſunt inter ꝑmã apoſtaſiã ꝛ vltimã
gehenne penã. Dic̃ ei beat⁹ Gregori⁹ ꝙ cri/
mina criminib⁹ vindicant᷑. Et pctm̃ qđ per
pniam nõ diluit᷑. mox ſuo põdere ad aliud
trahit. Licet aũt idẽ dicat᷑ pctm̃ ꝛ pena pec/
cati. nota tm̃ ꝙ om̃is pena inq̃ʒtũ pena iuſta
eſt. ꝛ a deo eſt. Nulla aũt culpa iuſta eſt. nec
a deo eſt. ſʒ tm̃ a libere voluntatis arbitrio
Pena ſ̃o que mere pena eſt a đo eſt inflicta
q̃ ſ̃o culpa eſt vel ad culpã inclinãs eſt ↄtra
cta vel acta. Et ſic collige breuiter ꝙ triplex
eſt pena. ſ. acta. inflicta. ꝛ ↄtracta. Acta ẽ que
ſequit᷑ ad pctm̃ actuale. Nã q̇ culpã morta/
lem cõmittit. penã dãni facit ſibi. qꝛ gratiã
dei ꝑdit. Pena inflicta eſt quã de⁹ nõ ſtatuẽ
do ſʒ iudicãdo vel vindicãdo pctõri infligit
Pena cõtracta eſt que ſequit᷑ ad peccatum
originale.

De penis corꝑalib⁹. Sectio III

ſ Equit᷑ videre de penis q̃ʒtũ ad cor/
pus q̃s hoies ꝓpter peccata patiun
tur. Patiunt᷑ aũt hoies ꝓpter culpã
penas naturales. de q̇b⁹ dicit beat⁹ Grego
rius. ꝙ ſeptẽ ſũt ſagitte naturã hoim mole/
ſtãtes. ſ. frigus. calor. fames. ſitiſ. labor. mor
bus. ꝛ mors. Deſunt pene naturales ꝛ ge/
nerales q̃ a ꝑmis parẽtib⁹ ad poſteros ſunt
trãſmiſſe. ꝛ in ipĩs ꝓgenitorib⁹ ichoate. Nã
ꝑmi parẽtes ſtatim poſt culpã ſenſerunt pe
nam rebellionis ꝛ erubeſcẽtie in carne. ꝛ p⁹
diuino iudicio vir incurrit penã laboris et
anguſtie. penã famis ꝛ indigẽtie. penã mor/
tis ꝛ incineratiõis. Mulieri aũt duplicata
eſt pena. qꝛ inflicta eſt ei penalitas multipli/
cium erũnaꝝ in ↄceptu. pena doloꝝ in ꝑtu
pena ſubiectiõis ad viꝝ in ↄuictu. Patiunt᷑
etiã penas ꝑſonales cõplures. Plurimi ei
filioꝝ Adã patiunt᷑ in mẽbris diminutõeꝫ
quidã ſuꝑfluitatẽ. quidã intrinſecã corrup/
tionẽ. quidã extrinſecã deformitatẽ. q̇dã ſũt
paralitici. q̇dã epilẽtici. ꝛ alij ſunt diuerſis i
firmitatib⁹ ꝛ egritudinib⁹ ꝛ ſpecialib⁹ mor/
bis oppreſſi. alij leproſi. alij a demonib⁹ ob/
ſeſſi. Patiunt᷑ q̃ʒ penas temꝑales. Nã teſte
Oroſio ab adã vſq̃ʒ ad nos ſunt ſecula trãſ
acta. nũc bellis grauia. nunc morbis corru
pta. nũc fame triſtia. nũc terraꝝ motib⁹ ter/
ribilia. nũc iundatiõib⁹ aquaꝝ inſolita. nũc
eruptiõib⁹ igniũ metuẽda. nũc ictib⁹ fulmi/
nũ. plagiſq̃ʒ grandinuꝫ ſeua. nũc paricidijs
flagicijſq̃ʒ miſera.

De locis penalibus.
Sectio IIII

s Equit᷑ videre de pena qua punitur
q̇s poſt hãc vitã. Ad cui⁹ rei notici
am ſunt q̃ttuor attẽdenda. ſcꝫ diſtin
ctio locoꝝ. aꝑtio libroꝝ. cõflagratio igniuꝫ
mundanoꝝ. ꝛ triplicatio cruciatuũ inflicto
rum Triplex aũt loc⁹ eſt ſiue receptaculũ p⁹
hãc vitã ad pctã hoim puniẽda ſ̃m triplex
gen⁹ peccati. Eſt em̃ loc⁹ purgatori⁹. ꝛ h̃ de/
bet᷑ peccato veniali. Eſt limbuſ. ꝛ hic debet᷑
pctõ originali. Eſt infern⁹. ꝛ hic debet᷑ pctõ
mortali. Et credunt᷑ eſſe ſub terra gradati
poſita iſta loca. q̃ aliter diſtingui poſſũt ſ̃m
differentiã quadrimẽbrẽ. Penalis em̃ loc⁹
đr alicui deputat⁹ aut ſ̃m penã damni. ꝛ ſic
eſt limb⁹. aut ſ̃m penã ſenſus. ꝛ ſic eſt infer/
nus. Utrũq̃ʒ aũt mẽbrorũ in duo diuidit᷑.
Nã q̇ pena dãni puniunt᷑. aut ſimpliciter et
eternaliter puniunt᷑. ꝛ hi ſunt in inferiori ꝑ/
te loci illi⁹ q̇ đr limb⁹. aut puniunt᷑ nõ et̃na/
liter ſʒ ad temp⁹. ꝛ hi erãt in ſuꝑiori ꝑte eiuſ
dem loci q̇ dicebat᷑ abrae ſin⁹. Sil'r q̇ pena
ſenſus puniunt᷑. aut ſimpl'r ꝛ eternaliter pu
niunt᷑. ꝛ iſti ſunt in inferno ꝓprie dicto. Aut
ad tꝑs puniunt᷑ ꝛ iſti ſunt i purgatorio. De
terminat᷑ aũt loc⁹ purgatori⁹ ſ̃m legẽ cõem
ꝛ ſic credẽdũ eſt eſſe inferi⁹ nõ ſuꝑi⁹. ſicut cre
dit᷑ de limbo. Determinat᷑ etiã ſ̃m diſpoſiti
onẽ diuinã. ꝛ ſic diuerſis diuerſa ↄceſſa ſũt

loca. vel ꝓpter eoꝝ celerioꝛē liberatiōem. vt
poſſint alijs ſuā indigentiā reuelare. vl' ꝓpt
noſtrā inſtructōem vt cogitemꝰ poſt hāc vi
tam ꝗ̄ꝫ magnū reſtare peccātibꝫ cruciatum.
vel ꝓpter alicuiꝰ ſancti impetratōꝫ. ſicut legi
tur ſanctꝰ Patriciꝰ cuidā ī quodā loco pur/
gationē a deo impetraſſe. Locꝰ ꝟo infernal'
abſq̄ꝫ dubio eſt ſub terra deoꝛſum. in ꝙ̄ om
nes repꝛobi eternalit' affligent'. tā homines
ꝗ̄ꝫ ſpūs mali ſub eodē igne materiali. ꝙ̄ ſem
per affliget dānatos. nec ꝯſumet. ſm̄ exigē/
tiam meritoꝝ excrucians oīes ſenſus. Nec
ſolꝰ ignis repꝛobos inflāmabit. ſed et cete/
ra elemēta cōfuſa ⁊ ꝑmixta in repꝛobos cō/
uertent'. ita ꝙ erit ibi ignis ardēs. aqua con
gelās. aer īqetꝰ ⁊ ꝑturbatꝰ ⁊ terre fetoꝛ. Vn̄
Gregoꝛiꝰ. In inferno erit frigꝰ impoꝛtabile
ignis inextinguibilis. fetoꝛ intolerabilis.

De apertione libꝛoꝛum

Sectio V

ſ Equit' videre de aptiōe libꝛoꝝ. i. cō/
ſcientiaꝝ ꝙ̄ fiet in iudicio. De ꝙ̄ apti
one tenendū eſt. ꝙ in iudicio ſingul'
aderit vis diuina. qua fiet vt oīa merita vl'
demerita ſibijpſis ⁊ alijs innoteſcāt. Sibi/
ipſis aūt innoteſcēt ꝓpria vt in ꝓmptu habe
ant ſinguli cogitatiōes accuſantes vel etiaꝫ
defendētes. Reducent' etiā ad memoꝛiā ſin
guloꝝ cogitatōes. affectiōes. operatiōes. et
intentiōes. ad oſtēſioneꝫ diuine iuſticie ſm̄
ſtatū illū. ⁊ ad oſtēſionē diuine miſericoꝛdie
ſm̄ ſtatū tranſactū vel p̄teritū. Ad oſtēſiōꝫ
diuine iuſticie in retribuēdo ſingul' ad me/
moꝛiā reducent' bona vl' mala. in ꝙ̄bꝫ finali
ter ꝑmanſerūt. qꝛ illa ſola digna ſunt retri/
butiōe eterna. Ad oſ̄ſionē diuīe miſericoꝛ/
die de p̄terito rememoꝛabūtur mala bono/
rum a ꝙ̄bꝫ ſunt miſericoꝛdit' liberati. ⁊ bona
maloꝝ ꝙ̄ eis dn̄s miſericoꝛdit' operatus eſt
Nō ſolū aūt ſibijpſis. veꝝ etiā ſingul' ſingu/
loꝝ ſingula innoteſcēt geſta. ⁊ cogitata bo/
na ⁊ mala. ⁊ extūc nota erūt ⁊ apta omnibꝫ.
Et h̄ ad certā liberatiōeꝫ meritoꝝ. ꝙ̄ ſcit' in
omniū actuū bonoꝝ ⁊ maloꝝ recognitiōe.
ita vt ſinguli de ſingulis meritis alioꝝ va/
leant iudicare. Oſtēſio ꝙ̄ppe maloꝝ ī bonis
erit ad manifeſtationē diuine miſericoꝛdie.
ꝓus ſibi facte. Oſtēſio bonoꝝ ī eiſdē erit ad
manifeſtatōꝫ iuſticie. qua digne a deo p̄mi/
ant'. Oſtēſio aūt bonoꝝ in malis erit ad ma
nifeſtationē diuine miſericoꝛdie in h̄ ſeculo
ſibi facte. Oſ̄ſio ꝟo maloꝝ in eis erit ad ma
nifeſtatiōem iuſticie ꝙ̄ digne a dn̄o cōdem/
nant'. Aperiet' nihilominꝰ aliꝰ liber ꝙ̄ eſt li/
ber vite. verbū ſcꝫ incarnatū. cuiꝰ ꝟtute om
nia iſta fiēt. ꝙ̄ in foꝛma deitatis nō videbit'
niſi a bonis. In foꝛma humanitatis in qua
ſniam ꝓmulgabit videbit' tā a malis ꝗ̄ꝫ a bo
nis. licet in eadē foꝛma appareat terribil' re/
pꝛobis. blādus iuſtis.

De igne conflagrationis

Sectio VI

d E igne cōflagratiōis iam modo eſt
agendū. De h̄ bꝛeuiter eſt tenendū.
ꝙ ignis p̄cedet faciē iudicis ꝙ̄ terre
facies exuret'. ita ꝙ figura huiꝰ mūdi igniuꝫ
ꝯflagratiōe peribit. ſicut factū eſt aquaꝝ in
undatiōe diluuiū. Sic eīm̄ pꝛius mūdꝰ de/
letus eſt ꝑ aquā ꝙ̄ eſt frigida ⁊ purgatiua cō
tra ardoꝛē ⁊ fetoꝛē luxurie. qua illud ſeculū
inficiebat'. ſic finalis mūdus ꝑ ignē ꝙ̄ calidꝰ
eſt ⁊ ꝯſumptiuꝰ finiri debet. ꝯtra tēpoꝛē cha
ritatis ⁊ algoꝛē ſiue frigꝰ auaricie. que maxi
me regnabit in ſeculi ſenectute. Et ꝙ̄a tunc
hoīs iniq̄tas puniet'. neceſſe erit terreri coꝛ/
da omniū peccatoꝝ. ꝙ̄ vniuerſoꝝ dn̄m con/
tempſerūt. Et qꝛ habitaculū debet ꝯfoꝛma
ri ſuo habitatori. tūc totꝰ mundꝰ ꝑturbabit'
hoīe ꝑturbato. ſic̄ ſtetit cū ipo ſtāte ⁊ q̄dam/
modo cecidit cū labēte. Quia etiā tūc iudi/
cis ſeueritas oñdit'. diuinū zelū accipiet om
nis creatura vt ſuo ꝯfoꝛmet' auctoꝛi. ⁊ ideo
neceſſe erit totiꝰ oꝛbis cardines cōmoueri
Et qꝛ nihil eſt intēſiꝰ. velociꝰ. ⁊ hoꝛribiliꝰ in
agēdo ⁊ cōmouēdo cetera elemēta ꝗ̄ꝫ ignis
ex oīm̄ ꝑte ꝯcurrēs. hinc eſt ꝙ ipſiꝰ iudicij fa
ciē p̄cedet ignis. nō ex vtraq̄ꝫ ꝑte tm̄. ſꝫ ex oī
ꝑte mūdi. ita ꝙ ibi erit ꝯcurſus ignis elemē
taris. terreſtris. purgatoꝛij. ⁊ infernal'. ⁊ tūc
ꝑ infernalē repꝛobi aduret'. ꝑ purgatoꝛium
iuſti purgabūt'. ꝑ terreſtrē terrenaſcētia ꝯſū
ment'. vtpote vegetabilia ⁊ aīalia. ꝑ elemēta
rem oīa ſubtiliabūt'. ⁊ ad īnouatōis faciem
diſponēt'. ⁊ etiā cū h̄ nō ſolū hoīes ſꝫ etiā de
mones turbabūt'. ⁊ tandē hoīes repꝛobi et
ſpūs mali cū infernali igne ī baratrū intru/
dentur.

De cruciatibꝫ inferoꝝ Sectio VII

Equit' videre iā ſeptimo d̄ tribulati
one cruciatuū inferoꝝ. Ad cuius rei
noticiā eſt tenēdū ꝙ oēs actualiter
peccātes ⁊ ī pctīs finalit' ꝑdurātes pena tri
plici apud inferos punient'. ſm̄ ꝙ multimo
da deoꝛdinatio ē in moꝛtali ⁊ actuali pctē.

In omni q̄ppe mortali pctō est deordinata
auersio a sūma luce ⁊ bonitate. ⁊ huic debet̄
carētia visiōis dei. Est etiā deordinata con
uersio ad bonū cōmutabile. ⁊ huic debetur
pena material' incēdij. Est etiā tertio deor/
dinatio volūtat; libere ꝯ dictamē recte rati
onis. ⁊ huic debet̄ vermis intrinsecꝰ. Puni
etur etiā pena eterna ſm ꝙ deordinatio in
mortali pctō est ꝑpetua. Pctm̄ em̄ qđ q̇s cō
mittit ⁊ de q̄ nūq̄ȝ penitet. ꝑpetuo in aīa per
durat. ⁊ a vita ꝑpetua. ſ. deo. ꝑpetuo ſepat. ⁊
a volūtate ꝓcedit q̄ vellet in pctō ꝑpetuo de
lectari. Et licet illa delectatio trāsiēs sit mo
mētanea. deordinatio tn̄ tenet rōem ꝑpetui
tatis. iō pena deordinatōi rn̄dens dȝ habe
re carentiā finis. vt sic homo ī suo ꝑpetuo n̄
apposuit finē a pctō recedēdo. sic deꝰ ī suo ꝑ/
petuo nō desistat a puniēdo. ⁊ sicut ꝯ infini
tū peccauit. sic penā habeat infinitā. Et qꝛ ī
finitā penā nō pōt hr̄e intēsiue. saltē infinitā
penā habeat duratiōe. Et sic volūtas post
mortē malo adheret sine susceptōe pnīe. sic
deꝰ sp̄ affligat sine sni̅e mutatiōe. Punie̅t ni
hilominꝰ pena acerba ſm ꝙ deordinatio in
pctō fuit libidinosa. Delectatio eī libidino/
sa puniri dȝ ꝑ penā afflictiuā. Et qꝛ pecca/
tores delectabilit̄ creature adheserūt. ⁊ crea/
torē cōtumacit̄ ꝯtēpserūt. iō p̄cipitabūt̄ ī lo
cū infimū. ⁊ maxīe a statu gl'ie lōginquū. ſ. ī
ꝓfundissimū infernū. vbi expone̅t affligēdi
infime nature. ſ. fecibꝫ corpoꝝ mūdanorum
igne fumoso ⁊ sulphureo ꝯcremādi. in illo
igne inseꝑabilit̄ alligādi. ⁊ ab eodē ſm exigē
tiā meriti eternalit̄ cruciādi. nūq̄ȝ tn̄ subali
ter ꝯsumēdi. Et sic ptȝ ꝙ ī penis dānatorū
erit varietas. ⁊ cū varietate eternitas. ⁊ cum
eternitate acerbitas.

Incipit tertia ꝑs q̄ hȝ. lvij. sectiōes.
De eo quod est frui ⁊ vti
Sectio I

d Icto de malo
culpe qđ est fugiēdū. ⁊ de malo
pene qđ est ꝑtimescēdū. vidēdū
est de bono. ⁊ h̄ duplr̄. Primo sub rōne me
riti in viatoribꝫ. Scđo sub rōne p̄mij in cō
p̄hēsoribꝫ. Ad meritū viatoꝝ spectat cogno
scere ⁊ discernere triplex bonū. ſ. bonū īcrea
tū qđ est deꝰ. ꝓcreatū qđ est mūdꝰ. ꝯiuga/
tū qđ est xp̄s. Deꝰ est creator. mūdꝰ creatura
xp̄s creator ⁊ creatura. Deo est fruēdū. mū
do est vtendū. xp̄i dei felicitate est fruendū.
xp̄i hois ꝯformitate est vtēdū. Sunt ergo
res q̇bꝫ est fruendū vt increate. sunt q̇bꝫ est
vtendū vt ꝓcreate. sunt q̄ fruunt̄ ⁊ vtunt̄. vt
angeli ⁊ homīes. Res q̇bꝫ est fruēdū faciūt
nos beatos. res quibꝫ est vtēdū ad beatitu
dinē adiuuāt viatores. res q̄ fruunt̄ ⁊ vtun
tur habēt xp̄m deū ⁊ hoiem vt cōtemplētur
delectabiliter eiꝰ diuinitatē. ⁊ imitet̄ exēpla/
riter eiꝰ humanitatē. Deitas xp̄i maxīe bea
tificat angelos ⁊ sctōs etiā cōp̄hēsores. hu/
manitas ṽo eiꝰ maxīe letificat ⁊ edificat ho/
mines adhuc viatores. Est autē frui alicui
rei amore inherere ꝓpt' seip̄am. Vti ṽo est id
qđ in vsum venerit referre ad obtinēdū illđ
quo fruēdū est. Itē fruimur cognit; in q̇bꝫ
ip̄is volūtas đlectata ꝯquiescit. Vtimur ve
ro eis que ad illud referimꝰ q̄ fruenduȝ est
Itē aliter accipit h̄ duo Augꝰ dicēs. Vti est
assumere aliq̇d in facultatē volūtat;. Frui ē
vti cū gaudio. nō adhuc spei ſȝ iā rei. Vidē/
dū est g̊ ꝑ ordinē de his tribꝫ. Et p̄mo đ deo
trino ⁊ vno. Scđo de mūdo ex creatura tri
plici ꝯstituto. Tertio de xp̄o ⁊ triplici eiꝰ bn̄
ficio. ſ. doctrina vl' scriptura sacra gr̄a ṽtutū
⁊ medicina sacramētali.

Quid de deo trino ⁊ vno credendū est. et
intelligendum ⁊ exprimendū.
Sectio II

d E deo trino ⁊ vno ſm fidē rectā ha
bemꝰ credere intelligere ⁊ exp̄mere.
Credere đ pluralitate ꝑsonaꝝ ī vni
tate nature. h̄ est ꝙ ī diuis est vna natura et
tres ꝑsone. ſ. pr̄ ⁊ filiꝰ ⁊ spūssanctꝰ. q̄ꝝ p̄ma a
nulla est. scđa a p̄ma sola est ꝑ eternā genera
tionē. tertia a p̄ma ⁊ scđa est ꝑ cōem spiratio
nem. ita ꝙ ꝑsonaꝝ trinitas nō p̄iudicat vni
tati. nec essentie vnitas preiudicat trinitati.
Habemꝰ q̄ȝ intelligere ꝙ ī diuinis sūt due
emanatiōes. Vna ꝑ modū nature q̄ gene/
rat̄ filiꝰ. Alia ꝑ modū volūtatis qua spirat̄
⁊ ꝓcedit spūssanctꝰ. Tres hypostases. vna
patris. vna filij. vna spūssancti. Quattuor
relatiōes. ſ. paternitas. filiatio. spiratio. et ꝓ
cessio. Quinq̄ȝ notōes. ſ. q̄ttuor p̄dicte relatō
nes. ⁊ inascibilitas ē q̇nta ita ꝙ inascibilitas
p̄uatiue ⁊ pr̄nitas positiue sūt due pr̄is noti
ones. Filiatio est notio filij. spiratio actiua
est cōis notio pr̄is ⁊ filij. ꝓcessio est notio spi
ritussancti. Tres sūt etiā ꝓprietates ꝑsona/
les q̄ his vocabulis exp̄mūt̄. ſ. pater ⁊ filius
⁊ spiritussanctus. Habemꝰ tertio mysteriū

diuinitatꝫ beate exprimere ſm duos modos ꝑdicandi.ſ.ꝑ modū ſubſtātie.ꝛ ꝑ modū relationis. Omnia em̄ ꝑdicamēta dicta d deo trāſeunt in ſubſtantiā excepta relatiōe. que ratione ſubiecti in q̄ eſt trāſit in ſubſtantiā ne faciat cōpoſitionē. rōe vero termini ad quē eſt manet vt faciat diſtinctōem ſm tres modos ſupponēdi.ſ.ſm modū ſubſtātie.notionis.ꝛ ꝑſone. de quibꝫ datur talis regula. Quod ſuppoſita eſſentia nō ſupponitur notio vel ꝑſona.ꝛ ſuppoſita notiōe nō ſupponitur ꝑſona vel eſſentia.ꝛ ſuppoſita ꝑſona nō ſupponitur notiō vel eſſentia. ſm quattuor modos ſignificandi ſubſtantiā.ſcꝫ nomīe eſſentie.ſubſtantie. hypoſtaſis ꝛ ꝑſone. Horū q̄ttuor exēpla in creaturis ſunt. humanitas que eſſentiā: homo q̄ ſubſtantiā. aliq̄s homo qui ſignificat hypoſtaſim ſiue ſuppoſitū. petrus q̄ dicit ꝑſonam ſm q̄nqꝫ modos dicēdi ſiue querendi ſcꝫ ꝑ q̄s.qui.que.qd ꝛ quid. Quis rōne ſubſtantie.q̄ ratiōe hypoſtaſis. q̄ ratiōe notōis qd ratiōe ſubſtātie.q̄d rōe eſſentie. Secūdū tres modos differendi.ſ.ſm differentē modum exiſtēdi ſiue emanādi.ſicut differt ꝑſona a ꝑſona. Secūdū modū differentē ſe habēdi.ſic differt ꝑſona ꝛ eſſentia. quia ꝑſona vna refertur ad aliam. ſꝫ eſſentia nō refertur. Secūdū moduꝫ intelligēdi ſicut differt vna ꝓprietas ſubſtantialis ab alia. vt bonitas ꝛ ſapientia.

Qualiter deus trinus ꝛ vnus manifeſtat ſe in effectibꝫ creature Sectio III

De deo trino ꝛ vno ſm fidē catholicam eſt tenendū. q licet ſit incōmutabilis.inſenſibilis.incircūſcriptibilis. reddit tamē ſe ꝑ creaturas diuerſas.i. ꝑ effectus multiplices manifeſtū.ita q in creaturis omībꝫ dicitur deus eſſe q̄ntū ad naturā ꝛ hoc tripliciter.ſcꝫ ꝑ eſſentiā.ꝑſentiā.et potentiā.ita q extra immēſitateꝫ diuine eſſentie nihil manet.ꝓpter limpiditatē diuine preſentie nihil latet.ꝯtra infinitatē diuine potētie nihil valet. ꝛ ſic eſſe cōpetit beatiſſime trinitati. Dicitur habitare in iuſtis quantuꝫ ad grām que eſt effectus beatiſſime trinitatꝫ. ad deū reducēs ꝛ faciēs nos habere deū. ꝛ deum haberi a nobis.ac ꝑ hoc deus trinitas in nobis dꝛ habitare. Dicitur ſedere in beatꝫ q̄ntum ad glīam.ratiōe cuius deus trinus in beatorū mentibꝫ quietatur. in q̄ꝝ poteſtatiua ſedet vt eq̄tas.in cognitiua lucet vt ꝟitas. in affectiua ardet vt charitas. Dicitur apparere ſenſibiliter cū expꝛſſa ſignificatōe.ſicut ſpūſſanctus in ſpecie colūbe apparuit ſup xp̄m.ꝛ in linguis igneis ſup apoſtolos. Et q̄a ꝑſone diſtincte ſunt. diſtinctis poſſunt ſignari ſignis.ita q tres ſimul ꝑſone. ſicut abꝛaam ī tribꝫ angelꝰ dicitur apparuiſſe trinitas ꝑſonaꝝ poſſunt etiā due apparere. ꝛ quelibet ſingillatim dicitur deſcēdere de celis. ꝛ hoc cum effectus tā ſpūalis q̄ꝫ ſenſibilis inchoatione. q̄ q̄uis in ſe immutabilꝰ ꝑſeueret. tamē de abſente dꝛ fieri nobis ꝑſens. qū in nobis incipit habitare ꝑ donū gratuitū qd non videmus. ſic accidebat frequēter in ecclīa ꝑmitiua. Dicitur mittere ſiue mitti cū eterna ꝓductione. Pater ſiquidē mittit filiū qū inſinuat q ꝓcedit ab ipo ꝑ eternā generationē. pater ꝛ filius mittūt ſpūmſanctū cū inſinuant q ꝓcedit ab ambobꝫ ꝑ cōmuneꝫ ſpirationem. Pater nō mittitur qꝛ a nullo ꝓcedit. Spiritus ſanctus nō mittit ꝑſonā. ſꝫ mittitur. qꝛ nō ꝓducit ſed ꝓducitur. Filius vero mittit ꝛ mittitur. q̄a ꝓducitur ꝛ ꝓducit. Dicitur incarnari ꝑ cōmertiū diuine nature ꝛ humane in ꝑſone vnione. q̄ vnio facta eſt tm̄ in ꝑſona filij. quā tn̄ eſt tota trinitas opata.

De appꝛopꝛiatis pr̄is Sectio IIII

De deo trino ꝛ vno ſm fidē catholicam eſt tenendū q licet oīa eſſentialia tribꝫ ꝑſonis equalitur ꝛ indifferenter ꝯueniāt. tn̄ pr̄i dꝛ appꝛopꝛiari vnitas. eternitas. rō ꝑncipiādi. ꝛ omīpotētia. Hec autē q̄ttuor dicuntur appꝛopꝛiari patri. nō qꝛ fiāt ꝓpria cū omībꝫ ꝑſonis ſint cōmunia. ſꝫ quia ducūt in cognitionē ꝑſone patris. q̄ eſt origo ꝑſonaꝝ in trinitate. nō habēs ꝑncipiuꝫ ſed ꝑncipiās a qua etiā fluit omē poſſe. Eſt aūt dei potētia cōpleta nō poſſe deficere. cū non ſit de nihilo. nō potēs ſuccūbere. cū nō ſit de aliquo. nō potēs indigere. cum nunq̄ꝫ careat aliquo bono. Potētia ꝟo hominis ī peccādo deficit. in patiēdo ſuccūbit. ī corporibꝫ actiōibꝫ indigētiā includit. Eſt igitur deus omīpotēs ita tn̄ q ei nō attribuūtur actus culpabiles. vt poſſe mētiri ꝛ malum facere. nec actus penales. vt poſſe metuere ꝛ dolere. nec actus materiales ſiue coꝛpales. vt poſſe currere ꝛ ambulare. Eſt etiā dei potētia oꝛdinata ita q ei nō attribuūtur actus incōueniētes. vt poſſe facere maioꝛē ſe. vꝫ aliū deū equalē ſibi. vel creaturā infinitā actu. Oꝛ ſicut dicit Anſelmus. quodlibet incōueniēs etiā minimū eſt impoſſibile apud deū.

De appropriatis filij Sectio V

Filio appropriaꝫ veritas. ſpecies. ra
f tio exemplãdi. ⁊ om̄is ſciẽtia. Hec
aũt quattuoꝛ dicunꝫ appropriari fi/
lio nõ q2 ſiãt ꝓpria. cũ trib9 perſonis ſint cõ/
munia. ſꝫ quia ducũt in cognitõem filij ꝑſo
ne que eſt a patre. vt verbũ qꝺ eſt pr̄i equale
⁊ ideo ſũme pulcrũ. in q̄ om̄ia ꝓuiſa ⁊ diſpo
ſita exemplanꝫ. a quo tãq̄ ꝓmo ⁊ ſummo ex
emplari fluit omne ſcire. Cognoſcit aũt dei
ſapīa limpide om̄ia bona ⁊ mala. p̄terita. p̄/
ſentia. ⁊ futura. actualia ⁊ poſſibilia incõpre
hẽſibilia a nobis ⁊ infinita. Ita tñ ꝙ i ſe nul
lo modo diuerſificaꝫ. licet diuerſa vocabu/
la ſortiaꝫ. Nã inq̄tũ ipa ſapīa dei eſt cogno
ſcitiua omniũ poſſibiliũ dꝛ ſcia ſiue cogni/
tio. Inq̄ntũ eſt cognoſcitiua oĩm q̄ fiunt i
vniuerſo dꝛ viſio. Inq̄ntũ eſt cognoſcitiua
omniũ q̄ bene fiũt dꝛ approbatio. Inq̄ntuꝫ
eſt cognoſcitiua omniũ q̄ futura ſunt. diciꝫ
p̄ſcientia ſiue ꝓuiſio. Inq̄ntũ eſt cognoſciti
ua eoꝝ que ab ipo deo ficẽda ſũt diciꝫ diſpo
ſitio. Inquantũ eoꝝ q̄ p̄mianda ſunt dꝛ p̄/
deſtinatio. Inq̄ntũ eoꝝ que damnãda ſũt
diciꝫ reprobatio. Poſſunt aũt ad tria redu
ci vocabula iſta ſeptẽ. ſ. ad noticiã ſimplicis
cognitõis q̄ cognoſcit de9 bona ⁊ mala que
ſunt. fuerũt. ⁊ futura ſunt ⁊ que poſſunt eſſe
⁊ nunq̄ erũt. Ad noticiã viſiõis qua cogno
ſcit de9 om̄ia bona ⁊ mala q̄ ſunt. fuerunt ⁊
futura ſunt. Ad noticiã approbatiõis q̄ co/
gnoſcit deus que ſunt fuerũt ⁊ futura ſunt
tm̄ bona.

De appropriatis ſpiritusſancti
Sectio VI

Spirituiſancto appropriaꝫ bonitas.
ſ vſus. rõ finiẽdi. ⁊ volũtas ſiue beni/
uolẽtia. Hec aũt q̄tuoꝛ appropriãꝫ
ſpũiſancto. nõ q2 ſiãt ꝓpria. cũ trib9 perſoniſ
ſint cõmunia. ſꝫ q2 ducũt in cognitõem ꝑſo
ne ſpũſſancti q̄ eſt a patre ⁊ filio. vt amoꝛ et
dõnũ ſumme ꝓficuũ ⁊ cõmunicatiuũ. om̄iſ
nr̄i deſiderij finitiuũ. ad qꝺ bonũ tanq̄ ad
finẽ ſummũ tẽdit om̄e velle rõnabiliꝫ oꝛdi/
natũ ⁊ inclinatũ. Eſt aũt volũtas dei ſic re/
cta ꝙ nullo mõ poteſt obliquari. ſic efficax
ꝙ nullo modo põt retardari. ſic vnica ꝙ ta/
men q̄nq̄ ſignis habet ſignificari. q̄ h̄ verſi
culo ꝯtinenꝫ. Imperat ⁊ ꝓhibet. ꝑmittit. cõ
ſulit. implet. Diciꝫ aũt volũtas dei rõne re/
gulata ꝓuidẽtia. qua om̄ia q̄ in vniuerſo fi/
unt irreꝑhenſibiliter gubernanꝫ. cũ nihil ꝑ
cipiat ꝓhibeat ⁊ cõſulat niſi recte. nihil agat
niſi bene. nihil ꝑmittat fieri niſi iuſte. Cum
autẽ volũtas dei ſit rectiſſima. null9 poteſt
eſſe rectus niſi cõfoꝛmeꝫ ei. ⁊ nemo poteſt ei
ꝯfoꝛmari niſi ſibi ſignis aliquib9 innoteſcat
tanq̄ regula rectitudinis ꝓſequẽde. Eſt au
tem duplex rectitudo. quedã neceſſitatis. q̄
cõſiſtit in faciẽdo bonum ad quod eſt prece
ptum. ⁊ in declinãdo malũ. ꝓpter quod ẽ ꝓ/
hibitio. quedã eſt ꝑfectionis in ſuperogan/
do vltra debitũ. ad quod eſt cõſiliũ. Eſt eti/
am volũtas dei efficaciſſima. ita ꝙ null9 po
teſt aliquid efficere niſi ipa coefficiente. ⁊ ſic
eſt impletio in ſignũ volũtatis efficientis.
Item null9 poteſt deficere vel peccare. niſi
ipſa iuſte ⁊ merito deſerente. ⁊ ſic eſt permiſ
ſio vt ſignũ voluntatis diuine iuſticie deſe/
rentis.

De q̄ttuoꝛ ſil' creat'. ⁊ ꝺ mẽſur' durabiliũ
Sectio VII

Poſtq̄ vidimus de bono icreato qꝺ
p eſt deus. videndũ eſt de bono crea/
to quod eſt mũdus Circa produ
ctionẽ autẽ mũdialis machine habem9 pri/
mo explicare creature ſummitatẽ. Et ſic di/
cit Beda. ꝙ quattuoꝛ fuerũt primo creata.
que dicunꝫ eſſe coeua vel fuiſſe. ſcꝫ natura
ãgelica. celũ empyreũ. materia quattuoꝛ ele
mentoꝛũ ⁊ temp9. Quoꝝ ſufficiẽtia ſic acci/
pitur. Primo debuerũt creari aliqua ꝓma
in quolibet genere creature. ſcꝫ reſpectu cre
aturarũ ſpiritualiũ ⁊ coꝛpoꝛaliũ actiuaruꝫ
⁊ coꝛpoꝛaliũ paſſiuarũ. ⁊ etiam reſpectu mẽ
ſurarũ. Reſpectu creaturarũ ſpiritualiũ ꝓ/
mo creata eſt natura angelica. reſpectu cre/
aturarũ coꝛpoꝛaliũ actiuarũ eſt primo crea
tum celũ empyreuꝫ. de quo dicit Damaſce/
nus. ꝙ eſt cõtinentia omniũ coꝛꝑaliũ ⁊ ſpi/
ritualiũ creaturaꝝ. Reſpectu creaturarum
coꝛꝑaliũ paſſiuaꝝ primo creata eſt materia
quattuoꝛ elementoꝛũ. Reſpectu menſura/
rũ primo creatũ eſt temp9. quod generaliꝫ
accipiꝫ ꝓ menſura cuiuſlibet duratõnis ha
bentis initiũ. ſiue finẽ habeat ſiue nõ Ad
cui9 rei noticiã ſciendũ ꝙ tres ſunt mẽſura/
bilium ſiue durabiliũ mẽſure principales. ſ.
eternitas. euiternitas. ⁊ temp9 ꝓprie dictum
Eternitas eſt diuinaꝝ ꝑſonaꝝ duratio. q̄ ñ
habet ꝓncipiũ neq̄ finẽ. De qua dic̄ Boeci
us ꝙ eſt interminabilis vite tota ſil' ⁊ ꝑfecta
poſſeſſio. Euiternitas eſt mẽſura eoꝝ q̄ ha/
bent ꝓncipiũ ſꝫ non finem. ſicut ſunt angeli

animę.celeſtis natura.⁊ materia q̄ttuoꝛ ele/
mentoꝝ. Hec menſura aliquādo dicit̄ euū.
aliquādo eternitas creata. Sꝫ qꝛ eternitaſ
ꝓprie dicit̄ de diuinis. euū vero aliquando
ꝑ tp̄e inuenit̄.ideo ex his duobus euiterni/
tas nominat̄. Temp⁹ aūt ꝓprie dictū eſt mē
ſura eoꝝ que habēt ꝑncipiū atqꝫ finē.ſicͤ ſūt
generabilia atqꝫ coꝛruptibilia. que ſcḋm mo/
tum ꝑmi mobilis variant̄ vſqꝫ ad comple/
tionē numeri quattuoꝛ elementoꝝ. Quar/
ta ṽo differentia non poteſt eſſe que careat
ꝑncipio habēs finem.

De veritate exprimenda cū excluſione er
roꝛis circa ꝓductiōem mundi.

Sectio VIII

ſ Ecundo habem⁹ erroꝛē extinguere
⁊ exprimere veritatē. Propter qḋ te
nenduꝫ eſt ꝙ vniuerſitas machine
mūdialis eſt ꝓducta in eſſe ex tp̄e.in quo ex
cludit̄ erroꝛ ponentiū mundū eternuꝫ. Ex
nihilo.in quo excludit̄ erroꝛ ponentiū eter/
nitatē circa materiale ꝑncipiū. Ab vno ꝑn/
cipio.in quo excludit̄ erroꝛ manicheoꝝ po/
nentiū pluralitatē principioꝝ. Solo ⁊ ſum
mo.in quo excludit̄ erroꝛ ponentiū deum ꝑ
duxiſſe inferioꝛes creaturas ꝑ miniſteriuꝫ
intelligentiaꝝ. In certo pōdere nūeroꝛ mē
ſura.in quo oñdit̄ ꝙ creatura eſt effect⁹ tri/
nitatis creātis ſub triplici genere cauſalita
tis.ſcꝫ efficiētiſ.rōne cui⁹ eſt in creatura vni
tas.modus.⁊ mēſura. exemplarſ. rōne cui⁹
eſt in creatura veritas.ſpecies ⁊ numerus.
finalis.ratione cui⁹ in creatura eſt bonitas
oꝛdo.⁊ pond⁹. Om̄is quippe creatura ꝯſti/
tuitur in eſſe ab efficiēte.formatur ad exēplar.
oꝛdinat̄ ad finē.ac ꝑ hoc eſt vna. vera.et bo
na.modificata ſpecioſa ⁊ oꝛdinata. menſu/
rata.diſcreta ⁊ ponderata. Alijs etiā voca/
bulis p̄dictus ternari⁹ nominat̄ ab Augu
ſtino in libꝛo de anima ⁊ ſpū. Dicit̄ eſſentia
ſpēs ⁊ vſus. A Dionyſio.armonia ſpecies ⁊
cōmenſuratio. Itē ab eodem.ſubſtātia.vir/
tus ⁊ opatio. Ex vna ḡ parte cadūt vnitas.
modus.eſſentia.ſubſtātia.menſura.⁊ com/
menſuratio. Ex vna veritas.numer⁹.ſpeci/
es.virtus.⁊ armonia. Ex vna bonitas. oꝛ/
do.vſus.pōdus.⁊ opatio. De ꝑmo autē ter
nario nota ꝙ vnū nominat ens cōmutabi
le cōnumerabile.⁊ hoc ꝓpter indiuiſionē ſui
in ſe.verū nominat ens cognoſcibile ⁊ h̄ ha/
bet ꝑ indiuiſionē ſui a ꝓpria ſpecie. bonū no
minat ens cōmunicabile.⁊ hoc habet ꝑ in/
diuiſionē ſui a ꝓpria opatiōe.

De triplici differentia creature.

Sectio IX

t Ertio circa ꝓductiōem mūdi habe
mus attēdere creature trifoꝛmita/
tem. Produxit em̄ de⁹ trin⁹ ⁊ vnus
differentiā triplicē creature. Nā ꝓduxit cre
aturā pure coꝛpalē.vt eſt mūdial̄ machina.
creaturā pure ſpūalē.vt eſt natura angl̄ica.
creaturā ex vtraqꝫ cōpoſitā.vt eſt nat̄a hūa
na. Sic em̄ decuit deū ꝓducere varia ⁊ di/
uerſa.vt multiplicitas creature faceret ad ꝑ
fectionē vniuerſi.q̄ ꝯſiſtit in āplitudine am
bit⁹.in ſufficiētia oꝛdinis.⁊ influētia bonita
tis.ex q̇bꝫ etiā diuīa potētia.ſapīa ⁊ bonitaſ
innoteſcit. Decuit nāqꝫ deū ſic res ꝓducere
vt eſſent ad manifeſtatiōem ſue potētie.q̄ q̇
dem apparuit i ꝓductiōe creaturaꝝ ſumme
diſtantiū ⁊ earūdē ꝯiūctione.vt pꝫ ī natura
humana.in q̄ coꝛporeū ⁊ incoꝛporeū vniūt̄
Itē decuit deum ſic res ꝓducere vt eſſent ī
manifeſtatiōem ſue ſapie. q̄ maxīe ex ꝑfectō
ne oꝛdis declarat̄. q̇ quidē oꝛdo neceſſario
tria req̇rit.ſ.infimū.mediū ⁊ ſupꝛemū. Infi
mū fuit natura coꝛpalis.ſupmū natura ſpi
ritualis.mediuꝫ natura cōpoſita ex vtraqꝫ.
Itē decuit deuꝫ ſic res ꝓducere vt eſſent in
manifeſtatiōem ſue bonitatſ ⁊ beniuolētie.
que maxīe ꝯſiſtit in diffuſiōe ⁊ cōmunicatōe
in alteꝝ. Si ḡ diuina bonitas ꝯmunicauit
actū nobiliſſimū.q̇ eſt viuere ⁊ intelligere vt
nō tm̄ daret alij potentiā viuēdi ⁊ intelligē
di.ſꝫ etiā potētiā ſe cōmunicādi alij.qḋ fem
eſt in homie.in quo ſpūalis vita ⁊ intellecti
ua ꝑficit coꝛpalem.

De ꝓductione machine mūdialis.

Sectio X

d Ehis tribꝫ differentijs videndum
eſt ꝑ oꝛdinē. Et primo ḋ natura pu
re coꝛpali.cui⁹ modi ē machina mū
dialis.que ſex diebꝫ fuit in eſſe ꝓducta.ita ꝙ
in ꝑncipio ante omnē diē creauit de⁹ celum
⁊ terrā. Prima vero die foꝛmata eſt lux.ſecū
da factū eſt firmamentū in medio aquaruꝫ
tertia die ſepate ſunt aque a terra. ⁊ ꝯgrega
te in vnū locū.q̄rta die oꝛnatū eſt celū lumi
naribꝫ.q̇nta die aer ⁊ aq̄ oꝛnati ſunt piſcibꝫ
⁊ auibꝫ.ſexta die oꝛnata ē terra aīalibꝫ ⁊ hoī
bus.ſeptīa die req̇euit de⁹ a nouaꝝ ſpēꝝ ꝓ/
ductiōe.qm̄ oīa fecerat.vl̄ in ſil̄i.ſicut illa q̄ ꝑ
pagant̄.vel in rōne ſemiali.ſicut illa q̄ alijs
modis introducūtur in eſſe. Et ſic colligit

ex p̄dictis ꝙ triplex fuit opatio diuia in mū
di machina pducēda.ſ.creatio.diſtinctio.et
adornatio. Prima opatio appropat pr̄i. ſe/
cunda filio.tertia ſpūiſancto. Creatio fuit
ex nihilo.iō fuit in pncipio añ omnē diē tā/
ꝗ̃ rex omniū ⁊ tēpoꝝ fundamentū. Diſtin
ctio ꝟo corpoꝝ mundanoꝝ fuit mō triplici
ideo ꝑ triduū fuit facta.ita ꝙ pma die fuit
facta diſtinctio nature luminoſe a ꝑſpicua
⁊ opaca cū lux a tenebris eſt diſtincta. Se/
cūda die eſt facta diſtinctio nature ꝑſpicue
a ꝑſpicua cū aque inferiores a ſupioribꝫ ſūt
diuiſe. Tertia die facta eſt diſtinctio nature
ꝑſpicue ab opaca.cū diuiſe ſūt aque a terra.
Ornatus aūt q̇ diſtinctōi corpoꝝ correſpō
det eſt etiā in triduo ꝯſummatꝰ. Ita ꝙ orna
tus nature luminoſe eſt factꝰ quarta die. in
formatiōe ſtellaꝝ ⁊ ſolis ⁊ lune. Ornatꝰ na/
ture ꝑſpicue factꝰ eſt quinta die.in qua facti
ſunt piſces ⁊ aues in aque ⁊ aeris ornamen
tū. Sexta die eſt factꝰ ornatus nature opa
ce qñ facte ſunt beſtie de terra.facta ſunt re
ptilia.facta eſt humana natura ad ꝯſūmati
onē omniū p̄dictoꝝ.

De ꝯſiſtentia machine corpalis
Sectio XI

c Onſiſtit autē tota natura corporea
maxime ī duobꝫ.ſ.in natura elemē/
tari ⁊ celeſti. Celeſtis diſtinguitur ī
tres celos pncipales.ſ.empyreū.cryſtallinū
⁊ firmamētū. In firmamēto aūt qd̓ eſt celū
cōtinent ſeptē orbes ſeptē planetaꝝ.qui ſūt
ſaturnus.iupiter.mars.ſol venus.mercuri
us.⁊ luna. Natura vero elemētaris diſtin/
guit in q̄ttuor ſperas.ſcꝫ ignis.aeris. aque
⁊ terre. Et ſic pcedēdo a ſummo celi cardie
vſꝗ ad centrū terre occurrūt nobis decem
orbes celeſtes.⁊ quattuor ſpere elemētares
ex quibꝫ tota mūdi ſenſibilis machina inte/
gratur.ita ꝙ celeſtia influūt ī terreſtria ⁊ ele
mentaria ꝗ̄tū ad diſtinctiuā ſignificatōem
tempoꝝ.dieꝝ.menſiū.⁊ annoꝝ.dicēte ſcp̄tu
ra. Sint in ſigna ⁊ tpa ⁊ dies ⁊ annos. In
fluūt etiā quantū ad effectiuā pductionē re
rum generabiliū ⁊ corruptibiliū ⁊ corporū
humanoꝝ. Sic tn̄ ſunt ī ſigna tempoꝝ.reꝝ
⁊ opationū.ꝑ lucē.calorē.motū.⁊ virtutē.vt
nō ſint certa ſigna ꝯtingentiū futuroꝝ.nec
influāt ſuꝑ liberꝝ arbitriū ꝑ vim ꝯſtellatio/
nū quā dixerūt aliqui fatū eſſe. Et ſic colligi
tur ex p̄dictis ꝙ deus ordinate res cōdidit
q̄ntum ad tempꝰ.ordinate diſpoſuit q̄ntuꝫ
ad ſitū.ordinate gubernat quantū ad influ
entiam. In ſcriptura ſacra ordinate narrat
quantū ad doctrine ſacre ſufficientiā.que ī
principio ſui inſinuat naturā luminoſaꝫ no
mine celi.naturā opacā nomine terre.natu
ram ꝑſpicuā nomīe aque. Inſinuat et bea/
tiſſimā trinitatē.patrē in nomīe dei creātis
filium in nomīe principij. ſpiritūſanctum ī
nomīe ſpiritus dei. Inſinuat etiā nobis ap
propriate triū perſonarū.ſcilicet omnipotē
tiam patris in pducendo. omniſcientiā filij
in diſtinguendo. beniuolentiā ſpiritusſan/
cti in influendo.

De ſufficientia celorum
Sectio XII

d Enatura celeſti ſpecialiter eſt viden
dum. Celū quidē ſm̄ cōmunē acce/
ptionē nominat naturā ꝑſpicuā cō
tentiuā. Scd̄m vero ꝓpriam acceptiōeꝫ no
minat naturā perſpicuā cōtentiuā nulli cō
trarietati ſubiectā. Scd̄m primā acceptio
nem ſeptē celi a Rabano diſtinguunt. ſcili/
cet celū aereū.ethereū.olympū.igneū.ſyde/
reum.aqueū.empyreū. Quorū ſufficientia
ſic ſumit. Celū em̄ natura ꝑſpicua ⁊ cōten/
tiua.aut eſt datiua luminis. aut receptiua.
Si eſt datiua.aut eſt vniformis non mota
⁊ ſic eſt celū empyreū.aut eſt multiformis ⁊
mota.et ſic eſt ſydereuꝫ.aut eſt vniformis et
mota.⁊ ſic eſt cryſtallinū.quarta differentia
non habet.ſcꝫ multiformis ⁊ nō mota. Si
autē natura perſpicua eſt luminis recepti/
ua.aut eſt receptiua ſeꝑabiliter. aut inſepa/
biliter. Si inſeꝑabiliter.aut ſm̄ ſuperioris
ſuperficiei circulū.⁊ ſic eſt olympū qd̓ mon/
ti appropinquat olympo. Si vero ſeꝑabili
ter.aut ſm̄ ſuperiorē partē.⁊ ſic eſt ethereuꝫ
aut ſm̄ inferiorē.⁊ ſic eſt aereū. Si autē di/
catur celū natura ꝑſpicua cōtētiua nulli cō
traria.ſic a quibuſdā octo orbes diſtinguū
tur.ſcꝫ ſeptē planetarū cum octaua ſphera.
A quibuſdā ampliꝰ eruditis nouē. Ab alijſ
vero vlteriꝰ illuſtratis decē. Hoꝝ aūt ſuffi/
cientia ſic poteſt accipi. Diſtinctio em̄ celo/
rum aut eſt ꝑ primā diuerſitatē formaꝝ.aut
eſt ꝑ diſpoſitiōes motuū ⁊ luminariū ꝯtēto
rum. Si per diuerſitatē formarū.ſic diſtin/
guunt tres celi. Aut em̄ in celo viget natu/
ra ꝑfecte luminoſitatiſ.⁊ ſic eſt habile ad ſta/
tum gl'ie ⁊ quietū.ſic eſt empyreū. aut viget
ī eo natura ꝑfecte ꝑſpicacitatiſ ⁊ effectiue fri
giditatis.⁊ ſic eſt aqueū ſiue cryſtallinū. qd̓

facit ad cōſeruationē reꝝ corruptibiliū. ido eſt habile ad motū. aut viget in eo natura ꝑfecte ꝑſpicuitatis ſimul ⁊ luminoſitatis. et effectiue caliditatis. ⁊ ſic eſt ſydereū. qđ facit ad tranſmutationē inferioꝝ. ideo eſt multi forme habile ad motū. Si vero celi penes cōtenta luminaria diſtinguunt͛. ſic eſt orbium diſtinctio attēdenda. Aut em̄ orbis cōtinet ſyderū multitudinē. ⁊ ſic eſt celū ſydereum ſiue ſtellatū. Aut cōtinet vnitatē. ⁊ ſic ſeptem planete ſeptem orbibꝫ ſunt diſtincti quibꝫ regit͛ vniuerſitas tempoꝝ dieꝝ ſeptenario diſpenſata.

De q̄ttuor attributꝫ angel' cū ꝯditōe ſui

Sectio XIII

d E natura pure ſpūali cuiuſmodi eſt angelica. ſex ꝑ ordinē ſunt videnda ſcʒ cōditio angeloꝝ omniū. p̄uaricatio malignoꝝ demonū. cōfirmatio beatoꝝ ſpirituū. diffinitio aliquoꝝ nominū cōmuniū nō omniū. diuiſio bierarchiaꝝ diuerſorum ſtatuū. cuſtoditio cōmiſſorū hominū.

De cōditione ſuꝑnoꝝ ſpirituū eſt tenendū q͛ angelis a p̄mordio ſue cōditionis ſūt quattuor attributa. ſcʒ ſimplicitas eſſentie. diſtinctio ꝑſonalis ꝓpter rōnem naturaliter inſitā. memoria. intelligētia. ⁊ volūtas. et libertas arbitrij ad eligendū bonū ⁊ reſpuēdum malū. Hec aūt quattuor p̄ncipalia attributa alia quattuor comitant͛. ſcʒ virtuoſitas in oꝑando. officioſitas in miniſtrādo. ꝑſpicacitas ī cognoſcēdo. ⁊ immutabilitas in eligēdo. Immutabilitas inq̄ꝫ poſt electionē ſiue in bono ſiue in malo. Subſtantia q̄ppe ſpūalis ⁊ incorporea ſimplex ⁊ om̄i carens diuiſione q̄ntitatis. cuiuſmodi eſt natura angelica. hoc ip̄o q͛ eſt ſimplex eſt v͛tuoſa in operādo. hoc ip̄o q͛ eſt v͛tuoſa ⁊ ꝑſonaliter diſcreta cōpetit ei diſtinctio officij ī miniſtrando. hoc ip̄o q͛ eſt ſimplex ⁊ v͛tuoſa cōpetit ei ꝑſpicacitas in diſcernēdo. hoc ip̄o q͛ eſt ꝑſpicax ⁊ ſimplex ⁊ habēs intellectū deiformē habet poſt electiōem ſtabilitatē ī electo ſiue bonū fuerit ſiue malū. Sufficiētia hoꝝ q̄ttuor ſic accipit͛. Angel' poteſt ꝯſiderari quadrupliciter. ſ. in ſe. ⁊ ſic eſt eſſentie ſimplicitas. ad alteꝝ angelū. ⁊ ſic eſt diſtinctio ꝑſonalis. ad deū ⁊ ſic eſt memoria intelligētia ⁊ volūtas. in q̄bꝫ ꝯſiſtit rō imaginis ad ea q̄ ei' regimi ſunt ſubiecta. ⁊ ſic eſt libertas liberi arbitrij.

De p̄uaricatiōe ſpirituū malignoꝝ

Sectio XIIII

d E p̄uaricatiōe damnatoꝝ ſpirituū eſt tenendū q͛ lucifer p̄m' inter āgelos p̄ſumens de bono p̄uato appetijt p̄uatā excellentiā volens alijs ſuꝑferri. ideo cū om̄ibꝫ adherētibꝫ ſibi ꝑdidit locum ſummū. ſ. celū empyreū. deſcēdens in locū imū. ſ. caliginoſum aerē vel infernū. Cecidit aūt in culpā ꝑ liberū arbitriū. lapſus vero ī penā ꝑ diuinū iudiciū. Cadēs aūt fact' eſt immutabil' poſt ruinā. Ideo ſtatim fuit obſtinat' in malo. excecat' a vero. deordinat' ī oꝑatione. infirmat' ī virtute. Volūtas diaboli obſtinata habet deformitatē in qua eſt cōtinuatio. nature variatio. deciſio ſiue minoratio rōne p̄me macule. a cui' adheſione nullaten' ſeꝑatur. Habet ꝑuitatē in qua eſt cōtinuatio q̄ntū ad actū peccandi. tamē interuenit variatio q̄ntum ad genus peccati. Ratio v͛o in diabolo eſt excecata. Predicit aliquādo futura. qđ dicit Aug'. fieri quattuor modis. ſ. ſenſus vel ingenij acrimonia. lōga tempoꝝ exꝑientia. doloſa cautela. q̄a ꝓponit aliquādo facere que p̄dicit. aliena doctrina cū ab angelis aliq̄d didicit. iuſto dei iudicio ꝑmittēte. Miniſterial' diaboli operatio eſt hoībꝫ interdicta. tū ꝓpter pctūm infidelitatis ne attribuat͛ diabolo qđ eſt dei. tū ꝓpter pctm̄ idolatrie. quia deſiderat diabol' aliquid ſibi īmolari. tū ꝓpter peccatū inobediētie. quia volūtariū cōmertiū cū diabolo p̄ciſo tam a deo q̄ꝫ ab eccl'ia ꝓhibetur. Virt' diaboli peccati merito coartata. q̄n ꝑmittit͛ vertit͛ ad miracula facienda ꝓpt͛ trāſmutatiōes repētinas circa corꝑeas creaturas. Poſſunt diſcerni diaboli miracula a miraculis dei veris quattuor modis. ſ. ex parte p̄ncipalis agētis. Nā in miracul' dei operat͛ virt' potētie infinite. in miracul' diaboli virtus creature. Ex parte miniſtri. q̄a miracula dei fiūt per publicā iuſticiā. ſcʒ ꝑ fidem iuſtificantē que publice p̄dicatur. vl' ſigna publice iuſticie. vt in peccatoribꝫ qui ꝑ fidē aliquādo ſunt miracula oꝑati. Miracula diaboli fiūt per p̄uatos cōtractus et arcana quedā. q2 ſic inuentores artis magice cū demonibꝫ pepigerūt. Ex parte finis. quia miracula dei fiūt ad hominū vtilitatē ⁊ dei gl'iam. Miracula demonū ⁊ magorū ad deceptionem ⁊ fraudē. Ex p̄te facti. quia miracula dei ſūt excellētia. vt ſuſcitare mortuos. illuminare cecos. ⁊ ſ'ilia. Miracula

diaboli ſunt vilia. vt facere muſcas. bufões
⁊ ſerpentes.

De ɔfirmatione ſpirituũ bonoꝝ.

Sectio XV

s Equit̃ videre ꝺ cõfirmatione ſpiri/
tuũ beatoꝝ. de quibꝫ tenendũ eſt. ꝙ
alijs apoſtatãtibꝫ ipi immobiliter
dño adheſerũt. ita ꝙ alijs ꝑ maliciaꝫ irreuo
cabiliter obſtinatis ipi ſunt ꝑ grãm ⁊ glori
am in volũtate ꝑfecte ɔfirmati. Simul em̃
tꝑe nõ natura grãm ⁊ gl'iam ɔuerſiõis ⁊ ad
heſionis ad deũ merito ꝑceperũt. ratiõe cu
ius fuerũt quantũ ad voluntatẽ ſtabiles ⁊
felices. In ratiõe ſunt ꝑfecte illuminati ſm
cognitionẽ matutinã ⁊ veſpertinã. Lux ꝗ p
pe diuina angelũ illuminãs ad cognitõem
dei angelũ facit lucẽ. Cognitio autẽ dei i ſe
dicit̃ dies. qꝛ pure eſt lux tanq̃ꝫ cognitõ ⁊ rõ
cognoſcẽdi. Lux autẽ angelica diuinitꝰ illu
ſtrata habet cognoſcere creaturã. que reſpe
ctu dei tenebra reputat̃. ideo eiꝰ cognitio di
citur veſpertina, ꝓut cognoſcit̃ in ſeipã. dici
tur matutina, ꝓut ex illa cognitiõe cõſurgit
mens angelica in laudẽ dei. cognitiõem il/
lam referẽs ad cognitionẽ quã habet i ver
bo ⁊ virtute. In ꝟtute ſunt ꝑfecte fortificati
ſiue in oꝑando ſiue in exequẽdo. et hoc ſiue
aſſumpto corꝑe ſiue etiã nõ aſſumpto cor/
pore. In oꝑatione ſunt ꝑfecte ordinati ſiue
ɔtemplatiua ſiue adminiſtratiua. Duplex
eſt em̃ vis angelica. cõtemplatiua qua ɔtẽ/
plant̃ deũ. ⁊ negociatiua ſiue adminiſtrati/
ua qua negociant̃ circa ſalutẽ hoĩum. Non
poſſunt autẽ deordinari aſcẽdendo ad con
templatõnẽ dei. nec deſcẽdendo in admini
ſtrando homĩ. quia quocũq̃ꝫ mittunt̃. ſemꝑ
currũt ⁊ militãt intra deũ.

De diffinitõibꝫ angl'i. ordĩs ⁊ hierarchie

Sectio XVI

s Equit̃ videre de diffinitionibꝫ tri/
um vocabuloꝝ que faciũt ad notici
am angeloꝝ. que ſunt angelꝰ. ordo.
hierarchia. Ex multꝭ nẽpe angelis ordo cõ
ſurgit. Ex pluribꝫ ordinibꝫ ſaltẽ tribꝫ ɔſtitu
itur angelica hierarchia. Angelꝰ diffinit̃ a
Damaſceno ſic. Angelꝰ eſt ſubã intellectua/
lis ſꝑ mobilis. arbitrio libera. incorꝑea. do
miniſtrãs ſm grãm nõ naturã immortali/
tatem ſuſcipiẽs. Ordo ſic diffinit̃ a Grego/
rio. Eſt multitudo celeſtiũ ſpirituũ q̃ int̃ ſe
in aliquo munere gratie ſimulant̃. ſicut ⁊ in
naturaliũ datoꝝ munere ɔueniũt. Triplex
autẽ inuenit̃ diffinitio hierarchie ſm ꝙ tri/
plex eſt differẽtia hierarchie. ſcꝫ diuina. an/
gelica ⁊ eccl'iaſtica. Diuĩa ſic diffinit̃ a Dio/
nyſio. Hierarchia eſt diuina pulcritudo vt
ſimpla. vt optima vt ɔſũmatiua. Angl'ica ſic
diffinit̃ ab eode. Hierarchia ẽ ordo diuinꝰ
ſcia ⁊ actio. deiforme q̃ꝫtũ poſſibile ẽ ſimilãſ
⁊ ad inditas ei diuinitꝰ illumiatiões. ꝓporci
onabiliter in dei ſil'itudinẽ aſcẽdens. Eccle
ſiaſtica magiſtralit̃ ſic diffinit̃. Hierarchia
eſt reꝝ ſacraꝝ ⁊ rõnabiliũ ordiata poteſtas
debitũ in ſubditis obtinens ꝓncipatũ. Hec
aũt diffinitio põt etiã ɔuenire angelice hie/
rarchie. A Damaſceno diffinit̃ angelꝰ q̃ꝫtũ
ad ſubãm cũ dicit. Angelꝰ eſt ſubſtãtia icor/
porea. Q̃ꝫtum ad ꝟtutẽ cũ dĩc. intellectual'.
ſemꝑ mobilis. arbitrio libera. Ubi tangit̃
triplex virtꝰ angelica. ſ. cognitiua. cũ dĩc in/
tellectualis. oꝑatiua. cũ dicit ſemꝑ mobilis
quia infatigabiliter oꝑat̃. iperatiua. cũ dicit
arbitrio libera. Oꝑatio tãgit̃ cũ dꝛ. deo ſer/
uiens. Duratio cũ dꝛ. grã nõ natura imor/
talitatẽ ſuſcipiẽs. Ordo notificat̃ q̃ntuꝫ ad
fundamẽtũ cũ dꝛ. Ordo eſt celeſtiũ ſpũum
multitudo. ⁊ q̃ꝫtũ ad cõplemẽtũ cũ dꝛ. q̃ int̃
ſe i aliq̃ munere grẽ ſimilãt̃. ⁊ q̃ꝫtũ ad diſpo/
ſitiõem q̃ inter hec mediũ tenet locũ. cuꝫ dꝛ
ſicut in naturaliũ donoꝝ ꝑticipatõe ɔueni/
unt. Diffinitio angl'ice hierarchie notificat
ipam egrediẽtẽ a deo ꝑ modũ imagis. cũ dꝛ
Hierarchia ẽ ordo diuinꝰ ſcia ⁊ actio. vt or
do. i. ordinata ptãs rñdeat pr̃i. ſcientia filio.
actio ſpũiſctõ. ſm memoriã. intelligẽtiam. ⁊
volũtatẽ. Scdo deſcribit̃ vt egrẽdiẽs ꝑ mo
dũ ſil'itudinis cũ dꝛ. deiforme q̃ꝫtũ poſſibi/
le eſt ſimilãs. q̃ꝫtũ ad habitũ. ⁊ ad inditas ei
diuinitꝰ illuminatões, ꝓporcionabilit̃ in dei
ſimilitudinẽ aſcẽdens q̃ꝫtũ ad actũ. In dif/
finitiõe hierarchie increate oñdit̃ eẽ vnitas
in trinitate cũ dꝛ. diuĩa pulcritudo. Pulcri/
tudo em̃ ex pluralitate ⁊ eq̃litate ɔſtat. Ut
aũt oñdat̃ ꝙ pl'itas nõ ꝑiudicat vnitati. dꝛ
vt ſimpla. ꝙ vnitas pluralitati. dꝛ vt optia.
ꝙ vnitas ſpectat ad ꝑfectiõꝫ pl'alitatꝭ ⁊ ecõ/
uerſo ſubiungit̃ vt cõſummatiua

De triplici diuiſione hierarchie.

Sectio XVII

ſ Equit̃ videre de tribus diuiſioni/
bus hierarchie. Prima hec ẽ. Hie/
rarchiaꝝ alia ſuꝑceleſtis. id eſt diui
na. alia celeſtis. i. angelica. alia ſubceleſtis. i.
eccl'iaſtica vel hũana. Omiſſa eccl'iaſtica et

diuina.ſubdiuidiť diuiſiõe ſecũda angelica
hierarchia.in ſupmã.mediã.ꝛ infimã.ſiue ꝑ
alia vocabula.in epiphaniã.hyperphaniã.
ꝛ hypophaniã.Epiphania eſt incaleſcentiſ
actiõis incẽdio altioris intellect⁹ faſtigio iu
diciȷ̃qꝫ libera reſultatio diſtributa. Hyper/
phania eſt diuia illuminatio ſui ꝑticeps in/
terſcalari reuerẽtia inſigniẽs. vſum edocẽs
dominãdi.arcenſqꝫ ꝯtrariũ. Hypophania
eſt diuinũ ꝑticipiũ legib⁹ nature occurrens
arcana reſerãs ꝑ capacitate diſcreta. Ter/
tia diuiſio eſt hꝫ. In ſupma hierarchia q̃ di/
ciť epiphania ſunt ſeraphin.cherubin.ꝛ tro
ni. In media ſiue hyperphania ſunt dñati/
ones.virtutes.ꝛ poteſtates. In infima ſiue
hypophania ſunt ꝑncipat⁹.angeli.ꝛ archã/
geli. Aguntꝫ q̇dem ꝛ agũt angeli ſm ordi
nẽ hierarchicũ in eis initiatũ ꝑ naturã.con
ſummatuꝫ ꝑ glĩam.q̃ in eis ſtabiliuit liberi
arbitriȷ̃ vertibilitatẽ.illuſtrauit ꝑſpicacita/
tem.roborauit ỽtuoſitatẽ. ꝛ ordinauit offi/
cioſitatẽ. Perſpicacitas rõnis in ꝯtẽplãdo
aut reſpicit bonitatẽ deſiderandã. ſic ſũt ſe/
raphin.aut veritatẽ intelligendã ſic ſũt che/
rubin.aut maieſtatẽ venerandã. ſic ſũt tro/
ni. Ad tronos ſpectat reuerẽtia.ad cherubĩ
ſapiẽtia.ad ſeraphin beniuolẽtia. Ad perfe
ctam ỽtuoſitatẽ ſpectat virt⁹ iperatiua q̃ eſt
in dñationib⁹. ỽtus executiua q̃ eſt ĩ ỽtutib⁹
virt⁹ expeditiua q̃ eſt in poteſtatib⁹. quaꝝ ẽ
arcere ꝯtrarias poteſtates. Ad ꝑfectã offici
oſitatẽ ſpectat regere. qđ faciũt principat⁹.
dirigere .quod faciũt archangeli. reuelare.
qđ faciũt angeli.

De cuſtodia hoim ꝑ angelos
Sectio XVIII

i Am ſexto ꝛ vltimo circa naturã an/
gelicã ꝯ cuſtodia hominũ ſuo regi/
mini cõmiſſoꝝ eſt videndũ. Ad cu/
ius noticiã eſt notandũ ꝙ angeli habẽt ab
hoib⁹ defectũ quadruplicẽ releuare.ſ.ꝓnita
tem ad malũ.difficultatẽ ad bonũ.longinq̇
tatẽ a dño.ꝛ tepiditatẽ a mẽte. Ad q̃ quatu
or deſignãda q̃ttuor noia angeloꝝ ꝛ ñ plu/
ra ſunt in ſcptura homib⁹ reuelata. ſcꝫ Ra/
phael.q̇ interptať medicina dei ſiue ſananſ
dñs.hic eſt miſſus curare Thobiã a cecita
te oculoꝝ.ꝛ ſarã ab iproperio de occiſiõe vi
roꝝ. Et hꝫ ꝯtra duo q̃ ex originali ꝯtraxim⁹
q̃ ſunt ignorãtia reꝝ agendaꝝ.ꝛ ꝯcupiſcẽtia
noxiaꝝ.ꝑ q̃ duo reddimur ad malũ labiles
Itẽ Gabriel q̇ interptať fortitudo dei.qua
fortificamur ꝛ ꝯfortamur ad obſeruãtiã ꝓ/
ceptoꝝ dei ꝛ adimpletiõꝫ ꝯſilioꝝ. In ſignũ
primi miſſus eſt annũciare ortũ ꝑcurſoꝛ ꝯ
ꝯiugatis. In ſignũ ſecũdi miſſus eſt annũ/
ciare ortũ ſaluatoris de ỽgine. Per Iohis
exemplũ reddimur fortes ad expugnãduꝫ
malũ.ꝑ xp̃i bñficiũ ꝛ exemplũ reddimur di
ſpoſiti ꝛ faciles ad bonũ . Itẽ michael q̇ in
terptať q̇s vt de⁹.q̇ dr aias in celo dño pre
ſentare.ꝓpter q̃s de manu diaboli eruẽdas
cõmiſit ꝓliũ cũ dracone. Hui⁹ duas ſolẽni/
tates ſolẽniter celebram⁹.ſ.apparitiõis ꝛ de
dicatiõis. In ſignũ ꝙ ip̃e ꝓ nobis eſt dũ vi
uim⁹ ĩ hꝫ ſeculo.ꝛ dũ educimur ꝯ exilio. Itẽ
Uriel q̇ interptať lucẽs do ſiue apparẽs do.
vel ignis dei.aut incendiũ dei. q̃ duplex in/
terptatio innuit ꝙ ꝑ ei⁹ miniſteriũ illuſtra/
mur in veritate.ꝛ inflãmamur in charitate.
Mittunť eñi angeli ad illuminãdũ noſtrũ
intellectũ ꝛ inflãmandũ noſtrũ affectuꝫ.ꝛ ſi
nõ effectiue.ſaltẽ diſpoſitiue. De hꝫ noie Uri
el legiť in tertio Eſdre.q2 miſſus eſt iſte an/
gelus ad ꝯſolatõꝫ ꝓplĩ dei q̇ ab alienigenis
ꝑmebať. Habẽt etiã angeli circa hoiem
actũ triplicẽ frequẽtare.ſ.purgare.illumina
re.ꝑficere. Prim⁹ actus ordinať ad amotio
nẽ impedimẽtoꝝ.ſecũd⁹ act⁹ ad cognitionẽ
veroꝝ.terti⁹ ad dilectiõeꝫ bonoꝝ. Habẽt
tertio ĩ hoib⁹ effectũ duplicẽ ꝓcreare. Unũ
ſcꝫ reſpectu boni.vel ꝯſeruãdi vel acq̇rendi
vel augmẽtãdi. Aliũ reſpectu mali vel deſe
rendi.vł vitãdi.vel minuẽdi. Habẽt ni/
hilomin⁹ oĩes ꝓpter miniſteriũ humani ge
neriſ militare. Quidã eñi mittũť ad nos miſ
ſione exteriori.q̇dã mittunť ad angelos ꝓpt
nos miſſiõe interiori.ſic illa ſupna agmina
que ꝑeminẽt.q̃ vſum exterioꝛ officiȷ̃ nunq̃
habẽt.tñ ad nos vel ꝓpter nos mittunť. ſm
ꝙ dic̃ aplĩus ꝙ oĩes ſunt adminiſtratoriȷ̃
ſpũs in miniſteriũ miſſi ꝓpter eos q̇ heredi/
tatẽ capiũt ſaluťſ. Habẽt q̇ꝫ angeli ad cu
ſtodiã hoim deputati ab infuſiõe aie vſqꝫ
ad egreſſionẽ de corꝑe conatũ diaboli ꝯ ho
minẽ refrenare. Uñ dic̃ beat⁹ Hieronym⁹.
Magna ẽ dignitas aiaꝝ vt vnaq̃qꝫ habe/
at ab ortu natiuitatꝭ ſue ĩ cuſtodiã angeluꝫ
delegatuꝫ. Et beat⁹ Grego. dic̃ ꝙ vnuſq̇ſqꝫ
hꝫ vnũ bonũ angelũ ſibi ad cuſtodiã.ꝛ vnũ
malum ad exercitiũ deputatũ.

De diffinitõib⁹ aie. Sectio XIX

r Eſtat videre de tertia differẽtia crea
ture.que cõpoſita eſt ex ſpiritualie.

corꝑali cuiuſmodi ē hūana. Et ꝑmo q̄ſtum ad aīam. ſcđo q̄ntū ad corpꝰ. tertio q̄ſtū ad ꝯiunctū. De aīa hūana duo ſunt ꝑncipalit̃ vidēda. ſ. diffinitio ⁊ potētiaꝝ diuiſio. Aīma ſeptē diffinitiōibꝫ diffinit̃. Prima eſt ī libro de motu cordis. Aīa eſt ſuba incorꝑea itellectualis illumiationū q̄ ſunt a ꝑma ⁊ vltīa relatiōe ꝑceptiua. Secūda eſt remigij. Aīa eſt ſuba incorꝑea regēs corpꝰ. Tertia ē Ariſtotelis ī libro de aīa. Aīa eſt actꝰ ꝑmꝰ corporis organici phyſici potētia vitā habentis. Quarta eſt Auguſtini. Aīa eſt ſilitudo oīm. Quinta eſt ſilr̃ Auguſtini. Aīa eſt ſuba q̄dā rōnis ꝑticeps regendo corꝑi accōmodata. Sexta ſumit̃ ex Geneſi. Aīa ē deiforme ſpiraculū vite. Septima ē Senece. Aīa ē ſpiritus intellectual' in ſe ⁊ in corꝑe ad beatitudinē ordinatꝰ. Per ꝑmā diffinitiōꝫ notificat̃ aīa rōnalis ꝑut eſt ſpūs. ꝑ ſecundā et tertiā ꝑut eſt aīa. Copulat̃ eni aīa ⁊ vnit̃ corpori vt motor mobili. ⁊ ſic eſt ſcđa. ⁊ vt ꝑfectio ꝑfectibili. ⁊ ſic eſt tertia. Per alias vero q̄ttuor q̄ ſequunt̃ diffinit̃ vt aīa ⁊ ſpūs. ita ꝙ quarta eſt ꝑ cōparatiōꝫ ad creaturas generalit̃. q̇nta ꝑ cōparatiōꝫ ad corpꝰ qđ ꝑficit. ſexta ꝑ cōparationē ad deū tāq̄ȝ ad ſuā cauſam efficiētē. ſeptima ꝑ cōparatiōꝫ ad deum vt finē vltimū. citra quē nō poteſt rational' quietari.

De diuiſione potentiarū aīme ſm̄ magiſtros in quinq̄ȝ mēbra Sectio XX

ſ Equit̃ videre diuiſionē potentiarū aīe. Ad quaꝝ noticiā habendā quadruplex ē diuiſio ꝑcurrēda. Vna diuiſio ſm̄ magiſtros ē in q̇nq̄ȝ mēbra. ſ. ī ſenſualitatē. ſenſum. imaginationē. rōnem. ⁊ intellectū. Senſualitas ſm̄ mgr̄os ē illa potētia q̄ ſenſificat corpꝰ ⁊ mouet ⁊ appetit ea q̄ ſunt delectabilia corpori. ⁊ refugit nociua. Senſus ē illa vis aīe qua hō cognoſcit res corꝑales p̄ſentes. Imaginatio ē illa vis aīe que intuet̃ res corꝑales abſentes. Rō eſt illa vis aīe qua aīa inter bonū ⁊ malū. int̃ verum ⁊ falſum diſcernit infra ſe. Intellectꝰ ē illa vis aīe qua aīa apprehēdit res īmateriales ⁊ intelligibiles. vt animā angelū ⁊ deū.

Iſtoꝝ q̇nq̄ȝ mēbroꝝ ſufficiētia ſic pōt ſumi. Aīma eſt quaſi duo ſicut dic̄ Augꝰ. Eſt aīa ⁊ ſpūs. Aīa inq̄ntū corpus ꝑficit ⁊ viuificat. ſpūs inquantū ſine corꝑe ꝯſiderat̃ et ſeparata ꝑdurat. Scđm ꝟo ꝙ eſt aīa cōparatur ad corpꝰ ⁊ corpꝰ ad aīam. ⁊ ſic ꝯgruit aīa corꝑi ⁊ aptat̃ ei vt influat ei vitā ⁊ ſenſū. Et hec potētia aīe dr̄ ſenſualitas. Cōgruit etiā corpꝰ aīe ⁊ aptat̃ ei vt ꝑ corpus ꝑficiat̃ q̄ntū ad vitā inferiorē. Et hec potētia dr̄ ſenſus. Senſus aūt eſt duplex. ſ. interior q̄ dr̄ imaginatio. ⁊ exterior q̄ cōmuniter dr̄ ſenſus. vt viſus q̄ fit ꝑ oculū. ⁊ auditꝰ ꝑ aurem. ⁊ ſic de alijs. Ipa vero aīa inq̄ntū ſpūs dr̄ duplicē habere aſpectū. Vnū reſpectu inferiorum ⁊ vnū reſpectu ſuꝑioꝝ. ſm̄ ꝙ dicit Auguſtinꝰ ꝙ aīa duas hꝫ ꝑteſ. ſ. vnā ad ſuꝑiora reſpicientē. ⁊ aliā ad inferiora. Inferiorē mgr̄i appellāt rōem. ſuꝑiorē ꝟo intellectū.

De diuiſiōe potētiaꝝ ſm̄ naturales ī tria mēbra. Sectio XXI

ſ Ecūda vero diuiſio ſm̄ naturales eſt in tria mēbra. Scđm eñ ꝙ anima cōparat̃ ad actꝰ. tres ſunt aīe potentie ad actū triplicē ordinare. Tres q̇dē ſunt actꝰ aīe ꝑmi. ſ. vegetare. ſentire. ⁊ ratiocinari. Et ſm̄ h̃ diſtinguit̃ triplex aīe potentia. ſ. vegetabilis. ſenſibil'. ⁊ rational'. Nota tamē ꝙ vegetabil' eſt aīa in plātis. Senſibilis eſt aīa in brutis. Rōnalis eſt aīa in hoībꝫ. In hoīe aūt nō ſunt tres aīe. ſꝫ tres potētie ſunt dicēde in vna aīa. Vegetabil' appetit eē. ſenſibilis bñ eſſe. rōnalis optime eſſe. Vegetabilis ſubdiuidit̃ in generatiuā ⁊ nutritiuam. Generatiua eſt ad ꝯſeruatiōeꝫ eē vniuerſalis. ſ. ſpeciei. Nutritiua eſt ad ꝯſeruatōnem eſſe ſingularis. ſ. īdiuidui. Nutritiue duplex eſt actꝰ. ſ. nutrire. ⁊ iſte actus ſꝑ eſt neceſſarius. augmētare ⁊ iſte ſolū eſt neceſſarius vſq̄ȝ ad rei cōpletionē. Vñ nutriunt̃ ſꝑ aīalia nō aūt ſemꝑ augmētant̃. Vis ſenſibilis diuidit̃ in apprehēſiuā ⁊ motiuā. Apprehēſiua diuidit̃ in ſenſum ꝑticularē ⁊ ſenſum cōmunē. ſiue in ſenſum exteriorē ⁊ interiorem. Senſus ꝑticularis ſiue exterior diuidit̃ ī q̇nq̄ȝ ſenſus. ſ. viſum. auditū. guſtū. odoratum ⁊ tactū. Circa iſtos q̇nq̄ȝ ſenſus tria neceſſario requirūt̃. ſ. bonitas organi. diſpoſitio medij. ⁊ p̄ſentia obiecti. Organū viſus ſunt pupille oculoꝝ. organū odoratꝰ ſunt nares. organū auditꝰ ſunt aures. organū guſtꝰ lingua ⁊ palatū. organū tactus ſunt nerui totius corꝑis. Iſta organa deſcendūt ab anteriori ꝑte cerebri. In qua q̇dē eſt neruꝰ q̄ dicitur obticꝰ. ⁊ deſcēdit ad pupillas. ⁊ ramificatur ī duas ꝑtes. Alius deſcēdit ad nares alius ad aures. quidā alius ad linguā ⁊ palatum. quidā multipliciter ramificatus. eſt

oꝛganũ tacꝰ in toto coꝛꝑe. Obiecta ꝓ̃o ſen
ſuum ſunt h̄ Obiectũ viſus eſt coloꝛ ⁊ eius
differẽtie. Obiectũ odoꝛatꝰ eſt odoꝛ ⁊ eiꝰ dif
ferentie Obiectũ guſtꝰ eſt ſapoꝛ ⁊ eius diffe
rentie. Obiectũ auditꝰ eſt ſonus ⁊ eius diffe
rentie. Obiectũ tacꝰ ſunt elemẽtares quali
tates. vt calidũ. humidũ. frigidũ. ſiccũ. raꝝ ⁊
denſum. leue ⁊ graue aſpeꝝ ⁊ lene. Media
ſenſuũ ſunt hec. aer ⁊ aqua. ⁊ qḋlibet coꝛpuſ
dyaphanũ ⁊ trãſparẽs illuminatũ eſt medi
um in viſu. Aer exterioꝛ ⁊ interioꝛ eſt medi/
um in auditu. Auris eñ ꝯcaua in cõcauita
te habet aerẽ intrinſecũ ſibi ꝯnaturalẽ. Ua
poꝛ ꝑ aerẽ delatꝰ eſt mediũ in odoꝛatu Res
ei odoꝛifera quaſi fumũ ſenſibilẽ euapoꝛat.
ex quo immutat̃ aer deferẽs odoꝛatui odo
ratũ. Humor ſaliualis eſt mediũ in guſtu.
Caro eſt mediũ in tactu Interioꝛ ſenſus
diuidit̃ in tres ꝑtes. ſm̃ tres ꝑtes cerebꝛi. q̄
ſunt. anterioꝛ in q̄ eſt imaginatio. media in
qua eſt eſtimatiua. poſtrema in q̄ eſt memo
ria. Imaginatio aliquãdo dr̃ ſenſus cõmu
nis. aliqñ imaginatio. aliqñ fantaſia. Sen
ſus cõmunis dr̃ inq̄ntũ ibi ꝯcurrũt ſenſus
ꝑticulares q̄nqꜫ tanqꜫ linee ad centrũ. ibiqꜫ
ligant̃ Imaginatio dr̃ inq̄ntũ repſentat foꝛ
mas ṗus receptas a ꝑticularibꝰ ſenſibꝰ. qꜫ/
uis abſentes. Fantaſia inq̄ntũ põt cõpone
re foꝛmas nouas ſm̃ ſimilitudines coꝝ q̄ ꝑ
cepit ꝑ ſenſus ꝑticulares. Eſtimatiua ẽ illa
vis ſm̃ quã dicimꝰ ſagacitatẽ vel prudẽtiã ĩ
bꝛutis. vt in vulpe ſiue ĩ alijs. in appetendis
delectatõibꝰ ⁊ refugiẽdis nociuis. Memo
ria eſt vis illa q̄ ꝯſeruat ſiue retinet foꝛmas
ſenſibiliũ ſpẽꝝ Uis ſenſibilis motiua eſt
motiuũ ſm̃ motũ mouẽs vniuerſalit̃ mem
bꝛa coꝛꝑis. vt caput bꝛachia ⁊ armos Mo
tiua pedũ dicit̃ greſſibilis. q2 ſm̃ eã mouet̃
aĩal motu ꝓgreſſiuo Uis rõnalis diui
dit̃ in intellectũ ſpeculatiuũ q̇ exercet̃ in cõ/
templatiõe veri. ⁊ practicũ q̇ in oꝑatõe boni
Scđm hãc duplicẽ radicẽ intellectuũ dicũ
tur vita actiua ⁊ ꝯtẽplatiua.

De diuiſiõe potẽtiaꝝ ſm̃ theologos ⁊ na
turales. Sectio XXII

T Ertia diuiſio ſm̃ theologos ⁊ natu
rales eſt hec. Potẽtiaꝝ alia coꝛꝑal'.
id eſt. coꝛꝑis regitiua. alia ſpiritualiſ
Coꝛꝑis regitiua diſtinguit̃ in animalẽ. vita
lẽ. ⁊ naturalẽ. Scđm has vires aĩa regit
coꝛpꝰ. Uis aĩalis ſm̃ medicos eſt ĩ cerebꝛo
vitalis ĩ coꝛde. naturalis in epate. Uis aĩa
lis diuidit̃ in cognitiuã ⁊ motiuã. De cogni
tiua dictũ eſt ſupꝛa. Motiua diuidit̃ in ira
ſcibilẽ ⁊ ꝯcupiſcibilẽ. Motꝰ eñ animal' aut
eſt a malo nociuo. ⁊ dr̃ motus fuge q̇ eſt ab
iraſcibili. Aut eſt ad bonũ delectabile. ⁊ tal'
motꝰ eſt a cõcupiſcibili. Uis vital' eſt vis
motiua aeris in coꝛꝑe aĩalis ꝑ arterias vn/
de ẽ pulſus. Tãti eñ caloꝛꝭ eſt coꝛ q̄ niſi re
frigeraret̃ aere attracto ꝑ inſpiratiõꝫ ⁊ emiſ
ſo ꝑ reſpiratõnẽ aĩal moreret̃. Hec eadẽ vis
eſt motiua ad vocẽ foꝛmãdã eo mõ quo foꝛ
mat̃ vox irrational'. vt vox auiũ ⁊ animaliũ
  Uis naturalis ꝯp̄hendit nutritiuã ⁊ ge
neratiuã. Sꝫ nutritiua eſt ad ꝯſeruatiõem
nature ſingularꝭ. generatiua ẽ ad ꝯſeruatio
nẽ nature vniuerſalis. Nutritiue ꝓ̃tuti alie
q̄tuoꝛ deſeruiũt. ſ. appetitiua q̄ appetit nutri
mentũ. digeſtiua q̄ ſeꝑat ꝯueniẽs ⁊ nõ cõue
niẽs in alimẽto. retẽtiua q̄ trãſmittit ad ſin/
gulas ꝑtes coꝛꝑis qđ ꝯueniẽs eſt in nutri/
mẽto vt facta deꝑditio reſtauret̃. expulſiua
que expellit qđ in nutrimẽto fuit incõueni/
ens ⁊ nociuũ. Spũalis aũt. i ſpũs regiti
ua diuidit̃ aliqñ ſm̃ naturã intellectiuam ⁊
affectiuã. Aliqñ ſm̃ officia. vt cũ diuidit̃ rõ
in ſuꝑioꝛẽ ⁊ inferioꝛẽ. Aliqñ ſm̃ ſtatꝰ. vt cuꝫ
diuidit̃ in intellectũ ſpeculatiuũ ⁊ practicũ.
Speculatiuꝰ intellectꝰ extẽſione fit practi/
cus dũ ꝯiũgit̃ volũtati ⁊ oꝑi. Aliqñ ſm̃ aſpe
ctus. vt cũ diuidit̃ cognitiua in rationẽ que
aſpicit ad inferiꝰ. ⁊ itellectũ q̇ aſpicit ad par
⁊ intelligentiã q̄ aſpicit ad ſuꝑiꝰ Aliquando
ſm̃ actꝰ vt cũ fit diuiſio in inuentiuã ⁊ diju/
dicatiuã. Inuenire eñ ⁊ iudicare ſunt actꝰ
potẽtie cognitiue ad inuicẽ oꝛdinati. Aliqñ
ſm̃ differẽtias. vt cũ diuidit̃ intellectꝰ ĩ agẽ
tem ⁊ poſſibilẽ. Nã pꝛima differẽtia intelle/
ctus vtit̃ aĩa ad abſtrahenduꝫ. ſecũda ꝓ̃o
ad recipiẽdũ. Aliquãdo ſm̃ diuerſos mo/
dos mouẽdi. ⁊ ſic eſt diuiſio volũtatis ſiue
appetitꝰ in naturalẽ ⁊ deliberatiuã. Pꝛima
eſt diuiſio ṗncipalis in intellectũ ⁊ affectuꝫ
ſiue cognitiuã ⁊ affectiuã. ſiue in rõem ⁊ vo/
luntatẽ. Uolũtas dicit̃ potẽtia. Et ſic diffi/
nit̃ ab Anſelmo. Uolũtas eſt inſtrumẽtũ ꝑ
ſeipm̃ mouẽs. Dicit̃ actꝰ ſiue motꝰ potẽtie.
⁊ ſic diffinit̃ ab Auguſtino. in li. lxxxiij. que/
ſtionũ. Uolũtas eſt animi motꝰ cogẽte nul
lo ad aliq̇d admittẽdũ vel nõ admittendũ
vel nõ adipiſcendũ vl' adipiſcendũ. Dr̃ eti/
am volitũ. vt cũ dicit aliq̇s. hec eſt mea vo/
lũtas. Sex ſũt actus ad volũtatem liberã

ꝑtinētes ſm Damaſcenū.ſ.ꝯſiliū.iudicium ſentētia.electio.opatio.ꝛ vſus. Libeꝝ arbitrium vult.ecce voluntas. Inq̇rit ꝛ ſcrutaꝛ ecce ꝯſiliū.iudicat.ecce iudiciū. diſponit.ecce ſentētia.eligit.ecce electio.que eſt duobuſ placentibꝫ alteꝝ ꝑ̄poꝛtare.impetū facit. ecce opatio.agit ecce vſus. Rō aūt habꝫ q̇nq̧ actus.duos ꝑ q̊s dirigiꝛ in finē veri.quoꝝ vn⁹ ꝑ̄cedit cognoſcere.ꝛ dꝛ ratiocinatio.que ſic ab Auguſtino diffiniꝛ. Rōcinatio eſt rationis inq̇ſitio. Huic ratiocinationi eſt inſitum ingeniū..qđ diffiniꝛ ab Auguſtino Ingeniū eſt illa vis aīe ſiue intētio qua ſe extēdit aīa ꝛ exercet ad incognitoꝝ cognitionē. Ali⁹ act⁹ eſt ip̄m cognoſcere qđ eſt aſpectus veri. Et ſm h̊ diffiniꝛ rō ab Auguſtino. Rō eſt animi aſpect⁹ q̊ ꝑ ſeip̄m veꝝ intueꝛ. Habet etiā rō tres act⁹ ꝑ quos dirigiꝛ in finem boni. Prim⁹ ē boni ꝛ mali diſcretio. ſiue boni ꝛ melioꝛis. Secūd⁹ eſt diſcretione facta boni ſiue melioꝛ electio. Terti⁹ eſt dilectio. De his tribꝫ dic̄ Auguſtin⁹. Rō eſt aīe aſpectus quo bonū ꝛ malū diſcernit. ꝟtutes eligit.deū diligit.

De diuiſione potētiaꝝ ſm Auguſtinū.

Sectio XXIII

q Uarta diuiſio potētiaꝝ ponitur ab Auguſtino in libꝛo de ſpū ꝛ aīma q̄ facit ad maioꝛē euidentiā ꝑ̄dictoꝝ. Diſtinguit aūt vires aīe in rōnalem. ꝯcupiſcibilē.ꝛ iraſcibilē. Per rōnalē eſt aīa habiliſ ad cognoſcendū aliq̇d infra ſe.ſupꝛa ſe.in ſe ꝛ iuxta ſe. Cognoſcit ſiquidē deū ſupꝛa ſe. i ſe.ꝛ iuxta ſe. Cognoſcit itidē deū ſupꝛa ſe. ſe in ſe.angelū iuxta ſe . ꝛ q̇cquid celi ꝯtinetur ambitu infra ſe. De rōnalitate om̄is ſenſuſ aīe naſciꝛ.de ꝯcupiſcibilitate om̄is affectus Affect⁹ quadripartit⁹ eſſe dinoſciꝛ. dū de eo qđ amam⁹ iā gaudem⁹ vel gaudēdū ſperamus.vel cū de eo qđ odim⁹ iā dolemus. vł dolendū metuim⁹. Un̄ de ꝯcupiſcibilitate gaudiū ꝛ ſpes.de iraſcibilitate doloꝛ ꝛ met⁹ oꝛiunꝛ. Qui quidē q̄ttuoꝛ effect⁹ aīe omniū ſunt vicioꝝ atq̧ virtutū q̄ſi quedā ꝓncipia ꝛ nomē imponit Notandū ꝟo ꝙ ſenſus aīe ꝟtutes appꝛehēſiue vocanꝛ ſiue cognitiue q̄ a rōnabilitate oꝛiunꝛ. Quinq̧ aūt ſunt pꝛogreſſus ad ſapiam.ſenſus.imaginatio.ratō intellect⁹ intelligētia. Senſus eſt ea vis aīe que reꝝ coꝛpoꝛeaꝝ coꝛꝑeas recipit foꝛmas. ſꝫ ꝑ̄ſentes. Imaginatio eſt ea vis aīe q̄ rerū coꝛpoꝛeaꝝ coꝛꝑeas recipit foꝛmas ſꝫ abſentes. Senſus nāq̧ foꝛmas accipit in materia.imaginatio extra materiā. Et ea vis exteri⁹ foꝛmata ſenſus dꝛ.ꝛ eadēꝫ vſq̧ ad intimuꝫ traducta vocaꝛ imaginatio q̄ de ſenſu oꝛiꝛ. Rō eſt ea vis anime q̄ reꝝ coꝛpoꝛearū foꝛmas.naturas.differētias ꝓpꝛia ꝛ accidētia om̄ia ꝑcipit incoꝛꝑea ſꝫ nō extra coꝛꝑea niſi rōne exiſtentia. Abſtrahit em̄ in coꝛꝑibꝫ que fundanꝛ a coꝛꝑalibꝫ nō actiōe ſꝫ ꝯſideratiōe. Intellect⁹ eſt ea vis aīe que inuiſibilia ꝑcipit. vt angelos.demones.aīas. ꝛ oēm ſpūm creatū. Intelligētia eſt ea vis aīe q̄ immediate ſupponiꝛ deo. Cernit q̇dē ip̄m ſummū veꝝ ꝛ vere imutabile. Sic ḡ anima ſenſu ꝑcipit coꝛꝑea. imaginatiōe coꝛpoꝝ ſimilitudines.rōe coꝛpoꝝ naturas. intellectu ſpiritum creatū.intelligētia ſpūm increatum. Ad imaginationē q̄ diciꝛ ſenſus cōmunis ꝛ etiāꝫ fantaſia ꝑtinēt ea que vidēt in ſomnis doꝛmiētes.de q̇bꝫ dic̄ Auguſtin⁹. ꝙ omniū que ſibi videnꝛ videre doꝛmiētes q̇nq̧ ſunt genera.ſ.oꝛaculū.viſio.ſomniū.inſomnium fantaſma. Oꝛaculū eſt cuꝫ in ſomnis parēs vel aliqua grauis ꝑſona ſeu ſacerdoſ. vł etiam de⁹ aliq̇d euentuꝝ apte vel nō euentuꝝ faciendū vel vitandū denūciat. Viſio eſt cū id q̇s videt qđ eodē modo q̊ apparuerat eueniet. Somniū eſt figuris tectū. ꝛ ſine interꝑ̄tatione intelligi nō poteſt. Inſomniū ē qn̄ id qđ vigilantē fatigauerat ſe ingerit doꝛmienti.ſicut eſt cibi cura vel pot⁹ vel aliqua ſtudia.vel artes.vel infirmitates. Juxta infirmitates em̄ diuerſi diuerſa accipiūt ſomnia Alia em̄ vidēt ſanguinei.alia cholerici.alia melancolici.alia flegmatici. Iſti em̄ vident rubꝛa ꝛ varia.illi nigra ꝛ alba. Fantaſma ē qn̄ vix doꝛmire cepit q̇s ꝛ vigilare ſe exiſtimat.ꝛ videꝛ aſpicere irruētes in ſe vł paſſim vagātes foꝛmas diſcrepātes ꝛ varias letas ꝛ turbulētas. In hoc genere eſt ephialtes. quē opinanꝛ vulgares inuadere doꝛmientes ꝛ oppꝛimere q̇eſcētes.qđ nō eſt niſi fumoſitas cōſcendēs ad cerebꝛū a ſtomacho vel a coꝛde.vim compꝛmens animalē.

De quo eſt anima.

Sectio XXIIII

p Oteſt colligi ex ꝑ̄dictꝭ ꝙ aīa eſt ens viuēs.intelligēs.ac libertate vtens.

Foꝛma q̇dē eſt ens nō a ſeip̄a nec ꝺ diuina natura.ſꝫ a deo ꝑ creationē de nihilo in eſſe deducta. Foꝛma aūt viuēs eſt nō

ex natura extrinſeca. ſʒ ex ſeip̄a. nõ vita mor
tali ſed ꝑpetua. Forma ꝟo intelligẽs nõ tm̄
creata ſed etiã creatricẽ eſſentiã. ad cui⁹ ima
ginem ⁊ ſimilitudinẽ facta eſt. Jmago autẽ
nomiat cõformitatẽ in quantitate. ſimilitu/
do vero ↄueniẽtiã in qualitate. Jmago nã/
ꝙ dicit q̄ndam cõfigurationẽ. ⁊ illa impor/
tat figurã. q̄ eſt quantitas in q̄litate. ⁊ quali
tas in q̄ntitate. Similitudo ꝟo dicit̄ reruʒ
differentiū eadẽ qualitas. Ex hac primaria
differẽtia triplex mod⁹ diſtinguẽdi int̄ ima
ginẽ ⁊ ſimilitudinẽ aſſignat̄ ſm̄ hugo. Jma
go reſpicit figurã. ſil'itudo naturaʒ. Ali⁹ eſt
mod⁹ diſtinguẽdi ꝙ imago eſt in naturali/
bus. ſil'itudo in gratuitꝭ. Terti⁹ modus ſm̄
Auguſtinũ. eſt ꝙ imago eſt ĩ potẽtia cogno
ſcẽdi. ſil'itudo in potẽtia diligẽdi. Hec vltia
eſt ꝑ approp̄atiõnẽ ꝑ eo ꝙ in imagine que eſt
ꝑ creationẽ due ſunt potẽtie ex ꝑte cogniti/
ue. ſ. memoria ⁊ itelligẽtia. ⁊ vna ex ꝑte affe/
ctiue. ſ. volũtas. Ecõtrario aũt in ſil'itudine
que eſt ꝑ recreationẽ ſiue iuſtificatõem. due
ſunt ꝟtutes ex ꝑte affectiue. ſ. ſpes ⁊ caritas
⁊ vna ex ꝑte cognitiue. ſ. fides. Et ꝓpterea po
nitur imago in potẽtia cognitiua. ſimilitu/
do in potẽtia affectiua. Diffinit̄ autẽ imago
ab Hylario in libro de ſynodis ſic. Jmago
eſt ei⁹ rei ad quã imaginamur ſpecies ĩ diffe
rentijs. Eſt etiã aĩa forma libertate vtẽs.
qꝛ ſemꝑ eſt libera a coactiõe. Hec aũt liber/
tas a coactiõe nihil aliud eſt ꝙ̄ facultas ra
tionis ⁊ volũtatis que ſunt potẽtie aĩe ꝓnci
pales. Hec aũt libertas ↄſurgit ex delibera
tione p̄ambula ⁊ volũtate adiũcta. ⁊ cõmu/
niter liberꝝ arbitriũ appellat̄. De q̄ libero ar
bitrio videndũ eſt q̄ntũ ad diuerſam diffi/
nitionẽ. ⁊ q̄ntũ ad variã denominatiõʒ. Li
berꝝ arbitriũ a ph̄o ſic diffinit̄. Liberꝝ arbi/
triũ eſt a volũtate iudiciũ. A bernardo ſic ĩ
libro de libero arbitrio. Liberꝝ arbitriũ eſt
ↄſenſus ob volũtatis iamiſſibilẽ libertateʒ
⁊ ratiõis indeclinabile iudiciũ. Ab Auguſti
no ſic. Liberꝝ arbitriũ eſt facultas rõnis et
volũtatis qua bonũ eligit̄ gr̄a aſſiſtente. vel
malũ eadẽ deſiſtẽte. Ab Anſelmo in libro ð
libero arbitrio ſic. Liberꝝ arbitriũ eſt pote/
ſtas ſeruãdi rectitudinẽ ꝓpter ſeip̄am. Põt
em̄ liberꝝ arbitriũ ↄſiderari ꝙ̄tũ ad actum.
⁊ ſic diffinit̄ a Bernardo. Q̄tũ ad actum et
obiectũ. ⁊ ſic ab Anſelmo. Q̄tũ ad actum ⁊
obiectũ ⁊ finẽ vltimũ. ⁊ ſic ab auguſtino. De
nominat̄ aũt iſta potẽtia a magiſtro ſn̄iarũ

libertas a coactõe ſiue neceſſitate. a culpa ⁊
a miſeria A Bernardo ꝟo libertas arbitrij
ↄſilij ⁊ cõplaciti. A magiſtro ſn̄iaꝝ ꝓuatiue.
a Bernardo poſitiue. Cõſiderari eĩ poteſt
libertas iſta ꝙ̄tum ad eſſe. ⁊ ſic dicit̄ a magi
ſtro libertas a coactõne ꝓuatiue. a Bernar
do libertas arbitrij poſitiue. Jtẽ q̄ntuʒ ad
bene eſſe. ad qð requirit̄ duplex bonũ. ſ. bo/
num rectificãs ſiue ordinãs. ⁊ bonuʒ dele/
ctans ſiue quietãs. Et excludit̄ duplex ma
lum. ſ. malũ deformãs ⁊ malũ affligens. Re
ſpectu mali deformãtis dicit̄ a magiſtro li/
bertas a culpa ꝓuatiue. Reſpectu boni re/
ctificãtis ðr a bernardo libertas ↄſilij. poſi
tiue. Reſpectu mali affligẽtis ðr a magiſtro
libertas a miſeria. ꝓuatiue. Reſpectu boni
quietãtis dicit̄ a Bernardo libertas cõpla
citi poſitiue.

De cõditione humani corporis.

Sectio XXV

Equit̄ videre de natura cõpoſita. ħ
eſt humana natura quãtũ ad corp⁹.
Fuit em̄ corp⁹ ꝓmi hoĩs ð limo ter
re cõditũ ⁊ formatũ. anime ſubiectũ. ⁊ ꝓpor
cionabile inꝙ̄ fu
it q̄ntũ ad equalẽ cõplexionẽ. ⁊ quantuʒ ad
pulcerrimã ⁊ multiformẽ organizationẽ. et
q̄ntũ ad ſtature rectitudinẽ. Q̄uis em̄ cor/
pus ⁊ aĩma multũ diſtẽt. tamẽ infimũ ſpũs
⁊ ſupremũ corꝑis ſunt vnibilia miro modo
Spũs em̄ animal' ſiue rational' habet po/
tentiã viuificãdi. potentiã vegetandi. ⁊ potẽ
tiam ſentiẽdi. Corp⁹ vero habet cõplexio/
nis equalitatẽ. organoꝝ multiformitatẽ. et
ſpirituũ ſubtilitatẽ. ſm̄ triplicẽ differẽtiam.
Habet nãꝙ ſpũm vitalẽ. ſpũm naturalem.
⁊ ſpũm animalẽ. Cõparãdo igit̄ cõplexiõis
equalitatẽ ad potentiã viuificatiuã ꝑ medi
um ſiue vinculũ ſpũs vitalis optim⁹ eſt ne/
xus. Similiter cõparãdo nõ ſolũ cõplexio
nem equalẽ. veꝝ etiã organizatiõis ꝑfectio
nẽ ad potentiã vegetatiuã ⁊ ſenſitiuã medi
ante ſpũ naturali ⁊ aĩmali. optima eſt ꝓpor/
tio ⁊ mirabil' nex⁹. Unde ſicut terra ⁊ ignis
ꝙ̄uis multũ diſtẽt. duplici tamẽ medio con
nectunt̄. vno qð magis cõmunicat cũ igne
alio qð magis cõmunicat cũ terra. ſic eſt in
ꝯpoſito intelligendũ. Rurſus quoniã aĩma
tanꝙ̄ ad beatitudinẽ ordinata ⁊ habilis tẽ
dit ſurſum corp⁹ habet ſtature rectitudinẽ
⁊ caput ſurſuʒ erectũ. vt ſic rectitudini ſpũs
atteſtet̄. Fuit etiã corp⁹ anime ſubijcibile et

ſubiectū. ita ꝙ eſſet obtēperās ſine rebellione. vegetabile ſine defectiōe. ꝓpagabile ſine libidine. Vñ dat⁹ eſt ſibi paradiſi terreſtris loc⁹ in tranquillā habitationē. datū eſt ei lignū vite ad ꝯtinuā vegetationē. formata eſt ei mulier de latere viri in ꝯſortiū ⁊ adiutorium ad immaculatā ꝓpagationē Et q2 homo ex homie (ſicut eſt in ceteris) ſeminalit̄ ꝓpagat̄. de rōne ſeminali eſt aliquid adiūgēdum. Ad qđ notandū eſt ꝙ cauſa ⁊ cauſalis ratio cōmunis eſt ad ꝑncipiū extrinſecū ⁊ itrinſecū q̄ſtū eſt de vi nomis. Semē ꝟo et ratio ſeminalis reſpicit ꝑncipiū intrinſecu3 Poſſunt tamē diſtingui. vt cauſa ⁊ rō cauſalis accipiat̄ q̄ntū ad ꝑncipiū increatū. ſemē ⁊ ratio ſeminal' quantū ad ꝑncipiū creatu3. Differūt tamē cauſa ⁊ ratio cauſalis q2 cauſa dicit ꝑncipiū ꝓductiuū. ratio vero cauſalis dicit regulā dirigentē illud ꝑncipium in opatiōe ſua. Similit̄ etiā differūt ſemē ⁊ rō ſeminalis Regula aūt agētis increati eſt forma exēplaris vel idealis. Regula agēt̄ creati eſt forma naturalis. Et ita rōnes cauſales ſunt forme ideales vel exēplares. rōnes vero ſeminales ſunt forme nat̄ales. Et ſm hoc patet ꝙ rōes cauſales ⁊ ꝑmordiales ſūt idē re. differētes ſolū rōe. Primordiales dicunt̄ ꝑ ꝓuatiōem ꝓoris. cauſales ꝑ poſitionem poſterioris. Et ꝑmordiales reſpiciunt deū ⁊ primū ꝑncipiū. cauſales reſpiciūt deum ⁊ vltimū finē q̄ eſt cauſa cauſaꝝ. Similiter naturales rōnes ⁊ ſeminales idē ſūt re ſed differūt rōne. quia ſemē dicit ex q̄. natura vt a quo. ratio ſeminalis attendit̄ inq̄tū dicit potentiā nature vt ex aliquo aliq̄d fiat Vel ſeminalis ratio reſpicit inclinatiōem ⁊ virtutē intrinſecā q̄ mouet ⁊ opat̄ ad effect⁹ ꝓductiōem. natural' vero rō ꝯcernit ꝓducētis ad ꝓductū aſſimilatōe3. ⁊ modi agendi aſſuetudinem.

De toto hoīe ex corpe ⁊ aīa ꝯſtituto
Sectio XXVI

I Am tertio eſt videndū de toto homine ex aīma ⁊ corpe ꝯſtituto. De q̄ doctrinaliter eſt tenendū ꝙ homini dat⁹ eſt duplex ſenſus. ſ. interior ſiue mētis. ⁊ exterior ſiue carnis. Dat⁹ eſt ei duplex motus. ſ. imperās in volūtate. ⁊ exequēs in corpore. Datū eſt ei duplex bonū. vnū viſibile. alteꝝ inuiſibile. Datū eſt ei duplex ꝑceptu3 ſcʒ nature ⁊ diſcipline. Preceptū nat̄e. Creſcite ⁊ multiplicamini. Preceptū diſcipline. De ligno ſcientie boni ⁊ mali ne comedas. Datū eſt ei q̄druplex adiutoriū. ſcʒ ſcīetie et ꝯſciētie. ſynderesis ⁊ grē. Et ſic poteſt colligi ex ꝑdictis ꝙ creatura mūdi eſt quaſi quidam liber in q̄ relucet repſentat̄ ⁊ legit̄ trinitas fabricatrix ſm triplicē modū expꝛeſſionis. ſcʒ ꝑ modū veſtigij. ꝑ modū imaginis ⁊ ꝑ modū ſimilitudinis. ita ꝙ ratio veſtigij iuenit̄ in creaturis oīb⁹. ratio imaginis in ſolis intellectualib⁹ ſiue rōnalib⁹. ratio ſimilitudinis in ſolis deiformib⁹. Oīs eīm creatura deū habēs vt ꝑncipiū ꝯfigurat̄ ei ꝑ vnitatē. veritatē. ⁊ bonitatē. ⁊ hoc eſt veſtigium habēs deū vt obiectū. ipm capit ꝑ memoriam. intelligentiā. ⁊ voluntatē. hec eſt imago habēs deū vt donū infuſum. cōfigurat̄ ei ꝑ fidē ſpem ⁊ charitatē. ſiue ꝑ viſionē. tentiōe3 ⁊ ꝑfectā dilectionē. in hoc eſt ſimilitudo Et quia imago eſt expꝛſſa ſimilitudo. ⁊ hec i creatura rationali ſm gradū triplicē īuenit̄. ampliato nomine pōt diſtingui triplex imago in creatura rōnali qua repſentat̄ expreſſe trinitas fabricatrix. Eſt eīm imago creationis q̄ cōſiſtit in trib⁹ potētijs ⁊ in vnitate ſubſtātie. ita ꝙ memoria repſentat patrē. intelligētia filiū. ⁊ volūtas ſpiritūſanctū. Sbſtantia ꝟo anime cū ſit vna repſentat diuie eſſentie vnitatē. Eſt etiā imago recreatōnis que cōſiſtit in trib⁹ virtutib⁹ theologicis. et vnitate grē gratū faciētis. ita ꝙ fides repreſentat filiū. ſpes patrē. ⁊ charitas ſpūmſctm̄. Unitas ꝟo gratie gratū faciēt̄ repreſentat eſſentie vnitatē. Eſt ⁊ imago glorificatiōis. que ꝯſiſtit in trib⁹ dotib⁹ glorioſis ⁊ vnitate glorie. ita ꝙ apta viſio repñtat filiu3. ſecura tentio repſentat patrē. ꝑfecta dilectio ſpm̄ſanctū. vnitas vero glorie repſentat vnitatē eſſentie. Prima imago eſt animaꝝ a deo exeuntiū ꝑ creationē. Secūda eſt ad deum redeūtium ꝑ iuſtificationē. Tertia eſt ad deum ꝑuenietiū ꝑ glorificatōem. Prima dicit̄ ꝓprie imago nature. ⁊ eſt angeloꝝ omniū. et omniū rationaliū aīaꝝ. Secūda dicit̄ ſimilitudo grē. ⁊ eſt angeloꝝ cōuerſoꝝ ⁊ aīmarū iuſtaꝝ. nō aūt demonū nec hominū peccatoꝝ. Tertia dicit̄ deiformitas glorie. ⁊ eſt angelorum ſanctorū ⁊ beatarū animarum. Hec autē tria operat̄ tribus vicibus ꝑ ſingulos hominū beatorum benignitas ſaluatoris.

De vnione naturaꝝ in chriſto
Sectio XXVII

P Oſtq̄ȝ vidimus de bono increato. quod eſt de⁹. ⁊ de bono creato qđ ē mund⁹. Videndū eſt aliquid đ bono ex vtroq̄ȝ cōiugato qđ eſt chriſt⁹
De quo breuiter tria ſunt vidēda. ſcȝ natu/
rarū ſociatio. gratiaꝝ exuberatio ⁊ penaꝝ to
leratio. Quantū ad naturaꝝ vnionē in xp̄o
tenere debem⁹ ꝙ in fine ſeculoꝝ quādo ve/
nit plenitudo tp̄is p⁹ legē nature ⁊ ſcriptu/
re. poſt patriarchas ⁊ ꝓphetas. quib⁹ ⁊ p q̄s
fuit incarnatio repromiſſa. dignat⁹ eſt filiuſ
dei incarnari. ꝓpter homies redimendos. ⁊
tūc angelo nunciāte virgini Marie incar/
natiōis myſteriū pficiendū in ip̄a. virgo cre
didit appetijt ⁊ cōſenſit. et deſcēdit ſpūſſan/
ctus ſup eā ad ſanctificandū ⁊ fecundandū
cui⁹ virtute virgo cōcepit dei filiū. quē vir/
go pepit. ⁊ poſt partū virgo pmanſit. Cōce
pit nō ſolū carnē. verū etiā carnē animatā ⁊
verbo vnitā. ⁊ nulli peccato obnoxiā. ſȝ om
nino ſanctā ⁊ immaculatā. ratiōe cui⁹ dicit̄
mater dei. ⁊ virgo Maria. Hāc autē incar/
nationē fuit tota trinitas opata. Per quaȝ
quidē incarnatōem facta eſt aſſumptio car
nis a diuinitate. ⁊ vnio diuinitatis cum car
ne viuifica ſpiritu rōnali ſm potentiā vege/
tandi. ſentiēdi. ⁊ intelligēdi. In hac autē in/
carnatiōe nō eſt facta vnio in vnitate natu/
re. ſed pſone. nō humane ſȝ diuie. nō aſſum/
pte ſed aſſumētis. nō pſone cuiuſlibet. ſed p
ſone ſoli⁹ verbi. Hec vero vnio tanta fuit vt
faceret deū hominē. ⁊ hominē deū. ita ꝙ q̇c/
quid dicit̄ de filio dei p naturā. dicit̄ đ filio
hominis p gratiā. ⁊ ecōtra. exceptis his i q̄
bus exprimit̄ vnio ⁊ includit̄ negatio Non
em̄ poteſt dici ꝙ hūana natura diuinā na/
turā aſſumpſerit vel ſibi vnierit. ſed ꝙ aſſū/
pta fuerit ⁊ vnita. Similiter nō poteſt dici
ꝙ fili⁹ dei inceperit eſſe. Hoc em̄ negat̄ de aſ
ſumente ſȝ vere dr̄ de aſſumpto.

De pfectione gratiaꝝ in chriſto
Sectio XXVIII

S Equit̄ videre de perfectiōe gratiarū que fuerūt in dn̄o Jeſu xp̄o. de qui bus tenendū eſt. ꝙ in xp̄o a ſui con/
ceptione fuit plenitudo om̄is grē. ⁊ q̄ntum
ad gratiā ſingularis pſone. ⁊ quantū ad grī
am capitis. ⁊ quantū ad gratiā vnionis. ita
ꝙ p gratiā ſingularis pſone habuit omnis
peccati imunitatē. ⁊ quantū ad actū. ⁊ q̄ntū
e Xtra de maledicis. Greg'.ix. Statuimus vt ſiq̄s ꝯtra deū vl' aliquē ſanctoꝛū ſuoꝝ. ꝛ maxime beatā virginem linguā in blaſphemiā publice relaxare p̄ſumpſerit. p epm ſuū pene ſubdat' inferius ānotate. vt videlicꝫ. vij. dieb' dn̄icis p̄ foꝛib' eccleſie in manifeſto dū agunt' miſſaruꝫ ſolēnia blaſphem' exiſtens. Ultimo illoꝝ die dn̄ico palliū ꝛ calciamenta nō habeat. ligatus coꝛrigia circa collū. ſeptēq̄ p̄cedentib' ſextis ferijs ieiunet in pane ꝛ aq̄. eccl'iam nullaten' ingreſſur'. q̄libet quoq̄ p̄dictoꝝ dierū tres ſi poterit. alioq̄n duos reficiat pauperes ſiue vnuꝫ. ꝛ ſi nec ad hoc facultates eius ſuppetūt. id in penā cōmutetur aliā. cui etiā ſi renuerit recipe ac pagere penitētiā ſupꝛadictā. eccl'ie interdicat' ingreſſus. ꝛ in obitu eccl'iaſtica careat ſepultura. Per tempoꝛalē p̄terea poteſtatē coactione ſi neceſſe fuerit epi dioceſani adhibita ꝯtra eam. Blaſphem' ſi diues fuerit. xl. ſolidos. Aliqui. xxx. ſiue. xx. ꝛ ſi ad id nō ſufficiat. v. ſolidos vſualis monete. pena mulctetur. nullā in hoc miſc'diam habitur'. qꝺ etiā inter alia cōmunitatuꝫ ſtatuta ponat'. Hec canon.

Uiceſimanona particula tercij capituli. De pnīa ſacerdotis reuelātis ꝯfeſſionē.

d Epnīa diſt. vj. Grego. papa. Sacerdos ante oīa caueat ne de his qui ꝯfitent' ei pctā ſua alicui recitet q̄ ea cōfeſſus eſt. nō ꝓpinquis. nō extraneis neq̄ quod abſit. p aliquo ſcandalo. Nam ſi hoc fecerit deponat'. ꝛ oībus diebus vite ſue ignominioſus pegrinando pgat. Hec canon.

Triceſima particula tercij capl'i. De penitētia ei' q̄ cōpulſus ꝯditionalit' piurat.

v Iceſimaſecūda. q. v. Pius pa. Qui cōpulſus a dn̄o ſciens piurat. vtriq̄ ſunt piuri. ꝛ dn̄s ꝛ miles. domin' qꝛ p̄cepit. miles qꝛ plus dn̄m q̄ animā dilexit. Si liber eſt. xl. dies i pane ꝛ aqua peniteat. ꝛ ſeptē ſequētes annos. ſi ſu' eiuſdē tres q̄dragesimas ꝛ legitimas ferias peniteat. Hec canon.

Triceſimapꝛima particula tercij capituli. De penitētia eius qui piurat in manibus epi vel in cruce ſacrata.

v Iceſimaſecūda. q. v. Qui piurat in manu epi vel in cruce ꝯſecrata tres annos peniteat. Qui autē coactus fuerit ꝛ ignoꝛās ſe piurauerit et poſtea cognoſcit tres q̄dragesimas peniteat. Hec canon.

Triceſimaſecūda particula tercij capituli. De penitētia eius q̄ coactus piurat. p vita redimenda.

c Apitulo ſeq̄nti ex penitētiali Theodoꝛi. Siquis coact' p vita redimenda vl' p qualibet cauſa vl' neceſſitate piurat. qꝛ plus coꝛpus q̄ animā dilexit. tres q̄dragesimas pēiteat. Alij iudicāt tres annos. vnū ex his in pane ꝛ aqua.

Triceſimatercia particula tercij capituli. De penitētia eius qui ſcienter falſum iurat vel aliū iurare cōpellit.

v Iceſimaſecūda. q. v. Siq̄s cōuict' fuerit alios ad falſa teſtimonia vel ad piuria attraxiſſe vel q̄cunq̄ coꝛruptione ſollicitaſſe. ip̄e quidē vſq̄ ad exitum vite nō cōmunicet. hi vero qui piurio ꝯſenſiſſe. pbant'. poſtea ab oīmi teſtimonio ſunt remouēdi. ꝛ ſꝫm legē infamia notabūtur. Hec canon. Teſtimonio. ap. etiā p' pniaꝫ priuatā. ſꝫm quoſdā. vj. q. j. Quicūq̄.

Triceſimaquarta particula tercij capl'i. De pnīa eius q̄ in dicendis hoꝛis vel officijs diuinis a metropolitane ꝯſuetudie diſcrepat eccl'ie.

d Uodecima diſt. ex concilio Toletano. xj. De his q̄ ꝯtra volūtatē apoſtoli circūferunt' oīmi vento doctrine placuit ſctō ꝯcilio vt metropolitane ſede placuit ſctō ꝯcilio vt metropolitane ſede dis auctoꝛitate coacti vniuſcuiuſq̄ ꝓuincie ciues rectoꝛeſq̄ eccl'ie vnū eundemq̄ in pſallendo teneāt modū. quē in metropolitana ſede cognouerint īſtitutuꝫ. nec aliqua diuerſitate cuiuſq̄ oꝛdinis vl' officij a metropolitana ſede patiāt' ſe diſiūgi. ſic enim iuſtū eſt vt inde vnuſq̄ſq̄ ſumat regl'as magiſterij vn̄ honoꝛē ꝯſecrationē accipit vt iuxta maioꝝ decreta ſedes q̄ vn' cuiuſq̄ ſacerdotal' dignitatꝫ eſt mr̄ eccl'iaſtice dignitatꝫ vel rōnis ſit mgr̄a. Abbatib' ſane indultis

officijs q̄ iuxta voluntatē ſui epī regularit
illis implēda ſunt. cetera officia publica. i.
veſperā. matutinas. ſiue miſſas alit̄ q̄ꝫ i pn
cipali eccl'ia celebrare nō liceat. Quiſq̄s au
tē hoꝝ decretoꝝ violatoꝛ extiterit. vj. mēſi
bus a cōione ꝑuatus apud metropolitanū
ſub pnīe cenſura maneat corrigendus. q̄te/
nus apud illū ꝛ pterite trāſgreſſiōis culpā
lacrimis diluat. ꝛ neceſſariā officioꝝ doctri
nam ſtudioſe addiſcat. Sub iſta ḡ regula
diſcipline nō ſolū metropolitan⁹ totius p/
uincie ſue pōtifices vl' ſacerdotes aſtrigat.
ſed etiā ceteri epī ſubiectos ſibi ecc'iarū re/
ctores obtēperare inſtitutōib⁹ cogāt. Hec
canon. Publica. ap̄a. clericoꝝ ſecularīū.
quoꝝ officia publica ſunt.

Triceſimaq̄nta particula tercij capituli
De pnīa epī qui correctionē de ſymoniaca
venditione diſſimulat.

p Rima. q. j. ex concilio Toletano. ix.
Quicūq̄ꝫ inuiſibilis gratie ꝯſolati
one tribuit nunq̄ꝫ queſtib⁹ vl' q̄buſ/
libet p̄mijs venundari penit⁹ debet. dicen
te dño. Quod grat' accepiſtis gratis date.
ꝛ ideo q̄cunq̄ꝫ deinceps in eccl'iaſtico oꝛdi/
ne ꝯſtitutus aut p baptizādis ꝯſignādiſq̄ꝫ
fidelib⁹ criſmate. vl' ꝑmotionib⁹ graduum
p̄mia quelibet vl' p̄cia niſi voluntarie obla
ta p huiuſmōi ambitione ſuſcepit. equidez
ſi ſciente loci epō tale quicq̄ꝫ a ſubditis ppe
tratū fuerit. idem epiſcopus duob⁹ menſi/
bus excōmunicatiōi ſubiaceat pro eo ꝙ in
ꝯſcientia mala cōtexerit ꝛ correctionez ne/
ceſſariam non acq̄ſiuerit. Si autez ſuoꝛuz
quiſpiā eodem neſciente quicq̄ꝫ de ſupradi
ctis capitul' accipiendū ſibi eſſe crediderit.
ſi p̄ſbyter eſt. iiij. menſiū excōmunicatione
plectatur. ſi dyacon⁹ vero vel cleric⁹ his cu
piditatibus ſeruiēs cōpetenti pena ꝛ debi
ta excōmunicatiōe plectendus eſt. Hec ca/
non.

Triceſimaſexta p̄ti. ter. cap̄. De pnīa epī
qui oꝛdinat clericū inuitū.

ſ Eptuageſimaq̄rta diſt. ex concilio
Aurelianē. Epus qui inuitum aut
reclamantem oꝛdinare preſumpſe/
rit annuali pnīa ſubditus miſſas facere nō
p̄ſumat. Inuituz. ap. aliq̄ iudicio alio q̄ꝫ
voce voluntatē oſtendentē.

Triceſimaſeptima p̄ti. ter. ca. De penitē/
tia ſoꝛtilegoꝝ.

e Xtra de ſoꝛtilegis. ex pniali Theo/
doꝛi. In tabul' vel codicib⁹ aut alijs ſoꝛte
furta nō ſunt req̄renda. vl' diuinatiōes ali
quas in aliq̄b⁹ reb⁹ q̄s obſeruare p̄ſumat.
Qui aūt ꝯ fecerit. xl. dies peniteat. Hec ca.

Triceſimaoctaua p̄t. ter. ca. De pnīa ei⁹
qui videt in aſtrolabio.

e Xtra de ſoꝛtilegis. Alexan. iij. Grā/
deñ. p̄triarche. Ex tuaꝝ tenoꝛe lr̄aꝝ
accepim⁹ ꝙ v. p̄ſbr cū quodā infa/
mi ad ꝑuatū locū acceſſit nō ea intentōe vt
inuocaret demoniū. ſed vt inſpectiōe aſtro
labij furtū cuiuſdā eccl'ie poſſit recuperari
Alex. licet h̄ ex bono zelo et ſimplicitate ſe
feciſſe ꝑponat. id tñ grauiſſimū fuit ꝛ ñ mo/
dicā inde pcti maculā ꝯtraxit. ꝛ infra Mā
da. q̄t. talē ei p expiatiōe ill⁹ delicti pnīaz i/
ponas ꝙ p ānū ꝛ āpli⁹ ſi tibi viſuz fuerit eū
ab altaris miniſterio p̄cipias abſtinere. ꝛ ex
tunc liberū ſit ei exercere officiuz ſacerdot'
Hec canon. Liberū. ap. hoc intellige di
ctum ex diſpenſatōe. nā de iure cōmuni de
buit remanere ꝑuat⁹. ꝛ epſ iure ꝯtra illum
pceſſit. xxvj. q. v. Nō opoꝛtet. Siq̄s epſ.

Triceſimanona p̄ti. ter. cap̄. De pnīa ei⁹
cui p negligentiam aliq̄d de ſanguine ſtil/
lauerit.

d Ꝯſecra. diſt. ij. ex decreto Pij pa/
pe. Si p negligentiā aliq̄d de ſan/
guine ſtillauerit in terrā. lingua lā/
batur. tabula radat'. ſi nō fuerit tabula vt
nō ꝯculcetur locus coꝛrodatur ꝛ igne con/
ſumatur. ꝛ cinis intra altare ꝯdatur. et ſa/
cerdos. xl. diebus peniteat. Si ſuper alta
re ſtillauerit calix. ſoꝛbeat miniſter ſtillam
tribus vicibus. ꝛ trib⁹ diebus peniteat. Si
ſup linthéū altaris. ꝛ ad aliud ſtilla ꝑuene/
rit. iiij. dieb⁹ peniteat. Si vſq̄ꝫ ad terciū. ix.
diebus. Si vſq̄ꝫ ad q̄rtū. xx. dieb⁹ penite/
at. ꝛ lintheamina q̄ tetigerit ſtilla tribus vi
cibus miniſter abluat calice ſubterpoſito.
ꝛ aqua ablutiōis ſumat' ꝛ iuxta altare recō
datur. Hec canon Peniteat. ap. hec pnīa
erit vt tot diebus ieiunet ꝛ tot dieb⁹ abſti/
neat a p̄ceptione ſacramētoꝝ. Ar. xlv. diſt.
Quidā enim de epis.

Quadrageſima parti. ter. ca. De pe. eius
qui ſacrificiū euomit

d Ꝯſecra. diſt. ij. Ex penitētiali Be
de p̄ſbyteri. Siq̄s p ebrietatē vel
voracitatem euchariſtiā euomue/
rit. xl. diebus peniteat. clerici vel monachi.
ſeu dyaconi. p̄ſbyteri. lxx. dieb⁹ peniteant.

epiſcopi.lxxx. Si ꝑ infirmitatis cauſa euo
muerit.ſeptē diebꝫ peniteat.

Quadrageſima ꝑma particula tercij ca/
pituli. De penitentia eius qui pſ byterū in
terfecit.

Xtra de peni.ꝛ re. Ex ꝯcilio Mo/
e guntino. Qui pſ byteruꝫ occiderit
xij.annoꝝ penitētia ei ſ̄m canones
imponatᷣ.ꝛ infra. Cōuictus vſqꝫ ad vltimū
temporis vite ſue militie cingulo careat.et
abſqꝫ ſpe ꝯiugij maneat. Hec canon.

Quadrageſima ſecunda particula tercij
capituli. De penitētia bn̄ficiati ab eccleſia
qui rectorē vel clericū alium ipius eccleſie
interficit.

Xtra de penis. Innocē.iij. In con/
e cilio generali hec decretalis ſ̄m q̄ſ/
dam incipit ibi. In q̄buſdā.ꝛ ꝓ vna
cōputatᷣ. Sacri nihilominꝰ ꝯcilij approba
tione ſtatuimꝰ q̄tenus ſi patroni vel aduo
cati aut feudatarij ſeu vicedn̄i. aut alij be/
neficiati alicuiꝰ eccl'ie rectorem vel clericū
alium ipius eccl'ie vel ꝑ ſe vel ꝑ alios occi/
dere vel mutilare auſu nefando pſumpſe/
rit.patroni illiꝰ patronatꝰ.aduocati aduo
caciā feudatarij feudū. vicedn̄i vicedn̄atū.
ꝛ beneficiati beneficiū prorſus amittant.ꝛ
ne minꝰ vindicte q̄ꝫ exceſſus memoria ꝓro
getur nō ſoluꝫ de ꝑmiſſis nihil ꝑueniat ad
heredes. ſed etiā vſqꝫ ad q̄rtaꝫ generatio/
nem poſteritatē taliū in clericoꝝ collegiuꝫ
nullatenꝰ admittantᷣ.nec in domibꝫ regula
ribꝫ alicuiꝰ p̄latiōis aſſeq̄ntur honorē. niſi
cū eis fuerit diſpenſatū. Hec canon. Di/
ſpenſatū.ap.ab epō.licꝫ honeſtū eſſet ꝙ fie
ret de licentia pape.

Quadrageſima tercia ꝑti.tercij cap̄. De
pn̄ia incendiarioꝝ.

Xtra de iniurijs.ex penitētiali Ro
e mano. Siq̄s domū vel aream cu/
iuſqꝫ volūtarie incenderit. ſublata
vel incenſa om̄ia reſtituat.ꝛ tres annos pe
niteat. Hec canon. Iteꝫ alius canon de
eodē.xxiij.q.viij. Inno.ij.in vniuerſali ꝯci/
lio. Peſſimā ſiquidē ꝛ depopulatricē ꝛ hor
rendā incendioꝝ maliciā auctoritate dei ꝛ
btōrum apl'oꝝ petri ꝛ pauli oīno deteſta/
mur ꝛ interdicimꝰ. Siquis igitᷣ poſt huiꝰ
noſtre ꝓhibitiōis ꝓmulgationeꝫ malo ſtu/
dio ſiue ꝓ odio ſiue ꝓ vindicta ignē appoſu
erit vel apponi fecerit.aut appoſitoribꝫ cōſi/
lium vel auxiliū ſcientᷣ tribuerit excōmuni
cetur.ꝛ ſi mortuus fuerit incendiariꝰ xp̄ia/
norū careat ſepultura.nec abſoluatᷣ niſi ꝑ/
us damno cui intulerit ſ̄m facultatē ſuam
reſarcito.ꝛ iuret ſe ignē de cetero nō appoſi
turū. Penitētia autē ei detur vt hieroſoly/
mis aut in hyſpania in ſeruicio dei ꝑ annū
integrū ꝑmaneat. Siquis auteꝫ archiep̄s
vel epiſcopus h̄ relaxauerit.dānum reſtitu
at ꝛ ꝑ annū ab epiſcopali officio abſtineat.
Sane regibꝫ ꝛ principibus faciēde iuſticie
facultatē ꝯſultis archiep̄is ꝛ ep̄is nō nega
mus. Hec canon. Hodie poſtq̄ꝫ publica
ti ſunt nō poſſunt abſolui citra ſedē apoſto
licā.extra de ſentē. excōicatiōis. Tua nos.

Appa.qꝛ hec nō diſtinguitur. de om̄ibꝰ
intelligas. Tn̄ nō credo ꝙ om̄es incendia
rij generaliter ſint ipo iure excōmunicati.
niſi de incendiarijs eccleſiaruꝫ. cū de alijs
nō inueniā.ꝛ ꝑ hāc decretalē ꝓbatur ꝙ ipo
iure ſint excōmunicati.ſed illis ꝑmo excōi/
catis ab ep̄is ſubſecuta publicatione ꝛ de/
nunciatōne.papa ꝑ hāc decretalē ſibi reſer
uat eorū abſolutionē ad terrorē. Hec ap.

Raymūdus ꝛ redonen̄.tn̄ intelligūt de
incendiarijs ſacrorū locorū. Ganfredꝰ di/
cit ꝙ epiſcopus poteſt incēdiariū excōmu/
nicare ſed nō abſoluere poſtq̄ꝫ fuerit denū
ciatus.cū quo ꝯcordat textus. Hec decre/
talis ꝛ apparatus ꝛ copioſa.ꝛ ideo magis ei
credo.

Quadrageſima q̄rta ꝑticula tercij capl'i.
De pn̄ia cōmunicātis cū heretico.

Iceſima q̄rta.q.j. Iuliꝰ papa. Si/
v quis dederit vel accepit cōmunio/
nem de manu heretici ꝛ neſcit ꝙ ec/
cleſia catholica ꝯtradicit.poſtea intelligēs
annū integrū peniteat. Si autem ſcit ꝛ ne
glexerit ꝛ poſtea penitētiā egerit.deceꝫ an/
nos peniteat. Alij iudicāt ſeptē.ꝛ quidā bi
ennio. Siquis
manius vt quinqꝫ ānos peniteat. Siquis
ꝑmiſerit hereticū miſſaꝫ ſuā celebrare ī ec/
cleſia catholica ꝛ neſcit.xl. dies peniteat.ſi
ꝓ reuerentia eius.annū vnuꝫ peniteat.ſi ꝓ
damnatiōe eccleſie catholice ꝛ ꝯſuetudinis
romanoꝝ ꝓijciatᷣ ab eccl'ia ſicᷣ hereticꝰ. niſi
habeat penitētiā.ſi habuerit penitentiā.x.
annis peniteat.ac ſi receſſerit ab eccl'ia ca/
tholica in ꝯgregatiōe hereticoꝝ ꝛ alios ꝑ/
ſuaſerit ꝛ poſtea pn̄iam egerit.xij. ānis pe/
niteat.tres intra eccleſiam.vij.intᷣ audiētes
ꝛ duos ad hec extra cōionem. De his ita i
canone dicitur.vt.xij.anno. cōmunionem

ſiue oblationē percipiat. Hec canon. Ne
ſcit. appa. ignorantia iuris vel ignorātia fa
cti craſſa. Inter audientes. appa. cathecu/
minos qui olim audiebant miſſam vſqꝫ ad
ſecretā miſſe ꝛ poſtea expellebant. de conſe
cra. diſt. j. Epiſcopꝰ nullū.

Quadrageſimaquinta parti. tercij capl'i
De pnīa eius q̄ cognoſcit duas ſorores vl'
mrem ꝛ filiā. amitam vel neptē.

Riceſimaq̄nta. q. vij. ex Mogoriē.
t ꝯcilio. Siquis viduā vxorē duxe/
rit ꝛ poſtea cū filiaſtra ſua fornicatꝰ
fuerit. ſeu cū duabus ſororibꝫ. aut ſiq̄ cum
duobꝫ fratribꝫ. ſeu cū patre ꝛ filio. ſiquis re
lictā fratris. ſiq̄s nouercaꝫ aut neptem. aut
nurū. aut conſobrinā. aut filiam auunculi.
aut eius relictā aut ꝓuignaꝫ polluerit. eos
diſiungi. ꝛ vlteriꝰ nunq̄ꝫ ꝯiugio copulari p̄
cipimus. Hec canon.

Quadrageſimaſexta particula tercij ca.
De pnīa eiꝰ qui cū brutis coierit. vbi nota.
rationē ſeptēnis pnie iniungēde ꝓ maiori/
bus criminibꝫ.

Riceſimatercia. q. ij. Iſidorus ad
t Maſonē epiſcopuꝫ. Hoc pctm̄ qd̄
canonuꝫ cenſura poſt ſeptē annos
remeare penitentē in ſtatū priſtinū p̄cepit.
nō electione ꝓprij arbitrij ſcti patres. ſꝫ po
tius ex ſnīa diuini iudicij ſanxerūt. Nam le
gitur q̄ Maria ſoror aaron ꝓphetiſſa. cum
detractiōis aduerſum moyſen incurriſſet
delictum illico ſtigmate lepre ꝑcuſſa eſt. cū
q̄ꝫ peteret moyſes vt emendaret p̄cepit eaꝫ
dominꝰ extra caſtra ſeptem diebꝫ egredi. et
poſt emendationē rurſus eaꝫ in caſtra ad/
mitti. Maria vero ſoror Aaron caro intel
ligitur ſacerdotiſ. que dū ſupbie dedita ſor
didiſſimis cogitationū maculata cōtagijs
extra caſtra ſeptē diebus. i. extra collegium
ſancte eccl'ie ſeptē annis proijciat. vbi poſt
emendationē vicioruꝫ. loci vel priſtine di/
gnitatis recipiet meritū. et poſt pauca. In
fine autē epiſtole hoc adijciendū putaui. vt
quotienſcūq̄ꝫ in geſtis ꝯciliorū diſcors ſen
tentia inuenit. illius magis ſententia tene/
atur cuiꝰ antiquior ꝛ potior extat auctori/
tas. Hoc q̄ꝫq̄ꝫ de ſacerdotibꝫ videat ſpecia
liter dictū. generalit tamē de omnibꝫ peni/
tentibꝫ oportet intelligi. Ad imitationē nā/
q̄ꝫ illius diuīe ſententie Dauid de adulte/
rio ꝛ homicidio rep̄henſus viiꝰ hebdoma
de ieiunū in ſatiſſactione admiſſi ſceleris

deo legit obtuliſſe. Hinc etiam eccleſiſtica
ꝯſuetudine eſt vſurpatū. vt maiorū crimi/
nū penitētia ſeptem annoꝝ ſpacio ꝯcludat.
niſi vel officij excellētia vel criminū magni
tudo. vulgarem conſuetudinē excedēs. ve/
luti dum ꝯtra naturā humane ſocietatiſ pa
rentibꝫ vel liberis vel alijs eiuſmodi perſo
nis impudice cohercmꝰ. vel dū relicto na/
turali vſu ꝯtra naturam more ſodomitico
fornicamur. vel vſq̄ꝫ ad coitū brutoruꝫ ani
maliū ꝓlabimur p̄miſſum ſpaciū tranſcen/
dere cogat. Hec canon.

Quadrageſimaſeptima particula tercij
capl'i. De pnīa patroni q̄ dilapidat res ec/
cleſie.

Edecima. q. vij. Filijs vel nepotibꝫ
f ac honeſtioribꝫ ꝓpinquis eius q̄ cō/
ſtruxit vel ditauit eccleſiā licituꝫ ſit
hanc habere ſolertiā. vt ſi ſacerdotes aliq̄d
ex collatis rebꝫ defraudare ꝓuiderint. aut
honeſta ꝯuentione cōpeſcant. aut epiſcopo
vel iudici corrigenda denunciēt. Q ſi epi/
ſcopuſ talia agere temptet metropolitano
eius hec inſinuare ꝓcurent. Si aūt metro
politanꝰ talia gerat regiſ hoc auribꝫ intima
re nō differant. Ipis tamē heredibꝫ in eiſ/
dem rebꝫ non liceat q̄i ꝓprij iuris poteſtatē
p̄ſerre. non rapinā et fraudem ingerere. nō
violentiam quācunq̄ꝫ p̄ſumere. ſed hoc ſo/
lum in ſalutarē ſollicitudineꝫ adhibere. q̄
aut nullā noxam oꝑatio attingat. aut mul/
tam vel aliquā partē ſalutariſ mercedis aſ/
ſumat. Siquis vero deinceps hec moni/
ta temerare voluerit ꝛ male rapta cū confu
ſione reſtituet. ꝛ excōmunicationis atque
ſententiā ſuſtinebit. Hec canon.

Quadrageſimaoctaua particl'a tercij ca
pituli. De penitētia eius qui domū ſuā cū
magicis ꝛ incantationibꝫ luſtrat.

Icceſimaſexta. q. v. ex Ancyrano cō
v cilio. Qui diuinatiōes expetunt et
morem gentiliū ſubſequunt. vel in
domos ſuas huiuſmodi homies introdu
cunt. exquirēdi aliquid arte magica aut ex
piandi cauſa ſub regula quinquēnij iaceāt
vel gradꝰ penitētie diffinitos. Hec canon.

In domos ſuas. appa. Scd̄m leges iſti
concremant. ſed ille in cuiꝰ domo hec fiunt
poſt publicationē bonorū in exilium mit/
titur vt de maleficijſ. Nullꝰ. Expiandi. ap
paratus. Infirmitatis purgande.

Quadrageſimanonã particula tercij ca
pituli. De pnĩa epĩ vel clerici magos vł au/
ruſpices ꝯſulentis.
Iceſimaſexta.q.v.ex concilio Tole
v tano.iiij.ca.xxx. Siquis preſbyter
aut epiſcopus aut dyacon⁹ aut q̄li/
bet de ordinibus clericorum auruſpices.
aut incantatores.aut ariolos.aut certe au/
gures vel ſortilegos.vel q̄ ꝓfitenť artẽ ma/
gicã.aut aliq̄s eoꝝ ſimilia exercẽtes ꝯſulu/
iſſe deꝑhenſus fuerit.ab honore dignitatꝭ
ſue ſuſpẽſus monaſterij curã ſuſcipiat.ibi/
q̄ꝫ pnĩe ꝑpetue dedit⁹ ſcelus admiſſuz ſacri
legij ſoluat. Hec canon.
Quinq̄geſima parti.tercij ca. De pe.ſa/
cerdotis cui⁹ negligẽtia corp⁹ xp̄i a bruto
comeditur.
E ꝯſecratiõe di.ij.ex ꝯcilio Aureli/
d anen̄. Qui bñ nõ cuſtodierit ſacrifi
ciũ ⁊ mus vel aliud aliq̄d aĩal illud
comederit.xl.dies peniteat. Qui aũt ꝑdide
rit illud in eccl'ia.aut ꝑs ei⁹ ceciderit ⁊ nõ in
uenta fuerit.xxx.dies peniteat. Hec canõ.
Quinq̄geſimaꝑma ꝑti.tercij ca. De pe/
nitentia ſacerdotiſ qui incaute eucha riſt/
am dimiſit.
Xtra d̄ cuſtodia euchariſtie. Inno.
c iij. In ꝯcilio generali ſtatuim⁹ vt i
cũctis eccleſijs criſma ⁊ euchariſtia
ſub fideli cuſtodia clauib⁹ adhibitꝭ ꝯſuenť
ne poſſit ad illa temeraria man⁹ extẽdi.ad
aliq̄ horribilia exercẽda. Si ṽo is ad quez
ſpectat cuſtodia ea icaute reliq̄rit.trib⁹ mẽ/
ſib⁹ ab officio ſuſpendať.⁊ ſi ꝑ ei⁹ incuriã a/
liq̄d nefandi inde ꝯtigerit grauiori ſubia/
ceat vltioni. Hec canon.
Quiq̄geſimaſecũda parti.ter.ca. De pe.
iurãtis nõ facere pacẽ cũ ꝓximo.
Iceſimaſc̄da.q.iiij. ex ꝯcilio Hyler
v denſi. Qui ſacro ſe obligauerit vt li
tigãs cũ q̄libet ad pacẽ nll'o mõ re/
deat.ꝓ ꝑiurio vno anno a cõione corꝑis et
ſanguis dñi ſegregat⁹ reatũ ſuũ elẽoſynis
fletib⁹ ⁊ q̄ntꝭ potuerit ieiunijs abſoluat.ad
caritatẽ vero q̄ operit multitudinẽ pctõꝝ fe
ſtinet. Hec canon.
Quinq̄geſimatercia parti. tercij.ca. De
pe.ſcienť rebaptizati ⁊ bis ꝯfirmati.
Xtra de apoſtatis. Alex.iij. Ex lite
c rarũ tuaꝝ tenore ꝑpendim⁹ ꝙ q̄dã
egritudĩe longa ꝯfect⁹ inſano ſorti
legarũ mulieꝝ credens ꝯſilio vt ſanareť ꝑ
iteratõnẽ fecit iniuriã baptiſmatꝭ ſacramẽ
to.⁊ infra. Quia ḡ nos tua duxit prudẽtia
ꝯſulendos q̄liter puniri debeat acolit⁹ q̄m
minor etas ⁊ intẽtio fraterne ſalutꝭ excuſa
re videť.diſcretioni tue p̄ſentib⁹ lr̄is rñde/
mus ꝙ ad ſuꝑiores ordines promoueri ſi
publicũ eſt q̄d ꝓponiť nõ valebit.niſi ad re/
ligionẽ trãſire voluerit.vt fauore religiõis
ip̄ius circa eũ valeat diſpenſari. Si ṽo oc
cultũ fuerit ꝓmoueri poterit ⁊ exceſſuz ſuũ
dignis pnĩe fructib⁹ expiare. Hec canon.
Idem de eodẽ de ꝯſecra.di.v.ex ꝯcilio ter/
raconen̄.c.vj. Dictũ eſt nobis ꝙ quidaz de
plebe bis vel ter vel eo ampli⁹ epĩs ignorã
tibus.tñ ab eiſdez epĩs ꝯfirmenť. Vñ nob
viſum eſt eandẽ ꝯfirmationẽ ſicut nec baptiſ
mũ iterare mĩme debere.q̄ꝛ bis vł ter l'am
plius baptizatos aut ꝯfirmatos nõ ſeculo
ſed deo ſoli ſub habitu regulari vel clerica
li r̄ligioſiſſime faml'ari decretũ ẽ.hec canõ.
Quinq̄geſimaq̄rta particula tercij cap.
De penitentia raptoris.
Xtra de raptorib⁹. Eugeni⁹.iij.ſta/
c tuimus vt q̄cunq̄ꝫ ex his q̄ violẽter
ſurrexerũt in rapinã ſiue eccleſiarũ
violationes manifeſte deꝑhenſus fuerit ni
ſi prius ablata reſtituat ſi poterit.vł emen/
dandi firmã ⁊ plenã ſecuritatẽ fecerit.pnĩe
beneficiũ ei penit⁹ denegeť. Si vero vſq̄ꝫ
ad obitũ in ꝯtumacia ſua durauerit.⁊ i ex/
tremis poſit⁹ remediũ penitẽtie hũilit po/
ſtulauerit ſi emendationẽ vł emendãdi ſe/
curitatẽ p̄ſtiterit.ei penitẽtia ⁊ eccl'iaſtica ſe
pultura ꝯcedanť. Qui autẽ in ſanitate ob/
ſtinata mẽte nõ penituerit vel emẽdauerit
⁊ in morte ſecuritatẽ p̄ſtare nequerit ſolen
nitas pnĩe paruz ꝓdeſſe videť ſic credim⁹.
ſed de pctõ ꝯtrito viaticũ non negeť.ita tñ
vt nullus clericorũ ſepulture illi⁹ interſit.
nec eius elemoſynaz accipe p̄ſumat. Q ſiq̄
p̄ſbyterorũ vel clericoꝝ ꝯtra h̄ in vita vel
in morte pnĩas dare.aut ſepulture interce/
ſe.vel eoꝝ elemoſynas accipe attẽptauerit.
ſeu huiuſmõi rapine participes inuẽti fue
rint ordinis ſui damnũ irrecuperabilit pa
tianť.⁊ eccleſiaſtico beneficio careãt. Hec
canon. Scd̄m Raymũdũ dicere potes
ꝙ hec decretalis eſt localis. vel q̄n illi non
penituerant. Videť enim ꝙ ſi aliquis eſſet
etiã ꝓ hmõi criminib⁹ excõicat⁹.⁊ dũ in ex/
tremis ageret pnĩam iuxta formam eccl'ie
abſolut⁹ nõ d̄ꝫ ei cimiteriũ vł alia eccl'ie ſuf

fragia denegari.ſed ei⁹ heredes ꝛ ꝓpinq̄ ad
quos bona ꝑuenerint ipi⁹ vt ꝓ eo ſatiſfaci/
ant ſunt cenſura eccl'iaſtica cõpellẽdi.extra
de ſepulturis. Parochiano. §.paꝝ ꝓdeſſe.
ap.q̄ntū ad penā tꝑalem.

Quinq̄geſima q̄nta ꝑticula tercij ca. De
pe.ꝓpt neceſſitatē famis furtū cõmittentꝫ.

Extra de furtꝫ.ex pn̄iali Theodori.
e Siq̄s ꝑ neceſſitatē famis aut nu/
ditatꝫ furat⁹ fuerit cibaria veſtē vel
pecuniā peniteat hebdomadas tres.ſi red
diderit nõ cogat̃ ieiunare. Hec canon

Quinq̄geſima ſexta parti. tercij cap̄. De
pn̄ia ei⁹ qui ſtuprauit virginē.

Extra de adulterijs. Greg. Peruēit
e ad noſ ꝙ felix q̄ndā ꝟginē ꝺcepit ſtu
pro ꝙ ſi veꝝ ē.q̄uis eēt ꝺ lege pena
plectēd⁹.nos aliq̄ten⁹ legū duriciā mollien
tes h̄ modo diſponim⁹.vt aut quā ſtupra/
uit vxorē habeat.aut ſi renuēdū putauerit
corꝑaliter caſtigat⁹ excõicatuſq; i monaſte
rio in q̄ agat pn̄iaꝫ retrudat̃.de q̄ nulla ſit
ei egrediēdi ſine ꝑceptiõe licētia. hec canõ.

Quīq̄geſiſeptia ꝑ.tercij ca. De peniten/
tia adulteri vel adultere.

Extra de adulterijs. Alexād.iij. Si
e gnificaſti nobis quēdā p̄bꝛm cū al/
teri⁹ ꝯiuge intra eccl'iam dormiuiſ/
ſe que ſez illū cuidā ſacerdoti hmõi delictū
cõfeſſos fuiſſe publice tibi detexit. et hoc/
ipm ſacerdos nomē adulteri celāſ in tua p̄
ſentia dixit.ſuꝑ q̄ q̇d fieri debeat cū negan
te adultero mulier in ꝯfeſſiõe ꝑſiſtat ꝯſiliū
requiſiſti. Ideoq; mādam⁹ q̄ten⁹ ꝯdignaꝫ
pn̄iam p̄fate imponēs adultere eccl'iaꝫ per
aſperſionē aq̄ benedicte recõciliare ꝓcures
Predicto aūt ſacerdoti ne ꝯtra ap̄l'm infir
moꝝ corda mala fama ipius ꝑuciant̃.ꝛ ne
vituperet̃ miniſteriū nr̄m neq; p̄bꝛi ſecuri/
ores exiſtētes in pctm̄ licēti⁹ ꝓlabant̃.cū vi
cinis p̄bꝛis q̄s ſe peierare nolle cognouerꝫ
iuxta arbitriū tuū purgationem indicas ſi
purgare ſe poterit in officio ſuo miſtrare ꝑ/
mittas.alioq̇n ipm ab officio ſuo ſuſpende
re nõ poſtponas. Hec canon. Pena aūt
ꝓ adulterio imponit̃ mortꝫ q̄ſi ꝓ ſacrilegio
Nā ſacrilegos nuptiaꝝ gladio puniri opoꝛ
tet.vt. C. de adulterꝫ.l.q̄uis. Femia aūt iu
re aucteticoꝝ ꝟberata in monaſteriū retru
dit̃.quā intra bienniuꝫ viro recipe licet.bi/
ennio trāſacto vel viro moꝛtuo añq; vxo/
rem de monaſterio educat. adultera tonſa
monaſtico habitu ſuſcepto ibi dū viuit ꝑ/
maneat duab⁹ ꝑtib⁹ ꝓprie ſubē liberis appli
cādis tercia monaſterio. Si liberos nõ ha
beat parētib⁹ extātib⁹ hmõi iniq̇tati nõ cõ/
ſentientib⁹ tercia ꝑs applicat̃. due monaſte
rio.q̇b⁹ p̄dictꝫ nõ extātib⁹ tota ſuba mona/
ſterio q̄rit̃ pactis dotaliuꝫ inſtrumētoꝝ oī
caſu ſeruādis.vt in auct̃.vt nulli iudicum.
Hec ſunt verba Ganfredi.

Quinq̄geſima octaua par.tercij cap̄. De
pn̄ia medicoꝝ corpoꝝ medicos aīaꝝ non
vocantium.

Extra de pn̄ījs ꝛ remiſſiõib⁹. Inno.
e terci⁹. Cū infirmitas corꝑalis nõ/
nūq; ꝓueniat ex pctõ dicēte dño lā/
guido quē ſanauerat.vade āpli⁹ n.p.n.d.a/
liq̇d t.ꝯ. p̄ſenti decreto ſtatuim⁹ ꝛ diſtricte
p̄cipim⁹ medicꝫ corꝑis.vt cuꝫ eos ad infir/
mos vocari ꝯtigerit ipos an̄ moneāt ꝛ idu
cant vt medicos aduocēt aīaꝝ.vt poſtq̄ fu
erit infirmo de ſpūali ſalute ꝓuiſuꝫ.ad coꝛ/
poꝛalis medicine remediū ſalubri⁹ ꝓcedat̃
cū cā ceſſante ceſſet effect⁹. Hoc q̇deꝫ inter
alia huic cām dedit edicto ꝙ q̇dā in egritu/
dinis lecto iacētes cū eis a medicis ſuadet̃
vt de aīaꝝ ſalute diſponāt in deſperatõnis
articulū incidūt vnde facili⁹ mortꝫ ꝑiculuꝫ
incurrūt. Siq̇s aūt medicoꝝ hmõi nr̄e cõ
ſtitutõis poſtq̄ ꝑ p̄latos locoꝝ fuerit publi
cata trāſgreſſoꝛ extiterit tādiu ab igreſſu ec
cleſie arceat̃ donec ꝓ trāſgreſſiõe hmõi ſa/
tiſfecerit cõpetent̃. Ceteꝝ cū aīa ſit mlto p̄/
cioſioꝛ corꝑe ſub intminatõe anathēatꝫ ꝓhi/
bē⁹ ne q̇ſ medicoꝝ ꝓ corꝑali ſalute aliq̇d eḡ
ſuadeat qđ i ꝑiculū aīe ꝯuertat̃. hec canon.

Quinq̄geſima nona.ꝑ.ter.c. De pc. ꝛ pe/
na negligētiū ꝯfeſſionū ꝛ cõioneꝫ.ꝛ pctā in
ꝯfeſſiõe detecta reuelantiū.

e Extra de pn̄ījs ꝛ re. Innoc̄.iij. Ois
vtriuſq; ſex⁹ fidel' poſtq̄ ad annos
diſcretõis ꝑuenerit oīa ſua ſolus pctā ſaltē
ſel' in āno fidelit̃ ꝯfiteat̃ ꝓprio ſacerdoti.ꝛ in
iūctā ſibi pn̄iaꝫ ꝓprijs virib⁹ ſtudeat adiple
re ſuſcipiēs reuerent̃ ad min⁹ i paſca eucha
riſtie ſacr̄m.niſi forte de ꝓprij ſacerdotꝫ ꝯſi
lio ob aliquā rõnabilē cāꝫ ad tp̄s ab eius
ꝑceptione duxerit abſtinenduꝫ. Alioquin
viuens ab ingreſſu eccleſie arceatur.et mo
riens xp̄iana careat ſepultura. Unde h̄ ſa
lutare ſtatutum frequēter in eccleſijs pub/
licetur ne quiſq; ex ignorantie cecitate vela
men excuſatiõis aſſumat. Si quis tamen

alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cã ſua cõ
fiteri pctã licentiã pͥmo poſtulet ⁊ obtineat
a ꝓprio ſacerdote cũ alit̃ ipe illum nõ poſſit
abſoluere vl̃ ligare. Sacerdos autẽ ſit di/
ſcretꝰ ⁊ cautꝰ vt more periti medici ſupinfun/
dat vinũ ⁊ oleũ vulneribꝫ ſauciati diligẽter
inquirens. ⁊ pctõris circũſtãtias ⁊ pcti. quibꝫ
prudent̃ itelligat q̃le debeat ei pͥbere ꝯſiliũ
⁊ cuiuſmõi remediũ adhibere diuerſis ex/
perimẽtis vtẽdo ad ſanãdũ egrotũ. Caue/
at aũt oĩno ne ṽbo aut ſigno aut alio quis
modo aliq̃tenꝰ ꝓdat pctõrem. Sed ſi pru/
dẽtiori ꝯſilio indiguerit illud abſq; vlla ex
preſſione pſone caute req̃rat. qm̃ q pctm̃ i
pniali iudicio ſibi detectũ pͥſumpſerit reue
lare. nõ ſolũ a ſacerdotali officio deponen/
dũ decernimꝰ verꝫ etiã ad agẽdũ pniam in
artũ monaſteriũ detrudẽdũ. Hec canon.

Quartũ capitulũ de vſu clauium

Prima particula q̃rti capl'i. de q̃ttuor ca
ſibus in qbꝫ ſacerdos nõ põt abſoluere. Et
nota ꝙ ſex modis falſa pnia dr. Et ꝓprꝰ ſa/
cerdos ſex modis dicit̃.

p Rimꝰ caſus in q ſacerdos ñ pt
ꝯfitentẽ abſoluere eſt. cũ qs nõ
eſt vere ꝯtritꝰ. Talis em̃ nec a
ſũmo pontifice poſſet abſolui a
pctis. Quattuor aũt modis
dr ⁊ eſt aliqs nõ ṽe cõtritꝰ ſed falſe. q notat̃
de pnia di. v. ⁊ ſunt ṽba Gregꝫ. Falſas pe/
nitẽtias dicimꝰ q̃ nõ ſm auctoritatẽ ſctõrũ
patrũ ꝓ q̃litate criminũ imponunt̃. ideoq;
miles vel negociator vl̃ alicui officio dedi/
tus qd̃ ſine pctõ exerceri nõ poſſit. ſi grauiori
bus culpis irretitꝰ ad pniam venerit. vel q
bona alterꝰ iniuſte detinet. vl̃ q odiũ i cor
de tenuerit. recognoſcat ſe verã pniam nõ
poſſe peragere p quã ad vitã eternã valeat p
uenire niſi negociationẽ relinq̃t vl̃ officiuꝫ
deſerat. bona quidẽ q̃ iniuſte abſtulit reſti/
tuat. ⁊ odiũ ex corde dimittat. arma depo/
nat vlteriuſq; nõ ferat niſi ꝯſilio religioſoꝝ
epõꝝ ꝓ defendẽda iuſticia. Quintꝰ mo/
dus notatur eadẽ diſtinctiõe ex ṽbis In/
nocẽcij. ij Frẽs nr̃os ⁊ pͥbros ãmonemꝰ ne
falſis penitẽtijs laicoꝝ aĩas decipi ⁊ i infer
nũ detrahi patiant̃. falſaꝫ aũt pniam eẽ cõ/
ſtat cuꝫ ſpretis pl'ibꝫ de vno ſolo pnia agit̃.
aut cũ ſic agit̃ de vno vt ñ diſcedat̃ ab alio.
Vñ ſcriptũ eſt. Qui totã legẽ obſuauerit.
offendat aũt in vno. factꝰ eſt oim reus. ſ. q̃n
tũ ad vitã eternã. Sic em̃ ſi pctis oĩbꝫ eſſꝫ
inuolutꝰ. ita ⁊ ſi i vno tm̃ maneat vite etne
ianuã nõ intrabit. Falſa eſt etiã pnia cũ pe
nitens ab officio vl̃ curiali vl̃ negociali nõ
recedit qd̃ ſine pctis agi nll'atenꝰ pualꝫ. aut
ſi odiũ i corde geſſerit. aut ſi offẽſo cuilibꝫ
nõ ſatiſfacit. aut ſi offendẽti offenſꝰ nõ idul
geat. aut ſi arma qs ꝯtra iuſticiã ferat. Hec
canon. Ex his duobꝫ capl'is colligit̃ ꝙ q̃n/
ꝙ modis falſa pnia dr. Primꝰ ẽ ſi ꝯfitẽs
ex ꝯtemptu ⁊ ſine rõnabili cã pnias ſm au
cto. prm̃ taxatas ſubire noluerit Scd̃s
ſi officiũ de q viuit nõ iuſtificauerit vl̃ ſi ſi/
ne pctõ exerceri non poſſit non dimiſerit.
Tertiꝰ ſi odiũ i corde tenuerit. Quar
tus ſi ablata nõ reſtituerit. Quitꝰ ſi i vo
luntate peccãdi remanſerit. Sextꝰ addi
põt ſi de pctis pͥteritis ſufficient̃ nõ dolue
rit. ⁊ h ſextꝰ modus tangit̃ ab Augꝰ. in lib.
de vera ⁊ falſa pnia. c. vj. cuiꝰ ṽba ſunt hec.
Cõtinue em̃ dolendũ eſt de pctõ qd̃ decla
rat ipa dictiõis virtꝰ. penitere em̃ eſt penaꝫ
tenere. quapropt̃ pnia taliũ dr attritio non
ꝯtritio. Scd̃us caſus eſt qñ tã grauia qs
cõmiſit pctã qd̃ ad ſupiorẽ debeat ꝯfitens
trãſmitti. que aũt ſint illa poſtea differetur.
Tertiꝰ ſi maiori excõicatiõe ſit ꝯfitẽs in
nodatꝰ a q nõ põt abſolui niſi p ꝓpriũ ſacer/
dotẽ. Quartꝰ ſi ꝯfitẽs nõ eſt ſubditꝰ ꝯfeſ
ſoris. ⁊ ꝯfeſſor ñ ſit eiꝰ ſacerdos ꝓprꝰ. Quia
vt dicit canon. vj. q. iij. Scriptũ ex Deute/
ro. xxiij. Nemo dꝫ falcẽ in meſſeꝫ alterꝰ mit
tere. ⁊ de peñ. di. vj. Nemo parochianũ al/
terꝰ iu. p̃. ⁊ ibidẽ dic̃ Vrbanꝰ. ij. q ꝯtra hec
ſtatuta facere tẽptauerit. gradus ſui periculo
ſubiacebit. ⁊ vt dicit Calixtꝰ pap̃. ix. q. ij. c. j.
Talis iudicatio nullas habꝫ vires. q̃niaꝫ
nulliꝰ alterius iudicis niſi ſui ſnĩa tenebit.
Si ãt cogitaſ qꝛ tota die ꝯtrariũ fieri vide
mus. Rñ. tãto peius ⁊ q hos canones non
ſeruãt grauiſſime peccãt. Sciendũ tñ ꝙ p
prius ſacerdos alicuiꝰ ſex modis efficitur.
Vno mõ p determiationẽ ſupioris put de
terminant̃ paſtores vl̃ vicarij ab illis qbꝫ li
cet hr̃e vicarios ex diſpenſatione ſupioris.
Scd̃o modo p pͥuilegiũ aliqꝝ vt qdã reli/
gioſi ſunt. Sed talibꝫ ꝯfeſſi niſi legitimuꝫ
impedimẽtũ habeãt debẽt iterꝝ ſacerdoti ꝓ
prio ꝯfiteri. Tertio p licentiã ꝓprij ſacerdo
tis cuꝫ mittit ſubditos ad aliqs diſcretos.
Illa tñ licentia nõ dꝫ fieri general'r ad om
nes ſed ad illos vel ad illum quem ſcit eſſe

diſcretū ꝛ notū. Quarto cū q̇s ē vagabūd⁹
ꝛ ꝑuenit ad ſacerdotē diſcretū ꝛ notū. Quī
to cū quis eſt in articulo extreme neceſſita
tis. In illa em̄ p̄t quilibꝫ ſacerdos quēlibꝫ
veꝛ ꝯtritū abſoluere ab om̄i excōīcatione
ꝛ ab om̄i pctō q̄ntūcūqꝫ ſit graue. Vñ Ju/
lius papa. xxvj. q. vj. Si p̄ſbꝛ abnegauerit
pnīam moriētibꝫ reus eſt aīaꝝ. Sexto ꝓpt
nimiū defectū ſacerdotis. Quinqꝫ āt ſa/
ſi ſunt ꝯfeſſiōis ꝓditores. ꝑ h̄ em̄ nō ſolum
dānant̄ eternalit̄. ſed vt dꝛ in canone etiaꝫ
in p̄nti puniunt̄. ꝑ beatū Greg. depoſitiōe
ꝛ ꝑpetua ꝑegrinatiōe. de pen̄. di. vj. Sacer
dos. Per Inno. iij. nō ſoluꝫ depoſitiōe ſed
etiaꝫ inſuꝑ arta monaſterij intruſiōe. extra
de pe. ꝛ re. Om̄is vtriuſqꝫ ſex⁹. Itē ali⁹ ca/
non. v. q. vj. Delatori. aut lingua capuletur
aut ꝯuicto caput dānet̄ vel amputet̄. Hec
canon. Capulet̄. i. ſuſpendat̄ caput. ſ. ci/
uile nō naturale. qḋ dꝛ ſtatus hoīs. Inſtit̄.
de capite minut̄. Scdm ſi ſunt notorij
iuris. ꝛ vt credo facti fornicatores. Ter
ciū ſi ſunt iudicij ꝯfeſſiōis ꝑuerſores. eo ꝙ
ſint de illis de quibꝫ dicit Iſa. v. Ve q̇ iuſti
ficatis impiū ꝓ muneribꝫ. ꝛ iuſticiā iuſti au
fertis ab eo. Quartū ſi ſunt aliq̄ruꝫ ꝑſo/
narū ſollicitatores. Quintū ſi graue ꝛ ce
cam patiunt̄ ignorātiā. ne ſi cecus cecū du/
cat ꝛc̄. Nā vt dꝛ in ſentē. lib. iiij. di. xxj. c. vlt̄.
ꝛ de pe. di. vj. qḋ aūt dꝛ. Aliud eſt fauore vel
odio ſacerdotē ꝓpriū cōtēnere. qḋ canones
ꝓhibent. Aliud cecū vitare. qḋ vrban⁹ face
re monet. Ne ſi cecus cecū ꝛc̄. Et in ill̄ caſi/
bus tūc efficit̄ ſubdito alius ſacerdos ꝓpri
us nō q̇libet tñ ſed diſcret⁹ ꝛ not⁹ ex ordine
vl̄ ꝑſona. Dico aūt notoſ ne det̄ occaſio de
clinādi ad hereticos. Si vero p̄dictoꝝ q̄t/
tuor nihil impediat. p̄t ꝯfeſſor ꝯfitentē ab
oībꝫ abſoluere cū diſtinctōe p̄dicta. vicꝫ ꝙ
ꝯfitens ſit bñ cōtritus. ꝙ nō ſit grauioribꝫ
criminibꝫ irretit⁹. ꝙ nō maiori excōīcatōne
innodat⁹. ꝙ ꝯfeſſoris ſubdit⁹ vno p̄dictoꝝ
ſex modoꝝ.

Scda part. q̄rti ca. Quibꝫ ſacerdos poſ
ſit vel nō poſſit iniūgere pnīas vtiles ad ſa
lutē. vbi inuenies de forma pnīe ſolēnis.

a Attendendū igit̄ cū ſint tria genera
ꝯfitentiū ꝙ ſcḋm oēs doctores p̄mis
nulla p̄t iniūgi pnīa vtilis ad ſalutē
nec ꝑ maiorē vicꝫ nec ꝑ minorē. Hoꝝ autē
ſunt ſex genera. Primi raptores. ſcḋi vſu/
rarij. tercij incēdiarij. q̄rti fures. q̇nti ſimo
niaci. ſexti doloſi circūuentoreſ. vt ſūt ꝑuer
ſi iudices. aduocati iniq̇. teſtes falſi. negoci
atores fraudulenti. ꝛ hmōi. q̇bꝫ om̄ibꝫ non
p̄t alia a q̇cunqꝫ iniūgi pnīa niſi illa euāgeli
ca Math. xviij. Redde qḋ debes. ꝛ illa apo
ſtolica Rom̄. xiij. Reddite oībꝫ debita. et il
lud Eccī. iiij. Redde debitū tuū. Et ſi hāc
acceptare noluerit ꝯfitens. nulla alia iniun
gi p̄t que ſibi valeat ad ſalutē. Quia vt dic̄
Aug⁹. in epl̄a ad Macedoniuꝫ. xiiij. q. vj.
Si res aliena ꝓpter quā pctm̄ ē poſſit red/
di ꝛ nō reddit̄. pnīa nō agit̄ ſꝫ ſimulat̄. Si
aūt pnīa veraciter agit̄. nō dimittit̄ pctm̄ ni
ſi reſtituat̄ ablatū. Septimi ſt̄ q̇bꝫ ēt a nul
lo iniūgi pōt pnīa. q̇cūqꝫ mortale pctm̄ di/
mittere nolūt. de quibꝫ tactū eſt ſup̄. pōt tñ
eis dari ꝯſiliū beati Greg. dicētis de pe. di.
v. Falſas pnīas d. ꝛc̄. Nec tñ deſperet ſꝫ fa
ciat interim q̇cquid boni p̄t vt dñs illumi
net cor ei⁹ ad pnīam. Scḋi vero ſunt q̇/
bus tm̄ a maiore iniūgi pōt pnīa. q̄rū ſunt
quinqꝫ genera. Primi quibꝫ ſolēnis pnīa ē
iniūgenda. nō dico publica ſed ſolēnis que
fit in capite q̄drageſime cū ſolēnitate illa q̄
tradit̄ diſ. l. In capite. ꝛ eſt decretum illud
Agathen̄. ꝯcilij. cui⁹ ꝟba ſunt hec. In ca/
pite q̄drageſime oēs penitētes qui publicā
ſuſcipiunt p̄nīam an̄ fores eccīe ſe p̄ſentent
ep̄o ciuitat̄. ſacco induti. nudis pedibꝫ. vul
tibꝫ in terrā demiſſis. reos ſeip̄os habitu ꝛ
vultu ꝓteſtātes. ibi adeſſe debent decani. i.
archipreſbyteri parochiarum. ꝛ preſbyte/
ri penitētium qui eorum conuerſationem
diligent̄ inſpicere debēt. ꝛ ſcḋm modū culpe
p̄nīam ꝑ p̄fatos grad⁹ iniūgere. poſt h̄ eos
in eccīam introducāt. ꝛ cū om̄i clero ſepteꝫ
p̄nīe pſalmos in t̄ra pontifex ꝓſtrat⁹ cuꝫ la
crimis ꝓ eoꝝ abſolutiōe decantet. tunc ſur
gens ab orōne. iuxta qḋ canōes iubēt ma/
nus eis imponat. aquā benedictā ſuꝑ eos
ſpargat. cinerē prius mittat. deinde cilicio
capita eoꝝ cooperiat. ꝛ cū gemitu ꝛ crebris
ſuſpirijs denūciet eis. ꝙ ſicut adā ꝓiect⁹ eſt
a paradiſo. ita ꝛ ip̄i ꝓ pctīs ab eccīa abijci/
unt̄. poſtea iubeat miniſtris ꝙ eos extra ia
nuā eccīe expellant. clerus ꝟo ꝓſequat̄ eos
cū reſpōſorio. In ſudore vult⁹ tui ꝛc̄. vt vi/
dentes ſctām eccīam ꝓ facinoribꝫ ſuis tre/
mefactā atqꝫ cōmotā. nō paruipendāt pe/
nitentiā. In ſacra autē dñi cena rurſus ab
eoꝝ decanis ꝛ eoꝝ p̄ſbꝛis eccīe liminibꝫ p̄/

ſentenꝛ. Hec canon. Scḋi qn̄ quis eſt ex/ cōmunicat⁹ a iure vl' a iudice. q̄ nō debꝫ ab ſolui niſi a maiore. ſalua diſtinctione iuris. Tercij qn̄ quis eſt in q̄cūq̄ȝ irregularitate. qꝛ ꝓpter illā debꝫ penitentē mittere ad epi/ ſcopū vl' ad eū qui poſſit diſpenſare. Quar ti ſunt incendiarij ſatiſfacere volētes. de q̄/ bus. xxiij. q. vlti. eutician⁹ papa. c. ſiq̄s. ⁊ In nocen. ij. c. ſequēti. Peſſimā. Nā talia maio rib⁹ reſeruātur ꝓpter q̄rūdā ſacerdotū ſim/ plicitatē. Juxta verbū qḋ elici pōt ex gloſa Bede. Ja. v. ſup illō Cōfitemī alterutꝝ ⁊c̄. Maiora maiorib⁹ minora minorib⁹ ꝯfidē da ſunt. Quit⁹ caſus ſi ſit ꝯſuetudo in aliq̄ epiſcopatu ꝙ aliq̄ certa ⁊ grauia crimīa ad ep̄m deferanꝛ q̄ ſibi ſingl'ariter reſeruauit. puta in quibuſdā eccleſijs. homicidia. ſacri legia. pctā cōtra naturā notorie facta. pctā falſarioꝝ ⁊ hmōi talia. ſi ſit ꝯſuetudinis vt maiorib⁹ reſeruenꝛ. Pro omib⁹ alijs p̄t in/ iungi pn̄ia vere ꝯtrito etiā a minori. cū di/ ſtinctione p̄dicta.

Tercia ꝑti. q̄rti. c. De q̄ttuor regulis ob ſeruādis in penitētijs iniūgendis.

p Oſt hoc notāde ſunt q̄ttuor regule in iniunctiōe pn̄ie ſtrictiſſime obſuā de. Prima eſt vt ſm q̄litatē culpe im ponat q̄litatē pn̄ie. videlicet ꝓ occultꝭ pctīs occultā. ꝓ manifeſtis vero manifeſtā iniun gat pn̄iam. vt ait ſup Mar. vj. magna. glo. Bede. q̄ ſic incipit. Xp̄s tres mortuos No tandū quoq̄ȝ ꝙ publica noxa publico eget medicamēto. leuia aūt ⁊ ſecreta pn̄t deleri pn̄ia leui ⁊ ſecreta. Hec glo. Aug⁹. de vera ⁊ falſa pe. c. x. Qui em̄ multos offendit pec/ cādo multos oportet placare ſatiſfaciēdo. Idē in omelia de pe. ij. q. j. Si peccauerit. vbi ꝯtingit malū. ibi moriaꝛ. Scḋa regu/ la vt ſm q̄ntitatē pcti maior vl' minor pn̄ia iniungaꝛ. ꝯſideratis tn̄ diuerſis ſtatib⁹ ꝑ/ ſonarū ⁊ circūſtantijſ. de q̄b⁹ tactū eſt in ca. iij. ꝑticula. j. Sic em̄ p̄cipit dn̄s Deuꝛ. xxv. Juxta menſurā pcti erit ⁊ mod⁹ plagaruꝫ. ita tn̄ ꝙ q̄dragenariū numerū nō excedat. .i. vires penitētis. Stat⁹ em̄ pn̄ie ꝑ q̄dra/ genariū numerū figuraꝛ. Item Jſa. xxvij. In menſura ꝯ mēſurā cū abiecta fuerit iu dicabit eā. ſ. culpā. Attēdēdū tn̄ ꝙ ſi mino/ rem cōdigno iniūgat ſacerdos pn̄iam non eſt ꝓpter h̄ penitēs a pena abſolut⁹. ſed q̄c/ quid purgādū remāſerit ſi decedit ꝓculdu bio in igne purgatorij purgabiꝛ. quia dicit

Greg. de pe. dl. j. c. Si pctm̄ dauid. Aut de us punit aut hō. ⁊ infra. Nequaq̄ȝ igiꝛ pctō ri parciꝛ. qꝛ nullaten⁹ ſine vīdicta culpa la xatur. Hec canon. Qualiꝛ autē ſe hr̄e debe at ſacerdos circa infirmos doceꝛ in penitē tiali a theodoro ep̄o Cantuarienſi. xxvj. q. vij. c. j. §. Ab infirmis. ⁊ libro ſn̄iaꝝ. iiij. diſ. xx. c. Soler q̄ri. Ab infirmis ī ꝑiculo mor/ tis poſitis pura eſt pctōꝝ ꝯfeſſio inq̄renda nō tn̄ illis eſt imponēda q̄ntitas penitētie. ſed innoteſcēda. ⁊ cū amicoꝝ orōnib⁹ ⁊ ele/ moſynaꝝ ſtudijs pond⁹ penitētie ſubleuan dū. ſi forte migrauerint ne obligati ꝯ cōmu nione ⁊ ꝯſortio venie fiant alieni. a q̄ pericu lo ſi diuinit⁹ ereptus cōualuerit pn̄ie mo/ dū a ſacerdote ſibi impoſitū diligenꝛ obſer net. Et ideo ſm auctoritatē canonicā ne il/ lis ianua p̄ietatis clauſa videaꝛ orōnib⁹ et cōſolationib⁹ eccl'iaſticis. ſacra olei inun/ ctione inuncti ſm ſtatuta ſanctoꝝ cōmuni one viatici reficianꝛ. Hec canon. Tertia re gula eſt vt iniūgat toto tp̄e vite ſue de pec/ catis p̄teritis penitere. ⁊ ꝓpoſitū habeat in futuris ſemꝑ abſtinēdi. qꝛ q̄uis pn̄ia exte/ rior iniungaꝛ alicui ad temp⁹. debet tn̄ vſq̄ȝ ad finē vite ſue dolere. ſm ꝙ dicit Aug⁹. in libro de vera ⁊ falſa pn̄ia. ⁊ introducitur de pe. diſt. iij. ⁊ ſuperi⁹ tactū eſt. Cōtinue dolē/ dū eſt de pctō qḋ declarat etiā ip̄a dictōnꝭ virtus. Penitere em̄ eſt penā tenere. vt ſem per puniat in ſe vlciſcēdo qḋ cōmiſit peccā/ do. Jſte penā tenet q̄ ſemꝑ vindicat qḋ cō/ miſiſſe ſe dolet. vbi dolor finiꝛ deficit ⁊ pe/ nitentia. Hec Aug⁹. Quarta regula eſt vt ſibi iniūgat illud qḋ ait ip̄e ſaluator Joh. viij. Vade ⁊ ampli⁹ noli peccare. Vnō Au guſti. de vera ⁊ falſa pn̄ia. c. x. Non dixit ne pecces ſed nec volūtas peccādi in te oriaꝛ. Quod quō ſeruabiꝛ niſi dolor ī pn̄ia cōti/ nue cuſtodiaꝛ. Sic igiꝛ ſemꝑ doleat ⁊ ď do lore gaudeat ⁊ non ſꝑ doluiſſe doleat. Hec Auguſti. Qui ḡ in vno vl' in plurib⁹ offen/ dere vult nō debet tali ſiue ſano ſiue infir/ mo ſiue litterato ſiue illiterato. religioſo vl' ſeculari veniā peccatoꝝ ſacerdos ꝓmitte/ re. nec corpus dn̄i aliq̄tenus dare vl' licen tiare niſi ſemꝑ de cetero deſiſtere voluerit ab omni mortali. Etiā ſi ſit ſacerdos et in/ ſtet feſtū quodcūq̄ȝ. Etiā ſi veſtit⁹ miſſalib⁹ indumētis. etiā ſi expectaret papa ⁊ impera tor ⁊ tot⁹ mūdus ſacerdotē ſic indutū. etiaꝫ ſi poſt annū peccare vellet ⁊ tibi confiteretꝛ.

Talis em̄ ꝯfeſſio eſt iſtoꝝ.qual'erat cōfeſ/
ſio p̄ſbroꝝ.de quib9 legit Dan̄.xiij.Qui ad
inuicē ꝯfeſſi ſunt ꝯcupiſcētiā ſuā de ſuſan/
na.ꝛ qꝛ tn̄ deſiſtere noluerūt ꝓpter iniq̄ta/
tem ſuā perierūt. Sil'r ꝛ iſti ꝑibūt in volū/
tate peccandi ꝑmanētes.qꝛ vt ap̄ls ad He
bre.x.ait. Volūtarie nob̄ peccātib9 iā nō re
linquit hoſtia ꝓ pctō. Glo. In volūtate pec
candi ꝑmanētib9.Quotienſcūq3 autē ſacer
dos in volūtate peccandi mortalit' ꝑmanē
tib9 licenciat corp9 xp̄i peccat mortalit'. q̄a
xp̄m cū iuda tradit vt ſecūdario crucifigat'
Immo dicit Aug9.in glo.ſuꝑ illud pſ̄. Et
dederūt in eſcā meā fel.ꝙ grauı9 peccat qui
ꝯtemnit regnantē in celo q̄3 q̄ crucifixerūt
ambulantē in terra. Hoc q̄dam peſtiferi ꝛ
idiote nō attendētes dāt largā licentiā cō/
municādi luxurioſis.exactorib9. vſurarijs.
ꝯcubinarijs ꝛ hm̄oi mōſtruoſis ira ꝛ odio
plenis. O magna ꝛ infelix p̄ſumptio licen/
ciare alijs tā ingens flagiciū qđ ſibi nullus
hoīm licēciare poſſet. Magna ꝟo preſum/
ptio ſimplicꝭ ſacerdotis licenciare alijs qđ
nec papa nec angel9 nec petr9 nec oīes an
geloꝝ exercit9 poſſent licēciare. Cū ſenten
tiā iudicis paul9 voce p̄conia ꝓclamauerit
.j.ad Corinth.xj. Quicūq3 mādūcauerit pa
nē hunc vl' biberit calicē dn̄i indigne reus
eſt corꝑis ꝛ ſanguīs dn̄i. Glo. Indign9 eſt
qui aliter celebrat myſteriū eucbariſtie q̄3 a
xp̄o traditū eſt.ꝛ q̄ nō deuota mēte accedit
ad eucbariſtiā vl' in volūtate peccandi ma/
nens.ꝛ iſte tal' eſt reus corꝑis ꝛ ſanguīs do
mini.i.mortis xp̄i penas dabit.i. ac ſi xp̄m
occiderit puniet'. Hec glo. ꝯtinua. Tā gra
ue pctm̄ eſt xp̄m indignis licēciādo trade/
re vt ip̄e iudex ꝑ ſe clamet Math.xxvj. Ve
aūt homini illi ꝑ quē fili9 homīs tradetur.
Bonū erat ei ſi nat9 nō fuiſſet hō ille. Glo.
Multo meli9 eſſet oīno nō eſſe q̄3 male eſſe
Ac ſi aperte dicat. Melius eſſet tali homi
ni ꝙ xp̄s nunq̄3 fuiſſet incarnat9. nunq̄3 na
tus.nunq̄3 paſſus.nunq̄3 a morte reſuſcita
tus.licet ꝑ hoc mltos liberauerit.infernu3
ſpoliauerit.celos ditauerit.qꝛ oīa hec ta/
li nō ꝓficiunt ad ſalutē.ſed ad acerbiorem
dānationē.qꝛ graui9 peccāt q̄ ꝯtemnūt re/
gnantē in celo.q̄3 qui crucifixerūt ambulā/
tem in terra.vt dictū eſt. Unde in nullo ca/
ſu ſanis nec infirmis nec ſacerdotibus nec
alijs peccare volentib9 deb3 ſacerdos cor/
pus xp̄i licenciare vl' indulgere.qꝛ precipit
dn̄s Math.vij. Nolite ſctm̄ dare canib9.i.
ad vomitū pctōꝝ redire volentib9. Sciat
ergo ꝯfeſſor ſtudioſus ꝙ ſi diſcrete in om̄i
bus p̄dictis ſe circa ꝯfitentē habuerit.non
tm̄ ſaluat ip̄m ꝯfitentē ſed etiā ſeip̄m. In/
ſuꝑ ꝛ operit multitudinē pctōꝝ.ac amplio/
ra gaudia vite celeſtis ſibi ꝯquirit. Sicut
beat9 Jacob9 dic̄.v. Qui cū diſſeruiſſet de
ſacerdotib9 ꝛ ꝯfeſſione ſtatim ſubintulit di
cens. Scire debet qm̄ q̄ ꝯuerterit pctōre3
ab errore vie ſue ſaluabit aīam ſuā a morte
ꝛ operit multitudinē pctōrum.

Quintū capl'm de irregularitatib9 et di/
ſpenſationib9. Prima particula quinti
capituli.

q Ui adult9 cauſa mortis baptiza
tur nō debet ꝓmoueri. vt d.lvij.
Siquis. Poteſt tn̄ ep̄s diſpen/
ſare cū eo ꝓpter raritatē clericorū
ſi meruerit eius vita.vt in dicto ca. Siq̄s.
Ui ſcienter bis ba/ Scđa parti.
ptizatur.de ꝯſe.diſt.iiij. Qui bis. Uel
bis ꝯfirmatur.de ꝯſe.diſt.v.dictū.et diſt.l.
p̄ſbyteros. Cū bis nō diſpenſat'. Si vero
ignorāter.ep̄s poteſt diſpenſare. vt ī dicto
ca. Qui bis.ꝛ.j.q.iiij. Placuit Tertia ꝑti.
Ui ſine baptiſmo ordinat' talē poteſt
ep̄s baptizare ꝛ iterū ordinare. extra.
e.de preſbytero nō baptizato. Siquis.et
c.veniens. Quarta ꝑti.
Ui bis ordinatur.j.q.vij. Saluber/
rimū. Cū hoc diſpenſat ep̄s. ſi ignorant'
vt ibidē alex.papa. Quinta parti.
Ui ꝑ ſaltū aſcendit ad ordinē preter/
miſſum aliquē.poteſt ab ep̄o ordina/
ri interim ab executione ſuſpenſus donec
p̄termiſſum ſuſcipiat. di.xlviij. Sicut.ꝛ di.
lij. Sollicitudo.extra de clerico ꝑ ſaltū ꝓ/
moto.c.vnico. Sexta ꝑti.
Ui furtiue ab ep̄o ſuo ordinē recepit.
extra.e.veniens. Cu3 H. Lator. Si
talis intrauerit religionē.ep̄us vl' prelatus
ſuus poteſt cū eo diſpenſare. Hoc intelli/
ge ſi ſn̄ia excōicatiōis lata nō fuit. vt in di/
ctis.c.ꝛ in ap. Septima ꝑti.
Ui ab alieno ep̄o p̄ter ſui ep̄i licentiā
ordinat'.vij.q.i. Ep̄s in dioc̄. Cu3 hoc
poteſt ep̄s diſpenſare.ix.q.ij. Lugdunēſis.
Ui extra tp̄a ſta/ Octaua ꝑti.
tuta ordinat'.extra de tp̄ib9 ordinādo
rū. Cum quidā. Cum hoc ſolus papa diſ/

penſat.vt dicit̃ ibidē. Nona ꝑti.
Ui ab epõ qui ceſſit loco ⁊ ordini or/
dinatur.extra de ordinat̃ ab epõ qui
reſignauit epiſcopatui.vl' excõicato. requi/
ſiuit. Sed ſi ignorāter ad maiores a tali ꝓ
moueť epũs ſu⁹ cuꝫ eo poterit diſpenſare.
niſi craſſa fuerit ignorātia.vt in dicto.c. Re
quiſiuit. Appa.tamē dicit.ꝙ etiā ſi ꝓbabilis
ſit ignorātia.neceſſaria eſt diſpenſatio.
Ui ab excõmuni/ Decima parti.
cato vl' ſuſpenſo ordinať.extra de or/
dinatis ab epõ ꝗ reſignauit epatui vl' excõ
municato. Cũ clericis. Sed epſ vl' archi
epiſcopus põt cũ eo diſpenſare.vt ibidē di
citur.ſi ignorāter recepit.qꝛ ſi ſcienť nõ diſ
penſaretur cũ eo.ix.q.j.ordinationes.
Ui ſuſpenſus vel excõ/ Xj.parti.
municat⁹ ordinē recipit. Ar. extra de
etate ⁊ q̃litate ordinandoꝝ. Cũ bone.extra
de clerico excõmunicato miniſtrante. Po/
ſtulaſti. Cũ hoc ſolus papa diſpenſat.extra
e. Clerici.in appa. xij.parti.
Ui reijcit religionis habitũ ⁊ in ſecl'o
in apoſtaſia fuerit ordinat⁹.extra.e.cõ
ſultationi. Cũ hoc ſolũ papa diſpenſat.vt
ibidē dicit̃.vbi nota quoſdaꝫ ſpeciales ca/
ſus in quibꝫ papa diſpenſat.in appa.
Ui in q̃libet mortali ordi/ xiij.ꝑti.
natur. Ar.extra de cohabitatiõe cleri
coꝝ ⁊ mulierũ. Qui ſint.di.xxv. ꝑmũ.⁊.ix.
q.iij. Audi. Et licet talis indigeat diſpenſa
tiõe ſm Raymũdũ. Rodoneñ. tñ dicit hec
ꝟba. Nõ credo ꝙ indigeat diſpenſatõne p⁹
pniam.ſi ſit occultũ. Ar.extra de tempo.or
di. Qui ſint.cui ꝯcordat Ber.in appa.ibidē
Item Rodoneñ.dicit ꝙ tal' large dicit̃ ſu/
ſpenſus.nõ ꝑ modũ ſniẽ ſed ꝑ moduꝫ ſim/
plicis ꝓhibitiõis.ꝯtra quā ꝓhibitionē qui
celebrat nõ incurrit irregularitatē.ſicut in
currit ꝗ celebrat ſuſpēſus ꝑ ſniam. De hac
materia multa inuenies in ſũma Raymun
di.ti.de lapſis.⁊ diſ.§.ꝯtra p̃dictas tres re
gulas. xiiij.ꝑti.
Ui duos ſacros ordines vl' minores
cũ ſubdiaconatu aut dyaconatu reci/
pit vna die.extra de tꝑibꝫ ordiñ. Litteras.
extra.e.c. Dilect⁹.extra de eo ꝗ furtiue ſu/
ſcepit ordines. Cuꝫ H. Lator. Innotuit.
Cũ hmõi põt epũs diſpenſare.in minoribꝫ
⁊ maioribꝫ.ſi intrauerit religionē.vl' p̃latuſ
ſuus.poteſt vt in dicta decretali. Innotu/
it. xv.particula.

Ui nõ habens ordines diuinuꝫ exer/
cet officiũ.vl' habēs aliquē ordinē ⁊ al
terius ordinis quē nõ habet officiuꝫ exer/
cet.hic ꝑ diſpenſatõnē pape in ordine quē
habꝫ tolerať ſed ad aliũ nõ ꝓmouebiť.vt.xj
q.iij.priuilegiũ.xxv.q.ij. Sic decet.extra.e.
Siqs.⁊.c.ex lr̃is. xvj.parti.
Ui excõmunicat⁹ vel ſuſpenſus cele/
brat.vt extra de cleri.ex mi. Clerici.et
c. Latores.⁊.c.ſequēti.⁊ fraternitati ⁊ apo/
ſtolice.. Si minori. xvij.parti.
Ui in loco īterdicto celebrauit. extra
de clerico excõmunicato mi. Poſtula
ſti. In h̃ caſu ⁊ in p̃cedenti diſpenſat papa.
vt dicit̃ in.c.dictis.maxime.c.clerici.vbi de
hoc ſatis dicit̃ in appa. xviij ꝑti.
Ui in hereſim lapſus ab ea reuertit̃.j
q.vij. Saluberrimũ.⁊.c.ꝯuenientibꝫ.
Hic ad maiores ordines nõ ꝓmoueť.ſed ī
ſuſceptis põt epſ diſpenſare cũ eo vt in di
cto.c. Saluberrimũ xix.ꝑti.
Ui hereticis eccl'iaſtica ſacramēta di
ſtribuerit vl' eos ſepulture tradiderit
vl' oblationes eoꝝ recepit.extra.e.excõica/
mus.ſ.§. Si vero cleric⁹. Cũ his diſpēſat
ſolus papa.vt ibidē dꝛ. xx.ꝑti.
Ui hereticis credentibꝫ.fautoribus ⁊
defēſoribꝫ eorũ in aliq̃ p̃ſtiterit auxili/
um.ꝯſiliũ ⁊ fauorē.⁊ ꝗ eis in cauſis vl' fact̃
vel alijs litigatiõibꝫ ſub coꝝ examinatione
patrocinũ p̃buerit.⁊ ꝓ eis publica inſtru/
menta vl' ſcripta fecerit ꝑpetuo eſt ab offi/
cio ſuſpenſus.extra.e. Si aduerſus nos.
Ui duas vxores ſimul xxj.ꝑti.
vel ſucceſſiue habuit.diſ.xxxiiij.xpia/
no.xxx.q.j. Quõ.extra de diuortijs. Gau/
demus. xxij.ꝑticula.
Ui ꝯtrahit cũ corrupta vel vidua.di.
xxxij. Seriatim.⁊ di.xxxiiij.curandũ.
⁊.c.precipimus.⁊ extra de bigamis.c.j.⁊.ij.
Scdm Raymũdũ nõ põt epũs cum biga/
mo diſpenſare.extra de biga. Nuꝑ. Ad idē
facit extra de biga. Suꝑ eo.diſ.l. Siquis
viduā.ſed h̃ nõ tenet illud.c.di.xxxiiij. Le/
ctor.niſi forte ꝗ ad minores ordines.in q̃bꝫ
credo ꝙ epiſcop⁹ poteſt diſpenſare ꝓpter ne
ceſſitatē. Ar.diſt.xxxiiij. Subdiacon⁹.et in
dicto.c. Lector.⁊ diſt.l. Placuit. Si tamē
clericus in ſacris ordinibꝫ ꝯſtitut⁹ qui nul/
lam añ ſuſceptionē ordinũ habuit vxorem
ꝯtraheret de facto mr̃imoniũ.⁊ poſtea trā
ſiret ad religioneꝫ in qua conuerſareť ho/

neſte poſſet ſuus ep̄s diſpenſare. extra qui clerici vel vo. hucuſ Raymundus.

Ui duxit viduā a pri/ xxiiij.pti. mo viro intactā. vl' q̄ duas vxores habuit ꝑma incognita. ſi moꝛtua fuerit. non ē bigamus. extra. e. c. Debitū. ⁊ diſt. xxxiiij. c. vltimo.

xxiiij.pti. Ui cū virgine ꝯtraxit ſed poſtea alterū cognouit. xxxiiij. di. Si cuiꝰ vxoꝛez ⁊. c. ſequēti.

xxv.pti. Ui infra ſacros oꝛdines ꝯſiſtēs de facto ꝯtraxit. extra de bigamis. A nobis fuit.

xxvj.pti. Ui poſt votū caſtitatis emiſſum ꝓfeſſione regulari ꝯtempta de facto ꝯtraxit matrimoniū. xxvij. q. j. Quotq̄t. In iſtis caſib. v. bigamie pōt ep̄us diſpenſare ī minoꝛib. tñ ꝓpter neceſſitatē. Ar. xxxiiij. d. Lectoꝛ. ⁊. c. Subdiaconꝰ. ⁊ diſt. l. Placuit.

Ui clauſtra egrediēs xxvij.pti. ꝓhiſicā vel leges audit. extra. Ne cler̄. vel mo. ſuꝑ ſpecula. Cū hoc ſolus papa diſpenſat. vt dicit̄ ibidē.

Ui duxit leuē ꝑſonā. vtputa ancillam xxviij.pti. ioculatricē licet virginē. a ꝓmotiōe repellitur. xxxiiij. di. Siq̄s viduā.

Ui in duello pugnauit extra. e. poꝛro xxix.pti. Cū hoc ep̄s diſpenſat ſi moꝛs vel deciſio membroꝛū nō ſit ſecuta vt in dicto. c. Poꝛro.

xxx.pti. Ui ſolennē egit pniām. di. l. ex penitētib. xxxv. di. illiteratos. extra de bigamis. c. j. Cū his diſpenſat ep̄s tm̄ in minoꝛib. ꝓpter neceſſitatē eccl'ie vel vtilitatē. d. l. Placuit. extra de ſnīa excōicatiōis. Nuꝑ.

Ui illegitime natꝰ eſt xxxj.pticu. extra de filijs p̄ſbyteroꝛū. c. j. extra de electiōe. Innotuit. extra. q̄ filij ſunt legitimi. ꝑ venerabilē. Si intrauerit religionez poterūt ꝓmoueri. q2 religio tollit hanc irregularitatē ad om̄es oꝛdines. Si remanſerit in ſeculo pōt ep̄us cuz eo diſpenſare ad om̄es oꝛdines. extra. e. veniēs. Solus aūt papa diſpenſat vt habeat curā aīaꝝ vl' p̄/ lationē habeat. extra. e. Nimis in ꝓuīcia. t. vbi de h̄ plene dicit̄ in appa.

Ui ꝯtempto eccl'iaſtico iudicio ī caſu xxxij.pti. nō licito vadit ad ſecularē iudicē. xxx. q. v. Siquis ep̄s. xj. q. j. Continuā. in autē tica. Quomō apl's. §. Nō alit̄.

Ui mutilatꝰ eſt ſponte ſine cauſa vl' iu xxxiij.pti. ſta cauſa vel magno vel paruo mēbro repellit̄ a ꝓmotōne. ⁊ deijcit̄ iā ꝓmotꝰ. extra de coꝛꝑe viciatis. Significauit. ⁊ d. xv. Si quis abſcidit partē. ⁊ di. xxxiij. Maritū.

Ui iuſta cauſa vel ꝓ/ xxxiiij.pti. pter lepre periculū amputare facit virilia vel aliud paruū membruz nō repellit̄ vel reijcit̄. Idē intelligit̄ ſi ſit caſu foꝛtuito mutilatꝰ vel in infantia ſectꝰ. niſi fuerit magnū membrū qđ defoꝛmitatē generet l' ſcādalum. d. lv. Siq̄s a medicis. ⁊ ſiqui ꝑ egritudinē. ⁊ latoꝛ. extra. e. ex ꝑte. M. et ex parte B.

xxxv.pti. I membruz amiſit qđ generet defoꝛmitatē. vel ſi amiſit oculū. nō pōt ſine diſpenſatiōe pape ꝓmoueri.

mina. timor dn̄i ſanct⁹. ⁊ ſanct⁹ amor. his ꝑ/
fecte aīa affecta veluti duob⁹ quibuſdā bra
chijs ſuis deū amplectit̄. ſtringit ⁊ tenet. et
ait. tenui eū nec dimittam. Idē in epla.

Mens quā ſemel affecerit charitas. ſui iu/
ris eſſe nō ſinit̄. metuit qđ neſcit. dolet qđ n̄
oportet. ſolicitat̄ pl⁹ q̄3 voluerit ⁊ vnde nolu
erit. Idē in ſmone. Timeam⁹ ⁊ amemus
xp̄m dn̄m. timeam⁹ ꝓ nr̄a indignitate. ꝓ ipi⁹
dignatiōe amem⁹. nō diſſimulem⁹. nō excu/
ſem⁹. in medio eſt omib⁹ ſe offerēs De ab
ſtinentia ⁊ elemoſyna. Gregori⁹ in omel.
Hoc qđ tibi ſubtrahis alteri largire. vt vn̄
tua caro affligit̄. inde egētis ꝓximi caro re/
paret̄ Idē. Illud ieiuniū de⁹ approbat qđ
ad ei⁹ oculos man⁹ elemoſynaꝝ leuat. qđ cū
ꝓximi dilectiōe agit̄. qđ cū pietate cōditur
Idē. Nō deo ſ3 ſibi quiſq3 ieiunat. ſi ea q̄
ad temp⁹ ſibi ſubtrahit. inopib⁹ non tribuit
ſed ventri poſtmodū offerēda cuſtodit Io
hānes chryſ. ſup Matth. Si ieiunaueris
ſine elemoſyna nihil ieiuniū tuū reputat̄. ſ3
ventrē implēte ⁊ inebriāte deterior eſt q̇ tal⁹
eſt. ⁊ tāto deterior q̄3to laſciuia crudelitas eſt
difficilior Glo. Matth. vi. Deo ieiunat q̇
ei⁹ amore ſe macerat. ⁊ qđ ſibi ſubtrahit. alij
impēdit. De abſtinētia ⁊ oratiōe. Au/
guſtin⁹ ī epiſtola. In ieiunijs ⁊ vigilijs ⁊ om
ni caſtigatiōe corꝑis q̄3plurimū adiuuatur
oratio. Ioh. chryſ. ſup Matth. Qui orat
cū ieiunio duplices habet alas ⁊ ipis vētis
leuiores. neq3 eñ oſcitat ⁊ tenditur ⁊ torpet
orās qđ patiunt̄ multi. ſed eſt igne vehemē
tior ⁊ terra ſuꝑior. Ideoq3 maxime hic talis
demonib⁹ eſt inimic⁹ ⁊ hoſtis. Nihil eñ ho/
mine orāte ꝓpriē eſt potenti⁹ Idē. Sicut
nec miles ſine armis eſt aliq̇d nec arma ſine
milite. ſic nec oratio ſine ieiunio. nec ieiuniū
ſine oratiōe. Iſidor⁹ de ſum. bono. Hoc
eſt perfectū ⁊ rōnabile ieiuniū qn̄ noſter hō
exterior ieiunat. interior orat. facili⁹ eñ ꝑ ie/
iuniū oratio penetrat celū. Bern̄. ſuꝑ cā/
tica. Abſtinebo a vino q2 in vino luxuria eſt
aut ſi infirm⁹ ſum modico vtar iuxta ꝯſiliū
apoſtoli. abſtinebo ⁊ a carnib⁹. ne dū michi
nimis carnē nutriūt. ſimulq3 ⁊ carnis nutri
ant vicia. panē etiā ip3 cū mēſura ſtudebo ſu
mere. ne onerato vētre ſtare ad orandū tede
at Idē in ſmone. Oratio ꝟtutē impetrat
ieiunādi. ⁊ ieiuniū grām ꝓmeret̄ orādi. ieiu
nium orōnem roborat. orō ieiuniū ſcrificat.
⁊ deo reꝑſentat. Idē. Quid nobis ieiuni
um ꝓderit ſi relinquat̄ in terra. ſubleuet̄ er
go pēna quadā orōnis. Glo. can̄. iiij. Pri⁹
eſt mortificare ꝯcupiſcētiam. poſtea offerre
deo placabilia vota cordis Glo. Tho. iiij

Sola oratio pingueſcit.quā macies corpo
ris paſcit. De miſericordia ⁊ oratione.
Joh.chry.ſuꝑ Matth. In lege ſcriptū ē
Nō intres ante ꝯſpectū dn̄i vacuꝰ. Vacuꝰ ī
trat ante deū q̄ veniēs ad orationē nullā fa
cit elemoſynā. Idē. Infirma eſt oratio q̄
elemoſynaꝝ largitate nō eſt munita Sā
ctus maximꝰ in ſermone. Orō que caſtitat
iuſticie ⁊ elemoſynaꝝ opibꝫ adiuuaꝛ.excedit
mundū.penetrat ꝑadiſum. euolat ad ipſuꝫ
ſumme maieſtat angl'o offerēte cōſpectum.
De miſericordia ⁊ iuſticia. Grego. ī re/
giſtro. Ipa in te dulcedo cauta ſit nō remiſ
ſa.correctio ꝓ diligēs ſit nō ſeuera. ſꝫ ſic al/
teꝝ ꝯdiaꝛ ex altero vt ⁊ boni habeāt aman/
do qd̄ caueāt. ⁊ praui metuēdo qd̄ diligāt
Idē. Boni te dulcē. Supra de equitate.
⁊ ibidē alia plura. Idē in paſto. Diſcipli/
na vel miſericordia multū deſtituiꝛ. ſi vna
ſine altera teneaꝛ. Idē. Juxta pauli vocē
in arca tabernaculi cū tabulis virga ſimul ⁊
māna eſt.q2 ſcripture ſacre ſciētia ī boni do
ctoris pectore ſicut eſt virga diſtrictiōis. ſic
eſt ⁊ māna dulcedinis. Ambro. in epl'a.
Beatꝰ qui ⁊ ſeueritatē ⁊ manſuetudinē te/
net.vt altero diſciplina ſeruetꝛ. altero inno/
centia nō opprimaꝛ. Nimia eīm ſeueritas ex
torquet plerūq crudelitate mendacium
Idē de offi. Neq ſeueritatē eſſe durā cō/
uenit.nec nimiā remiſſionē ne aut poteſtatē
exercere.aut ſuſceptū officiū nequaq imple
re videamur. Iſi.in ſyno. Impia iuſticia
eſt humane fragilitati nō ignoſcere.nō ergo
ama dānare ſed emēdare potꝰ et corrigere.
Idē. Tene rigorē in diſcuſſione iuſticie.
miſericordiā in diffinitiōe ſentētie. Idē
de ſum.bo. Omīs q̄ recte iudicat ſtateram
in manu ſua geſtat.in vtroq penſo iuſticiā.
⁊ miſericordiā portat. ſꝫ ꝑ iuſticiam reddit
pctō ſnīam. ⁊ ꝑ miſericordiā peccati tēperat
penā. Joh. Chryſ.ſuꝑ Matth. Juſticia
ſine miſericordia nō eſt iuſticia ſꝫ crudelitaſ
ſic miſericordia ſine iuſticia nō eſt miſericor
dia ſed fatuitas. Bern̄. ſuꝑ cāti. Si iter/
dū ſeueritate opꝰ eſt.paterna ſit nō tyranni/
ca.matres vos fouēdo.patres corripiendo
exhibeatis. Idē de ꝯſider. Juſticie vt iu
ſticia ſit tꝑantia modū imponit.noli nimis
eſſe iuſtꝰ ait ſapiēs.oſtendēs ꝑ hoc minime
approbandā eſſe iuſticiā que tēperantie mo/
deramīe nō frenaꝛ. Beda in omel'. Neceſ
ſe eſt vt rectorē ſubditis ⁊ matrē pietas ⁊ pa
trem exhibeat diſciplina.atq inter hec ſolli
cita circūſpectione ꝓuidendū ne aut diſtri/
ctio rigida.aut pietas ſit remiſſa. Idē dic
beatus Grego. in regiſt. Glo. Matth.j.
Vera virtꝰ eſt cū nec pietas ſine iuſticia. nec
ſine pietate iuſticia exequiꝛ.que ſeꝑate ab in
uicē dilabunꝛ. De ꝯtinētia ⁊ abſtinētia.
Ambroſiꝰ de ꝟgi. Cibꝫ parſimonie et po/
tus abſtinētie docēt vicia neſcire.q2 docent
cauſas neſcire vicioꝝ.cā peccādi etiā iuſtoſ
ſepe decepit. hinc populꝰ dei poſtq̄m ſedit
mādųcare ⁊ bibere deū negauit. Iſid. de
ſum.bono. Libidinis ignes fomētis cibo/
rum icreſcūt.corpꝰ aūt quod abſtinētia frā/
git.tēptatio non exurit.vnde ⁊ tres pueros
abſtinētes flama babyloniȷ̄ incēdiȷ̄ et ſi teti
git nō combuſſit. Idē. Quidā ꝯtinentes
ſicut panē cū pondere edūt .ita ⁊ aquā cum
mēſura ſumūt.aſſerētes ad caſtimoniā car/
nis etiā aque abſtinentiā ꝯuenire. Johes
Chryſ.in ſermōe. Per ieiunia ceſſat pugna
carnis aduerſus animā. ⁊ anime aduerſus
carnē.nec vltra inſurgit ancilla in dominā.
nec ſerua ſuꝑbit in liberā.ſed vniuerſa hec ꝑ
lia ieiunioꝝ ꝑ̄ſentia cōquieſcunt. De cō/
tinentia ⁊ verecūdia. Amb.de virgi. Ubi
q in virgine comes ſingularū virtutum eſt
pudor.hic indiuiduꝰ debet eſſe virginitati.
ſine quo nō poteſt eſſe virginitas. Idē de
offi. Verecūdia eſt pudicicie comes. cuius
ſocietate caſtitas ipa tutior eſt. Hierony
mus in ſmone. Omino pudor indiuiduuſ
virginitati eſſe debet ſine quo recte caſtitas
ſeruari nō poteſt. Idē in epi. Sit in te no
ua grauitas.honeſtas admirabilis.ſtupen
da verecūdia.mira patiētia. virginal' inceſ/
ſus.⁊ vere pudicicie habitꝰ.ſermo ſemꝑ mo
deſtus.⁊ in ſuo tēpore ꝓferendꝰ. Bern̄.ſu
per cātica. Verecūdia ſoror continentie eſt.
nullū eque manifeſtū indiciū colūbine ſim/
plicitatis.⁊ ideo omīno teſtis innocētie eſt.
⁊ lampas pudicicie mētis. De ꝯtinētia ⁊
charitate. Gregoriꝰ ſuꝑ Ezechielē. Anti/
quus inimicꝰ caſtitatē in nobis ſi ſine chari
tate fuerit nō timet.quia nec ipſe carne ꝑmi
tur.vt in eius luxuria diſſoluaꝛ. Auguſti
nos de virginibꝫ. Si nuptias cōtempſiſtiſ
filiorū hominū.ex quibus gigneretis filios
hominum.toto corde amate ſpecioſum for
ma pre filiȷ̄s hominū. vacare vobis liberū
eſt a coniugalibus vinculis. ſed non vaca/
re vobis liberum eſt a vinculo charitatis.

Idē. Inſpicite vulnera pendētis. cicatrices reſurgētis. ſanguinē moriētis. pciũ credentis. cõmertiũ redimētis. hec q̃nti valeāt cogitate. hec in ſtatera charitatꝫ appendite ꝛ q̇cq̇d amoris nuptijs veſtris impēdēdũ habeatis illi rependite. Idē de bono ꝯiug. Illa ꝟgo ꝯiugate merito p̄ponit̄. q̄ nec multitudini ſe amandũ p̄ponit. cũ amorē vniuſ ex multitudine inq̇rit. nec ſe vni componit. (vno iā inuēto) cogitās que mũdi ſũt quõ placeat viro ſꝫ ſpecioſũ forma p̄ filijs hoim ſic amauit. vt qꝛ eũ ſicut maria ꝯcipe carne nõ poſſet. ei corde ꝯcepto etiā carnē īegraꝫ cuſtodiret. Idē. Quid inq̇unt ſi oēs velint ab omi ꝯcubitu ꝯtinere. ꝛ vñ ſubſiſtit genus humanũ. vtinā oēs h̄ vellēt dũtaxat in charitate de corde puro ꝛ ꝯſciētia bona ꝛ fide nõ ficta. multo citi⁹ dei ciuitas compleretur ꝛ accelerarēt termin⁹ ſeculi. Quid em̄ aliud hortari apparet apoſtolũ vbi ait cũ inde loquerēt. vellē oēs hoies eſſe ſicut me.

Bern̄. in ep̄la. Caſtitas ſine charitate lāpas ſine oleo eſt. ſubtrahe oleũ lāpas nõ lucet. tolle charitatē caſtitas nõ placet. Sꝫ o q̄ꝫ pulcra eſt (ſapiēs clamat) caſta generatõ cũ charitate Idē ſup cātica. Quomõ claritas vt aiũt lune non niſi a ſole eſt. ſic abſq; charitate ſeu iuſticia ꝯtinētie meritũ nulluꝫ eſt.

De ꝯtinētia ꝛ humilitate Gregorius in moral̄. Sic mentē neceſſe eſt p̄ mũdiciam erigi vt tamē ſolicite debeat in humilitate ſuſtineri Idē. Per humilitatis cuſtodiā ſeruāda eſt mũdicia caſtitatis. ſi em̄ pie ſpũs ſub deo p̄mit̄ caro illicite ſup ſpm̄ non leuat̄. Auguſtin⁹ de virgi. Sapiētes virgines eſſe decet ne lampades earꝫ extinguātur. quõ ſapiētes niſi nõ alta ſapiētes ſꝫ humilib⁹ cõſentiētes. Idē. Quia ppetua cõtinētia ꝛ maxime ꝟginitas magnũ bonũ eſt in ſanctis dei. vigilātiſſime cauenduꝫ eſt ne ſupbia corrumpat̄. Idē. Facil⁹ ſequunt̄ agnũ ꝛ ſi nõ quocũq; ierit certe quouſq; potuerint ꝯiugati humiles q̄ꝫ ſupbiētes virgines. Idē. Neq; ſimulare debet ꝟgo hũilitatē. ſed exhibere. ſimulatio humilitatis maior ſupbia eſt. Idē ſup Joh̄. Melior eſt quidē ꝟginalis ſanctitas q̄ꝫ pudicicia ꝯiugalis. q̇s dubitet. tñ ſi tu tenueris ſupbiam. et tua mater humilitatē melior mater erit q̄ꝫ filia. nõ dubito p̄ferre humilē mulierē ſupbe ꝟgini. Amb. ſup Lucā. Decet vt q̄nto caſtior virgo tāto humilior ſit. nouerit deferre ſeniorib⁹. ſit magiſtra ei⁹ humilitas ī qua eſt pfeſſio caſtitatis. Bern̄. ſup Miſſus. Pulcra cõmixtio ꝟginitatꝫ ꝛ humilitatꝫ. nec mediocriter placet deo illa aīma in q̄ humilitas cõmendat ꝟginitatē. ꝛ ꝟginitas exornat humilitatē. Idē. Potes ſine virginitate ſaluari. nõ potes ſine humilitate. poteſt inq̄ꝫ placere humilitas q̄ virginitatē deplorat amiſſam. ſine humilitate aũt audeo dicere nec ꝟginitas marie placuiſſet Idē ſuper cātic̄. Cõtinētia nõ habet meritũ apud deũ que gl̄iam req̇rit humanā. Idcq; maxie op⁹ eſt etiā puritate intētõis qua ſoli deo mēſ noſtra ꝛ placere appetat ꝛ valeat inherere

De actiõe ꝛ ꝯtemplatõe Gregori⁹ ſup Ezech̄. Actiua in neceſſitate. cõtēplatiua in volũtate eſt. illa in ſeruitute. iſta in libertate

Idē. Sicut bon⁹ eſt ordo viuendi vt ab actiua in ꝯtemplatiuā tendat̄. ita plerũq; a ꝯtemplatiua anim⁹ ad actiuā reflectit̄. vt p̄ hoc q̄ ꝯtemplatiua mentē accēderit. pfectius actiua teneat̄. Idē. Amor dei ad ꝯtemplatiuā. amor ꝟo primi ptinet ad actiuam.

Idē. Cõtemplatiua maior eſt Supra d̄ guſtu. Idē in moral̄. Marthe cura nõ reprehendit̄ Marie ꝟo laudat̄ quia magna ſunt actiue merita. ſꝫ cõtemplatiue potiora. vnde nec auferri vnq̄ꝫ marie pars dicit̄. q̇a actiue vite opa cũ corpe tranſeũt. cõtemplatiue aũt gaudia meli⁹ ex fine ꝯualeſcũt. Idē Humani generis. Supra libro p̄mo de p̄dicatorib⁹ bonis. Idē. Qui culmē apprehēdere pfectiõis nitunt̄ cũ cõtemplatõnis arcē tenere deſiderāt. p̄us ſe in cāpo opis p̄ exercitiũ pbāt. Iſidor⁹ de ſum. bo. Actiua vita mũdanis bñ vtit̄. ꝯtemplatiua nec mũdo renũciās ſoli deo viuere delectatur

Idē. Qui p̄us. Supra de aſcenſione.

Aug⁹ de ciui. dei. Ex trib⁹ illis vite generib⁹. ſ. ocioſo. actuoſo. ꝛ ex vtroq; compoſito q̄ꝫuis ſalua fide q̇ſq; poſſit in q̄libet eorꝫ vitā ducere. ꝛ ad ſempitn̄a p̄mia puenire. īter eſt tñ q̇d amore teneat ꝟitatꝫ. q̇d officio charitatis impendat. nec ſic eſſe dꝫ vnuſquiſq; ocioſus vt in eodē ocio vtilitatē nõ cogitet primi. nec ſic actuoſus vt ꝯtemplatõem nõ req̇rat dei. Idē. Ociũ ſanctũ q̄rit caritas veritatꝫ. negociũ iuſtũ ſuſcipit neceſſitas caritatis. quā ſarcinā ſi null⁹ imponit. pcipiende atq; intuēde vacandũ ē ꝟitati. Bern̄. ī apolo. Nec iacob niſi cognita p̄us Lya deſideratos rachel amplex⁹ meruit obtinere,

Idē ſup cātica. Aliter ſane afficiť mens
fructificās vbo. aliter fruēs vbo. illic ſolici/
tat neceſſitas pximi. hic ĩuitat ſuauitas ver
bi ⁊ quidē leta in ple mř. ſ; in amplexib; ſpō
ſa letior. chara pignora filioꝝ ſ; oſcula plus
delectāt. Idē. Ex bonis opib; ĩ fide non
ficta radicatꝫ recipit ꝯſolatiōem mēs aſſue/
ta quietꝫ. quotiēs ſibi lux vt aſſolet ꝯtēplati
onis ſubtrahiť. Idē in ſer. Bonū acqrit
gradū qui bñ miniſtrauerit pximo. forte me
liorē q̃ bene vacauerit deo. optimū aūt q̃ p/
fectus eſt in vtroq;. Idē. Optimā ptē ele
git ſibi maria. licet nō minoris fortaſſe me/
riti ſit apud deū humilis ꝯuerſatio marthe
ſed de electiōe maria laudať. qm̄ illa quidē
om̄ino q̃ſtū ad nos ſpectat nobis eligenda
hec vo ſi iniungiť patiēter eſt tolerāda. Idē
Abſit vt q̃ deo vacat ad tumultuoſam aſpi
ret fratꝝ officia iū vitā. Idē. Felix dom⁹
Supra de religiōe. De ſcia ⁊ humilitate
Gregori⁹ in mora. Cū ſūma cura puidē/
dū eſt ne accepta ſapia cū ignorātie tenebraſ
illuminat. lumē humilitatꝫ tollat. ⁊ iā ſapia
eſſe nequeat. q̃ ſi virtute locutionis fulgeat.
elatiōis tm̄ velamīe cor loquētis obſcurat.
Idē ſup̄ de intelligētia. quere libro ſcđo.
Idē. In om̄e qđ ſcit ſeſe mēs deprimat.
ne qđ virt⁹ ſciētie ꝯgregat. vent⁹ elatōis tol
lat. Idē Sancti viri vt humilitatis ĩ ſe
vtutē cuſtodiāt. cū quedā mirabiliter ſciūt.
illud añ mētis oculos ſtudent reuocare qđ
neſciūt. vt cū ex pte alia infirmitatē ſuā cōſi/
derāt. ex ea pte qua pfect⁹ eſt coꝝ ſe animus
nō extollat. ſciētia etenī virt⁹ eſt. hūilitas eti
am cuſtos vtutis. Iſiđ. In diſputatōe
Supra de ſtudētib; lib. pmo. Ibidē. Diſ
putare ſtude. De ſcia ⁊ charitate. Gre
gori⁹ in moral. Cū charitas edificādo non
erigit. ſciētia inflādo puertit. Idē ſup Eze
chielē. Inter charitatē ⁊ ſciam teſtꝫ ē bona
opatio q̃ ſi fortaſſe defuerit pfecto certū eſt
nec cognouiſſe te deū. nec diligere pximum
Idē. Sepe dū q̃ſdā. Supra li. iij. de di/
ſcordia. Auguſtin⁹ ſup Ioh. Sciētia ca
uēda eſt ne inflet. g̊ amate ſciam ſ; añ ponite
charitatē. q̃ charitas edificat ⁊ nō pmittit ĩ
flari ſciam. Idē ad Hieronymū de ſentē.
iacobi. Sic mors aurā auellit a ſenſib; car
nis. ſic charitas a ꝯcupiſcētijs carnalibus.
huic ſubſeruit ſcia. cū eſt vtilis. nā ſine illa ĩ
flat. Idē. Spiritalis hō. Supra de diſ/
cuſſione. Bern. de diligēdo deo. Liquet
⁊ abſq; ſciētia dignitatē eſſe om̄ino inutilē;
⁊ ſciam abſq; vtute damnabilē. Idē ſup
cātica. Cib; indigeſt⁹. ⁊ qui bonā nō habet
decoctionē malos generat humores ⁊ cor/
rumpit corp⁹. nō nutrit. ita ⁊ multa ſciētia ĩ/
geſta ſtomacho aīe q̃ eſt memoria. ſi decocta
igne charitatis nō fuerit. Idē. Sicut bo
nū. Supra de religiōe. De ſciētia ⁊ do
ctrina. Greg. ſup Ezech. Sācti viri amā
do diſcūt qđ docēdo pferūt. Idē ĩ paſto.
Cū ſpiritale aliq̃d a ſubditꝫ paſtoris inq̃rit
valde eſt ignominioſum ſi tūc q̃rat diſcere.
cū queſtionē dꝫ enodare. Idē. Pleriq; dū
metiri ſe neſciūt. q̃ nō didicere docere ꝯcupi
ſcunt. q̃ pond⁹ magiſterij tāto leui⁹ eſtimāt.
q̃nto vim magnitudinis illi⁹ ignorāt. Au
guſtin⁹ in ep̄la. Ad diſcēdū qđ op⁹ eſt nulla
etas mihi ſera videri pōt q̃ ⁊ ſi ſenes magis
decet docere q̃; diſcere. magꝫ tm̄ volo diſcere
q̃; qđ doceā ignorare. Iohēs Chryſ. de
cōpunc. cor. Nō ꝯfundam⁹ diuīas lr̃as. ne/
q; ſanctiſpūs ſentētias pprijs ſentētijs puer
tam⁹. Hieronym⁹ in ep̄la. Multo tpe di
ſce vt doceas. nec laudatorib; tuis imo de/
riſorib; aurē libēter accōmodes. De vi/
ta ⁊ doctrina. Gregori⁹ in mora. Cū a vi/
cijs caro reſtringiť. cū mens vtutib; exerceť
reſtat vt loquēdo q̃ſq; doceat vitā quā mo/
rib; ornat. Idē. Spiritalis q̃ſq; p̄dicator
ſtudet ſummope ꝯ maleficos rumores ad
uerſantiū. ⁊ defendere loquēdo qđ viuit. et
ornare viuēdo qđ dicit. Idē in paſtoral.
Illa vox libenti⁹ auditoꝝ cor penetrat quā
dicētis vita cōmēdat. Idē. Boni p̄dica/
tores pus ppria crimia fletib; curēt. et tunc
que alioꝝ ſunt puniēda denūciēt. ⁊ añq̃; v/
ba exhortatōis inſonēt om̄e qđ locuturi ſūt
opib; clamēt. Iſiđ. de ſum. bo. Tā vita q̃;
doctrina clarere dꝫ eccleſiaſtic⁹ doctor. Nā
doctrina ſine vita arrogantē reddit. vita ſi/
ne doctrina inutilē facit. Idē. Unuſquiſ
q; doctor ⁊ bone actiōis ⁊ bone p̄dicatiōis
hr̄e debet ſtudiū. nā alterꝝ ſine altero nō fac
pfectū. Ioh. Chryſ. in ſmone. Adijcit do
ctrine auctoritatē bona vita doctorꝫ. Am
bro. de offi. Uir iuſt⁹ ⁊ dictis ⁊ reb; pbatur.
Nā ſi exercitat⁹ ſit ſermonib;. deſidioſus in
opib;. prudentiā ſuā factis repellit. Hie/
ronym⁹ in ep̄la. Pri⁹ faciam⁹ ⁊ poſt docea/
mus. ne doctrine auctoritas caſſis ſermōi/
bus deſtruať. Aug⁹. de ꝯfeſſi. Surgunt
indocti ⁊ rapiūt celū. ⁊ nos cū doctris nr̄is

ſine corde.ecce vbi volutamur ī carne ⁊ ſan
guine. Bern̄.in ſer. Eſt tm̄ lucere vanuꝫ.
tm̄ ardere parꝝ.ardere ⁊ lucere ꝑfectū.

De exemplo Ca. XLVI

g Rego.in mora. Multi in tenebrꝭ vi
te p̄ſentis dū ſupiora de ſe exempla
exhibēt aſtroꝝ more nobis deſuper
lucēt. Idē. Qui pleniſſime intelligere ap
petit qualis eſt.tales nimiꝝ dꝫ cōſpicere q̄/
lis nō eſt.vt ex bonoꝝ forma metiat̄ q̄ntum
ipe deſerto bono deformis eſt. Idē. Qui
vitā p̄cedentiū patrū ꝯſpicit.q̇d in ſe geme/
re debeat ſubtili⁹ agnoſcit. Idē. Sepe cū
nos. Supra de verecūdia Idē in dyalo.
Nunq̄ꝫ peccatores ad lam̄tū penitētie redi
rent.ſi nulla eſſent bonoꝝ exēpla que eoruꝫ
mentē traherent. Idē in omel. De bono
ope ꝓximis p̄beam⁹ exemplū.⁊ tm̄ ꝑ intētio
nē qua deo ſoli placere querim⁹.ſꝑ optem⁹
ſecretū. Idē. Ad amorē dei ⁊ ꝓximi plerū
q̄ꝫ corda audientiū pl⁹ exēpla q̄ꝫ verba exci/
tant. Idē. Qui ſancto viro. Supra de ſo
cietate. Iſid.de ſum.bo. Propterea ꝟtu/
tes ſanctoꝝ ad exemplū noſtꝝ deus ꝓpoſuit
vt q̄nto de imitatōe eoꝝ ꝯferri poſſunt nob
iuſticie p̄mia.tāto de pſeuerātia mali ſint g̃/
uiora tormēta. Idē. Reprobi nō attēdūt
documēta beatoꝝ q̄ imitent̄ ad meli⁹.ſed ꝑ/
ponūt ſibi exēpla prauoꝝ q̄ ad ſuoꝝ moꝝ ꝑ
uerſitatē imitant̄ in pei⁹. Amb.ſuꝑ Lucā
Uni⁹ exēplo plurimi corrigunt̄ Idem ꝺ
patriarchis Sanctoꝝ vita ceterꝭ norma vi
uendi eſt Idē de offi. Sit nobis vita ma
ioꝝ diſcipline ſpeculū.nō calliditatꝭ cōmen
tariū. Bern̄.in ep̄l'a. Sermo viu⁹ et effi/
cax exemplū eſt opis. facile faciēs ſuadibile
qꝺ ꝺꝛ dū mōſtrat̄ factibile qꝺ ſuadet̄ Iꝺ
in ſer. Nullū cōſiliū meli⁹ arbitror q̄ꝫ ſi exē/
plo tuo fratrē docere ſtudeas q̄ oporteat q̄
nō oporteat fieri.ꝓuocās eū ad meliora. et
ꝯſulens ei nō ꝟbo neq̄ꝫ lingua ſꝫ ope ⁊ ꝟita/
te. Seneca in ep̄l'a. Inſtruēda eſt vita ex
emplis illuſtrib᷒.

De fama Capitulū XLVII

g Rego.in regiſ. Quicq̇d grauare pōt
aut opinionē tuā.aut aīam.omino
refugias.⁊ te cōmittere illud nulliuſ
ſuaſioni ꝯſentias. Idē. Eius quē videre
me nō licet bona me paſcit opinio. Idē i
moral'. Fama a bono ope vires accipit ⁊ fa
uoris g̃ram quaſi claritatis lumē aſpergit.
Idē. Dū de aliena vita lux quaſi illi⁹ opi
nione clara oñdit̄.hinc quaſi ꝑgenti in itine
re exempli lumē p̄bet̄. Idē. Nōnunq̄ꝫ eti
am ſancti viri ꝺ bona ſua opinione gaudēt
cū ꝑ hanc ad meliora ꝓficere audiētes pen/
ſant. Idē. Laus ſua iuſtos cruciat.iniq̄s
exaltat.ſꝫ iuſtos dū cruciat purgat. iniquoſ
dū letificat reprobos mōſtrat. Idē. Uir
tutes ꝓficientiū in noticia ceteroꝝ hominū
quaſi ſua uitate fragrāt odoꝝ. Idē. Sicꝫ
ex aliena opinione ꝓficim⁹.ſic plerūq̄ꝫ ſi lau
dib᷒ fame noſtre intendim⁹ a ꝟtute vacua/
mur. Aug⁹.de mori.⁊ vita cleri. Qui nos
amāt.querūt q̇d laudēt in nobiſ. q̇ aūt nos
odiūt.detrahūt nobis. Nos aūt ī medio cō
ſtituti adiuuāte dn̄o deo noſtro.⁊ vitā nr̄aꝫ
⁊ famā ſic cuſtodire ꝺbem⁹ vt nō erubeſcāt
detractorib᷒ laudatores. Idē de vidui.
In om̄ib᷒ ſp̄ualib᷒ delicijs q̇b᷒ fruunt̄ inu/
pte ſancta eaꝝ ꝯuerſatio cauta etiā debꝫ eſſe
ne forte cū mala vita nō ſit ꝑ laſciuiaꝫ.mala
ſit fama ꝑ negligentiā. Idē. Nobis eſt ne
ceſſaria vita noſtra.alijs fama noſtra. ⁊ vti/
q̄ꝫ qꝺ alijs miniſtram⁹ miſericorditer ad ſa/
lutē.ad noſtrā q̄ꝫ redūdat vtilitatē. Idē.
Multo miſericordi⁹. Supra de doctrina.
Hiero.in ep̄l'a. Multū in vtrāq̄ꝫ ꝑtē cre
bro fama mentit̄.⁊ tā de bonis mala.q̄m de
malis bona falſoꝝ ore ꝯcelebrat. Idem.
Caueto om̄es ſuſpitiōes.⁊ q̇cquid ꝓbabi/
liter fingi pōt ne fingat̄ ante deuita. Idē
Fuge ꝑſonas in q̇b᷒ pōt male ꝯuerſationiſ
eſſe ſuſpitio.nec paratū habeas illud de tri/
uio.ſufficit mihi ꝯſciētia mea.nō curo q̇d de
me loquant̄ homīes.⁊ certe ap̄l's ꝓuidebat
bona.nō ſolū corā deo ſꝫ etiā corā homib᷒.
ne ꝑ illū nomen dei blaſphemaret̄ ī gentib᷒
Idē. Tenera res in femis fama pudici/
cie eſt.q̄ſi flos pulcerrim⁹ cito ad leuē mar/
ceſcit aurā.leuiq̄ꝫ flatu corrūpit̄. Bern̄.ſu
per cā. Ualidos ⁊ ꝯſtātes neceſſe eſt eē eos
q̇ ſuꝑ alios ordinant̄.necnō ⁊ lōganimes ī
ſpe.atq̄ꝫ ad ſuꝑna verticē mētis attollentes
q̇ ⁊ bonū fidei ſue ⁊ ꝯuerſatōis vbiq̄ꝫ odorē
ſpargētes.dicere cū ap̄l'o poſſint. Chriſti bo
nus odor ſum⁹ deo ī om̄i loco. Idē. Erit
quidē virt⁹ ꝯtēta candore ꝯſciētie.vbi ſequi
n̄ poterit odor fame. ceteruꝫ odor fame nec
excuſare ſufficiet viciū ꝯſcie decoloris. ꝓui/
debit tm̄ ſꝑ q̄ntū in ſe eſt homo ꝟtutis bona
nō tm̄ corā deo.ſꝫ corā hoīb᷒.vt ꝟe ſit lilium
Idē. Sufficit. Suꝑ de trāquillitate.
Idē ꝺ ꝯſi. Intereſt tue ꝑfectōis ⁊ malas

M

res. ⁊ malas parit̃ ſpẽs deuitare. ĩ altero cõſcientie. in altero fame ↄſulis. Idẽ. Eſto fortis in fide. decor⁹ in gl'ia. ⁊ ꝓbaſti te imitatorẽ dei. fortitudo tua fides ↄſcie eſt. ⁊ decor tuus ſplẽdor bone opinionis eſt.

De aduerſitate Ca. XLVIII

g Rego. in regiſ. Pena p̃ſens ſi afflicti aĩm ↄuertit finis eſt culpe p̃cedẽtis ſi eũ ad timorẽ dñi mĩme ↄuertit. initiũ eſt pene ſequẽtis Idẽ. Inter flagella poſitos. flagellis digna cõmittere. ↄ ferientez eſt ſpiritaliter ſuꝑbire. ⁊ ſeuiẽtis acri⁹ iracũdiã ꝓuocare Idẽ. Aduerſitas que bonis votis obijcit̃. ꝓbatio ꝟtutꝫ eſt nõ indiciũ reprobatõis Id In oĩpotẽte deo tũc certa fiducia eſt qñ ꝓ bono oꝑe aduerſitatꝫ aliq̇d in h̃ mundo recipit̃. vt plena merces in eterna retributõe ſeruet̃. Idẽ. Ipa maloꝝ ſocietas purgatio bonoꝝ ẽ. Idẽ. Dubium nõ eſt. Supra de diſcordia. li. iij. Idẽ in moral'. Sicut aromata fragrãtiã ſuã nõ niſi cũ incendunt̃ expandũt. ita ſancti viri omne qd ꝟtutib⁹ redolet ĩ tribulatõne innoteſcunt. Idẽ. Flagella bonoꝝ aut vicia ꝑpetrata purgãt. aut que poterãt ꝑpetrari futura deuitãt. Idẽ. Cũ ꝑuerſum queq̃ deus oĩpotẽs ꝑcutit. ⁊ ↄdolendũ eſt miſerie ꝑeũtis. ⁊ ↄgaudendũ iuſticie iudicis Id. Electi vniuſcuiuſq̃ mẽs trib⁹ vicib⁹. i. vel labore ↄuerſionis vel tẽptatõne ꝓbatiõis. vel formidine ſolutõis atterit̃. atq̃ ipa attritõe purgata liberat̃ Idẽ. Pena interrogat ſi quiet⁹ quis veraciter amat. Idẽ plura ſ de certamine. Ioh. chryſ. in ſer. Sic pluuia in terrã deſcendẽs eleuat ſemina. ſic ⁊ tribulatio aĩam intrãs erigit deſideriũ Idẽ Qui aduerſat̃ virtutẽ ſuaꝫ deſtruit. nob ꝟo ꝑ patiam coronas oꝑabit̃. Auguſtin⁹ de paſto. Si except⁹ es a paſſione flagelloꝝ exceptus es a numero filioꝝ. Idẽ in ep'la. Terror tꝑaliũ poteſtatũ qñ veritatez oppugnat iuſtis. fortib⁹ gl'ioſa ꝓbatio eſt. ĩfirmiſ ꝑiculoſa tẽptatio. Idẽ ſuꝑ Gen̄. ad lr̃am Ipe ſibi homo in tẽptatiõib⁹ certi⁹ innoteſcit. ⁊ iuſte ſai⁹ illa ꝑpetua que turpit̃ amiſſa eſt ꝑ voluptatẽ. fortiter recipit̃ ꝑ dolorem.

Iſid. in ſyno. Aduerſa corꝑis aĩe remedia ſunt. egritudo carnẽ vulnerat. mentẽ curat. languor eñ vicia excoquit. lãguor vires libidinis frãgit. Idẽ de ſum. bo. Viri ſãcti plus formidãt ꝓſpera q̃ aduerſa. q̇a dei ſeruos ꝓſpera deijciũt, aduerſa ꝟo erudiũt.

Bern̄. ſuꝑ Qui habitat. Bonũ mihi dñe tribulari. dũmodo ipe ſis mecũ. q̃ regnare ſine te. epulari ſine te. ſine te gloriari. Bonũ mihi in tribulatiõe magis amplecti te. ĩ camino habere te mecũ q̃ eſſe ſine te vel ĩ celo quid eñ mihi eſt in celo ⁊ a te q̇d volui ſuꝑ terrã. Idẽ ſuꝑ canti. In petra. Infra de martyrio.

De martyrio Caplm XLIX

g Rego. in regiſtro. Sicut beat⁹ Cyprianus ait. martyrẽ nõ facit pena. ſed cauſa. Idẽ in omel'. Mori a ꝑſequẽte martyriũ in aꝑto oꝑe eſt. ferre ꝟo cõtumelias ⁊ odientẽ diligere martyriũ eſt in occulta cogitatõe Idẽ. Habꝫ pax noſtra martyriũ ſuũ quia ⁊ ſi carnis colla ferro nõ ſubdim⁹. ſpũali tñ gladio carnalia d'ſideria trucidam⁹. Iſid. in etymo. Duo ſunt genera martyrij. vnũ in aꝑta paſſione. alterũ ĩ occulta animi ꝟtute. Nã multi hoſtis inſidias tolerantes. ⁊ cũctis carnalib⁹ deſiderijs reſiſtẽtes. ꝑ hoc q ſe oĩpotẽti deo in corde mactauerũt. ⁊ pacis tꝑe martyres facti ſũt.

Ioh. chryſ. in ſer. Habet pauꝑtas martyriũ ſuũ. ⁊ egeſtas bene tolerata fac̃ martyrium. ſꝫ egeſtas ꝓpter xp̃m. nõ ꝓpter neceſſitatẽ. Hiero. in legẽda ſancte paule. Non ſolũ effuſio ſanguinis in ↄfeſſione martyriũ reputat̃. ſed deuote quoq̃ mẽtis ſeruit⁹ q̇tidianũ martyriũ eſt. Idẽ in epiſtola. Nec eſt ſola digna retributio cũ ſanguis ſanguine cõpenſat̃. ⁊ redempti cruore xp̃i ꝓ redemptore libẽter occũbimuſ. quis ſanctoꝝ ſine certamine ⁊c̃. Supra de certamie. Aug⁹ de ciui. dei. Quicũq̃ etiã nõ ꝑcepto regeneratiõis lauacro ꝓ xp̃i cõfeſſione moriuntur tantũ eis valet ad dimittẽda peccata. q̃ntũ ſi ablueren̄t ſacro fonte baptiſmatꝫ. Idẽ Quãto erit acrior impet⁹ belli. tãto maior gl'ia nõ cedẽti. tãto denſior corona martyrij

Bern̄. ſuꝑ cãtica. Stat martyr tripudians ⁊ triũphãs. toto licet lacero corꝑe ⁊ rimante latera ferro. nõ modo fert fortiter ſꝫ alacriter ſacrũ e carne ſua circũſpicit ebullire ſanguinẽ. Vbi ergo tũc anima martyris Nempe in tuto. nẽpe in petra. nempe in viſceribus ieſu. Idẽ. In petra habitãs quid mirũ ſi in modũ petre diruerit. ſꝫ neq̃ h̃ mirum ſi exul a corꝑe dolores non ſentiat corporis. neq̃ hoc facit ſtupor ſꝫ amor. ſubmittitur eñ ſenſus nõ amittit̃. nõ deeſt dolor ſꝫ cõtemnit̃, Idẽ in ſermone. Eſt martyrij

genꝰ ⁊ effuſio q̄dā ſanguis in q̄tidiana cor/poris afflictiōe. eſt etiā baptiſmꝰ aliq̄s in cō punctōe cordis ⁊ lachrymaꝝ aſſiduitate. ſic q̄ppe infirmis ⁊ puſillis corde neceſſe eſt. vt quē ſemel ponereꝑ xp̄o nō ſufficiūt. ſaltē mi tiori quodā ſꝫ diuturniori martyrio ſangui nē fundāt. ſic ⁊ baptiſmi sacr̄m qm̄ iterari ñ licet bis q̄ ſepiꝰ in multꝭ offendūt. frequētio ri ablūtōe ſuppleri.

De gloria Capitulū L

G Rego. in moral'. Quia ī hac vita no bis eſt diſcretio opeꝝ. erit in illa pro culdubio diſcretio dignitatū. vt ſcḋm ꝙ hic aliꝰ aliū merito ſupat. illic aliꝰ aliū re/tributiōe trāſcēdat Idē ſup illḋ Job. viij donec impleat̄ riſu os tuū ⁊c̄. In illa eterna patria cū iuſtoꝝ mēs in exultatiōem rapit̄. lingua in canticū laudis eleuat̄ Idē. Ibi vniuſcuiuſqꝫ mentē ab alteriꝰ oculis mem/broꝝ corpulētia nō abſcōdet. ſꝫ patebit ani/muſ. patebit corꝑalibꝫ oculis ip̄a corꝑis ar monia. ſicqꝫ vnuſquiſqꝫ tūc erit cōſpicabilis alteri. ſicut nūc eſſe poteſt cōſpicabilis ſibi.

Idē Sicut hi q̄ adhuc viuētes ſūt mor tuoꝝ aīas quo loco habeant̄ ignorant. ita mortui vitā in carne viuentiū poſt eos q̄lit̄ diſponat̄ neſciūt. quia ⁊ vita ſp̄ūs longe eſt a vita carnis. ⁊ ſicut corꝑea atqꝫ incorporea diuerſa ſunt genera. ita etiā diſtincta cogni/tione. qḋ tamē de animabꝫ ſanctꝭ ſentiēduꝫ nō eſt. qꝛ que intꝰ omnipotētis dei claritateꝫ vidēt. nullo modo credendū eſt. qꝛ ſit foris aliquid qḋ ignorēt. Idē. Qn̄ ad ip̄m fon tem vite venerimꝰ erit nobis delectabiliter imp̄ſſa ſitꝭ ſimꝰ atqꝫ ſatietas. ſꝫ lōge aberit a ſiti neceſſitas. lōge a ſatietate faſtidiū. qꝛ ſiti/entes ſatiabimur ⁊ ſatiati ſitiemꝰ. Idem. Eterna cōtemplatōe agit̄ vt om̄ipotēs deꝰ quo magis viſus fuerit. eo magis diligat̄.

Idē. In illa reſurrectōis gl'ia erit corpuſ noſtrū ſubtile quidē ꝑ effectū ſp̄ūalis poten tie. ſꝫ palpabile ꝑ veritatē nature. Idē in omel. Credendū eſt ꝙ ante retributiōeꝫ ex/tremi iudicij iniuſti in requie q̄ſdam iuſtos ꝯſpiciāt. vt eos vidētes in gaudio nō ſolū ḋ ſuo ſupplicio. ſed de eoꝝ bono crucient̄. iuſti ꝟo in tormētis ſp̄ intuent̄ iniuſtos. vt hinc eoꝝ gaudiū creſcat. quia malū ꝯſpiciunt qḋ miſericorditer euaſerūt. tātoqꝫ ereptori ſuo maiores gr̄as referūt. q̄nto vidēt ī alijs qḋ ip̄i ꝑpeti ſi eſſent derelicti potuerūt. Idē in dyalo. Sicut electos beatitudo letificat ita credi neceſſe eſt ꝙ a die exitꝰ ſui ignis rē/probos exurat. Auguſtinꝰ de ciuitate dei Erit illiꝰ ciuitatis ⁊ vna in omnibꝫ ⁊ inſeꝑa/bilis in ſingulis volūtas libera. ab om̄i ma lo liberata. ⁊ impleta om̄i bono. fruēs inde/ſinēter eternoꝝ iocūditate gaudioꝝ. oblita culpaꝝ. oblita penarū. nec tamē ideo ſue li/beratōis oblita. vt liberatori ſuo nō ſit gra/ta. q̄ntum ḡ attinet ad ſciam rōnalē memor erit p̄teritoꝝ etiā maloꝝ ſuoꝝ. q̄ntum auteꝫ ad experiētis ſenſum prorſus immemor

Idē. Pax celeſtis ciuitatis eſt ordinatiſ/ſima ſocietas fruēdi deo. ⁊ inuicē in ḋo Idē Quāta erit illa felicitas vbi nullū erit malū nullū latebit bonū. vacabit̄ dei laudibus q̄ erit om̄ia in omnibꝫ. Nā quid aliud agetur vbi neqꝫ vlla deſidia ceſſabit̄. neqꝫ vlla indi gentia laborabit̄ neſcio. Idē. Ip̄e finis erit deſiderioꝝ noſtroꝝ. q̄ ſine fine videbit̄. ſine faſtidio amabit̄. ſine fatigatiōe laudabi tur. hoc munꝰ. hic affectus. hic actus ꝑfecto erit om̄ibꝫ ſicut ip̄a vita erit cōmuniſ Idē In nobiſipſis imaginē dei ꝯtuētes tāqꝫ iu/nior ille euāgelicꝰ filiꝰ ad noſmet reuerſi ſur gamus. ⁊ ad illū redeamꝰ a quo peccādo re ceſſeramꝰ. ibi eſſe noſtꝝ nō habebit morteꝫ. ibi noſſe noſtꝝ nō habebit errorē. ibi amare noſtrū nō habebit offenſionē Idē. Abſit om̄is deformitas. om̄is infirmitas. omnis tarditas. omniſqꝫ corruptio. ⁊ ſi quid aliḋ il/lud nō decet regnū. in q̄ reſurrectiōis ⁊ pro miſſionis filij equales erūt angelis dei. ſi ñ corꝑe. non etate. certe felicitate. Idē. Ita deus erit notꝰ atqꝫ cōſpicuus vt videat̄ ſpi ritu a ſingulis nobis. in nobis videat̄ ab al tero in altero videat̄. in ſeipſo videat̄. in celo nouo ⁊ in terra noua. atqꝫ in om̄i que tunc fuerit creatura videat̄. Et ꝑ corꝑa in omni corꝑe quocūqꝫ fuerint ſp̄ūalis corporꝭ ocu/li acie ꝑuenīēte directi. patebūt etiā cogita/tiōes noſtre inuicē nobis. Idē de trinita te. Cōtemplatio eſt merces fidei. cui merce/di ꝑ fidē corda mundant̄. ſicut ſcriptum eſt. Mūdans fide corda eoꝝ Idē. Illud qḋ agit iuſticia. Supra libro ſcḋo de quattuor virtutibꝫ. Idē lib. iij. de libe. arbi. Tanta eſt pulcritudo iuſticie. tāta iocūditas lucis eterne. hoc eſt incōmutabilis veritatis atqꝫ ſapiētie. vt etiā ſi nō liceret in ea ampliꝰ viue/re q̄ꝫ vnīꝰ diei mora. ꝓpter hoc ſolū innume/rabiles anni huiꝰ vite pleni delicijs ⁊ circū/fluentia temꝑaliū bonoꝝ recte meritoqꝫ cō

temnerētur.nõ eniꝫ falſo aut paruo affectu
dictū eſt.quoniā melior eſt dies vna in atri
is tuis ſuꝑ milia. Idē in ſermone.Tunc
nõ peccabimus nõ ſolū factis.ſed nec cõcu/
piſcentijs.cū illā faciē videbimus que vin/
cit oēs cõcupiſcentias.tam eñ dulcis eſt
fratres mei.tam pulcra.vt illa viſa nihil ali
ud poſſit delectare.ſatietas eñ erit inſatia/
bilis.nullū faſtidiū. ſemꝑ eſuriemus .ſemꝑ
ſaturi erimus. Idē de cõflictu. Recedat
amor pſentis ſeculi in quo oēs ſic viuifi/
cant vt deinceps moriant. ⁊ ſuccedat amor
futuri ſeculi in quo oīs ſic viuificantur vt
deinceps nõ moriant.vbi nulla aduerſitas
turbat.nulla neceſſitas anguſtat. nulla mo
leſtia inquietat.ſed pennis leticia regnat.

Ioh.chryſo.ſuꝑ Iohem.Beati ⁊ ter bea
ti ⁊ multoties beati.qui beata illa potiūtur
requie.quēadmodū miſeri.⁊ ter miſeri.⁊ in/
finite miſeri.qui a beatitudīe illa ſeipos ab
ijciunt. Fulgenti⁹ in epiſtola.Sicut per
ſpeculū vitreū trina nobis viſio adminiſtra
tur.qua noſipſos ⁊ ipm ſpeculū ⁊ quicquid
pſens adeſt videmuſ.ſic per ſpeculū diuine
claritatis ⁊ ipſum deū vt eſt videbimus.qn
tum poſſibile erit creature.⁊ noſipſos ⁊ om
nia alia vera ⁊ certa ſciētia cognoſcemus.

Bern.ſuper cātica. Qui replet in bonis
deſideriū anime.⁊ ipe rationi futurus ē ple
nitudo lucis.ipe voluntati plenitudo pacis.
ipe memorie cõtinuatio eternitatis. Idē
Quare triſtis es anima mea.⁊ quare cõtur/
bas me.ſpera in deo.quoniā adhuc confite
bor illi.cū error videlicet a ratõne.a volūta/
te dolor.atqꝫ a memoria timor oīs receſ/
ſerit.⁊ ſucceſſerit illa quā ſperamus mira ſe
renitas.plena ſuauitas.eterna ſecuritas.

Idē in ſermone.Quēadmodū circa rati
onale noſtrū ⁊ ſciētia ⁊ ignorantia cõſtat tā/
qꝫ habitus ⁊ priuatio.ſic circa cõcupiſcibile
deſideriū ⁊ cõtemptus.⁊ circa id quod dici/
tur iraſcibile.⁊ leticia pariter ⁊ ira verſatur.
Implebit ergo deus rationale noſtrū luce
ſapiētie.ita vt penit⁹ nobis nihil deſit in vl/
la ſciētia.implebit cõcupiſcibile noſtrū fon/
te iuſticie.vt omnino deſiderem⁹ eam ⁊ ea pe/
nitus repleamur.ſicut ſcriptū eſt Beati qui
eſuriunt ⁊ ſitiūt iuſticiā.quoniā ipſi ſatura/
buntur.ꝑ quā iuſticiā quicquid reſpuere de
bet anima reſpuet. ⁊ quicquid cõcupiſcere
concupiſcet.⁊ ex his omnibꝫ magis appetet
quod magis fuerit appetendū. Iam ꝟo qꝺ
dicitur in nobis iraſcibile. cum repleuerit
illud deus.perfecta erit in nobis tranquilli
tas.⁊ in ſummā iocunditatē atqꝫ leticiā re/
plebimur pace diuina Idē.Sicut reple
bit animas noſtras deus cū fuerit perfecta
in eis ſcientia.perfecta iuſticia.ꝑfecta leticia
ſic replebit maieſtate eius oīs terra nr̄a.
cum fuerit corpus immortale.agile. impaſ/
ſibile.configuratū deniqꝫ corpori claritatis
ſue. Idē.Eterna omniū beatorū ſolenni
tas eſt facie ad faciē deum intueri.eius dul/
cedine ſine faſtidio ſatiari.vt quē ſemper ha
bent ſemꝑ habere velint.ac eius viſione ſine
defectu perfrui. Anſelm⁹ de ſimilitudini
bus.Partes beatitudinis ſunt pulcritudo
agilitas.fortitudo.libertas.ſanitas.volup/
tas.longeuitas.ſapiētia.amicicia. cõcordia
honor.poteſtas.ſecuritas.gaudiū. Iſta vt
eſtimo ſunt que ꝓpter ſe ⁊ ꝓpter que alia que
qꝫ ab hominibꝫ appetunt. Et ita notanduꝫ
ꝙ ſeptē priores beatitudinis partes ad cor
poris beatitudineꝫ. ſeptēqꝫ poſteriores ad
animā pertinēt. Idē. In illa vita pulcri/
tudo iuſtorū ſolis pulcritudini.que ſeptem
pliciter qꝫ modo ſit ſplendidior erit. adeq̄/
bitur. Idē.Velocitas nos tāta ꝯcomita
bitur vt ipi angelis dei eque celeres ſimus
qui a celo ad terras ⁊ ecõuerſo dicto citius
dilabunt. Idē.In futuro ſic iuſtus fortꝭ
erit.vt etiā ſi velit terram ꝯmouere poſſit.⁊
ſic ecõuerſo iniuſtus imbecillis. vt nec etiā
vermes amouere queat ab oculis ſuis.

Idem .Gaudiū erit iuſto intus et extra.
gaudiū ſurſum atqꝫ deorſum.gaudium cir
cumcirca.vbiqꝫ gaudiū plenū Idē.Tūc
iuſti ſcient cuncta que deus fecit ſcienda.tā
ea que preterita.qꝫ ea que poſtmodum ſunt
Ibi a ſingulis oēs.ibi ab omnibꝫ ſinguli
cognoſcent.nec quēqꝫ omnino latebit. q̄ pa/
tria qua gente qua ſtirpe quis editus fuerit
vel quid etiam in vita ſua fecerit.Si auteꝫ
fueris malus.vera omnino ſapiētia priua/
tus.tantis vrgeberis doloribus.vt non ſo/
lum inſipiens.verū etiē omnino fias ⁊ amēs

Idē.In illa vita ſi bonus fuerit nihil pa
tietur quod nolit.ſed agere permittetur qꝺ/
cunqꝫ voluerit.ſi vero fuerit malus ad om
nia que noluerit cogetur.⁊ ab omnibꝫ q̄ vo/
luerit prohibebitur.

Finit liber quartus phare/
tre de gratioſis.

Tractatꝰ de ſeptē donis ſpūſſancti editꝰ
a ſancto Bonauētura doctore ſeraphico.

Capitulū I

Omne datū op
timū ⁊ om̄e donū ꝑfectū de
ſurſum eſt deſcēdēs a patre
luminū. Iac. j. Sanctꝰ Ia/
cobꝫ aplus a ꝟitate paterni
ꝟbi illuminatꝰ. ⁊ a charitate
ſpūſſancti inflāmatꝰ. in ꝟbis iſtis deſcribit
nobis p̄rem eternū vt eſt fontana ⁊ perfecta
cognitio diuinaꝝ ꝑſonaꝝ in habitudine ad
creaturas. quibꝫ ꝯmunicauit datū optimū
in filij datiōe in natura humana. vt pꝫ Iſa
ie. ix. qui dicit. immēſum ꝑuulū datū nobis
ſcꝫ in incarnatōe. cū quo nobis om̄ia bona
pariter venerūt. Sapie. vij. Propt̄ qđ apo/
ſtolus nō dixit ſimpliciter datū optimū ſed
om̄e datū optimū. om̄ia eni ꝑ ip̄m facta ſūt.
Cōmunicauit etiā eis donū ꝑfectū in ſpūſ/
ſancti liberali miſſione. vt patꝫ Iohis. xiiij.
In quo om̄ia dona largiunt̄. vt patet. j. Co
rinth. xij. Propter qđ apoſtolꝰ Iacobꝫ non
dixit ſimpliciter donū ꝑfectū. ſꝫ om̄e donū
ꝑfectū. Hec eni om̄ia opat̄ idē ſpiritꝰ. vt ſic
ꝑ verbi incarnati ⁊ dati illuminationē. ⁊ ſpi
rituſſancti ſpirati ⁊ donati inflāmationē re/
ducamur ad luminoſi ⁊ amoroſi patris ve/
rā cognitionē. ⁊ feruidā dilectionē. ⁊ ex his
ad eiꝰ ꝑfectā vnionē. Iſta enim vnitio eſt fi/
nis largitionis luminū. vt ꝑ eā reducamur
ad patris deificā ſimplicitatē. ⁊ ꝑfectā vni/
tatem. Vn̄ Dionyſiꝰ ī p̄ncipio angelice hie/
rarchie aſſumēs verbū ꝓpoſitū dicit ſic. Om
ne datū optimū ⁊ om̄e donū ꝑfectū deſur/
ſum eſt deſcēdens a patre luminū. Sed et
om̄is a patre luminis note apparitiōis ꝓceſ
ſus. in nos bonitatis dono veniēs. rurſus
vt viuifica virtꝰ extēſiue nos adimplet ⁊ cō/
uertit ad cōgregātis patris vnitatē. ⁊ deifi/
cam ſimplicitatē. etenī ex ipſo. ⁊ ꝑ ipſum. et ī
ipſo ſunt om̄ia. vt ait ſacer Dionyſiuſ. Iſta
exponēs cōmentator Linconiēſis ibidē di/
cit. Sumꝰ enī nos p̄mo ꝑ varios variaꝝ re
rū amores diſtracti. diuiſi. ⁊ multiplicati. et
ex ip̄a diſtractiōe cōtracti. corrugati. ⁊ mul/
tiplicati. ideo luminū ſiue donoꝝ diuinorū
apparitio in nos ꝓueniēs velut viuifica ꝟtꝰ
ordine cōuerſo quo in nos venit recedēdo.
ſecū ad ſuā originē vnde venit ab hmōi cō/
tractiōe. corrugatiōe. ⁊ multiplicatōne nos
extēdit. dilatat. ⁊ maiorat. ⁊ auertens nos a
multitudine p̄riꝰ amatoꝝ cōuertit nos ad
patris cōgregātis vnitatē. ⁊ deificā ſimplici
tatē. Sequit̄. Sua ſimplicitas aūt eſt deifi
ca. quia ſpiritū ei ſoli adherentē. vt ſaluator
ait. iā vnit ſibi. ⁊ cōformat. ⁊ deiformē efficit
⁊ licet nō ſubſtātialiter. ꝑticipatiōe tamē ip̄i
us deū facit. ſm̄ qđ ait Pſ. Ego dixi dij eſtꝭ
⁊ ſic ſpūs adherēs deo puro amore fit ma/
gnus. expāſus. ⁊ ſimplex. ⁊ vnitꝰ. quia a diſ/
perſione cōgregatꝰ. Hec ille. Verbū igi/
tur paternū dicit̄ datū optimū. in quo om̄s
theſauri ſapiētie ⁊ ſciētie dei ſunt abſcondi/
ti. ſm̄ apoſtolū. Qđ verbū in natura huma
na nobis datū noſter frater efficit̄. quē fra/
trē ſpōſa feruēter deſiderauit. dicēs. Quis
mihi det te fratrē meū ⁊c̄. Cātico. viij. Spi
ritꝰ autē ſanctꝰ donū ꝑfectū dicit̄. qꝛ a patre
⁊ filio vt donabilis ſpirat̄. vt dicit Auguſti/
nus. xv. de trini. Qualiter verbū datū opti
mū mittit nobis donū ꝑfectū ſuū. vt ip̄e te/
ſtat̄ Luce. xij dicēs. Ignē veni mittere ī ter
ram. Qđ verbū Ambroſiꝰ exponēs de miſ/
ſione ſpūſſancti. ꝗ eſt ignis amoroſus. illu/
minās intellectū. ⁊ pariter inflāmās affectū
dicit. Venit dn̄s ignē mittere in terrā. non
vtiqꝫ bonoꝝ cōſumptorē. ſed bone volūta/
tis auctorē. ſcꝫ ſpūmſanctū ꝗ aurea vaſa do
minice domꝰ. id eſt. aīe potētias capaces di
uinitatꝭ meliorat. donis ⁊ virtutibꝫ adornā/
do ⁊ ꝑficiendo. fenū vero cōſumit et ſtipulā
id eſt. taꝫ magna ꝗꝫ minora offendicula per
ignē charitatis expellēdo. Et Bernardꝰ in
ſermone de pēthe. dicit. Spūſſanctꝰ ꝓfecto
monet memoriā. docet intelligentiā. et mo/
uet voluntatē. nec minimā paleā peccati in/
tra cordis ꝗđ poſſidet habitaculū patitur
reſidere. ſed ſtatim igne ſubtiliſſime circum
ſpectiōis exurit illud ſpūs ſuauis et dulcis
Hec ille. Qui etiā ſol infiniti ⁊ amoroſi ar/
doris. ſcꝫ ſpirituſſanctus. vt dicit̄ Eccī. xliij.
tripliciter exurit mōtes. id eſt. eleuatas mē/
tes. ſcꝫ memoriā. intellectū. ⁊ voluntatē. In
ꝗbꝫ cōſiſtit imago dei. ⁊ ideo capaces ſūt dei
vt dicit Auguſtinꝰ libro. iij. de trinitate. In
tm̄ vt pater in memoria audiat̄. ⁊ verbuꝫ ſi/
ue filiꝰ in intelligētia videat̄. et ſpirituſſanctꝰ
in volūtate amplect̄. Dicit em̄ Richardꝰ li
bro q̄rto de cōtempla. ca. iij. Sic deꝰ audit̄
ꝑ memoriā. videt̄ ꝑ intelligentiā. deoſculat̄
ꝑ affectū. amplectit̄ ꝑ applauſuꝫ. Vel ſi me/

lius placet inquit Richard⁹. Audit̃ deus ꝑ reuelationē. videt̃ ꝑ cōtemplationē. ſed deoſculat̃ ꝑ deuotionez. ⁊ aſtringit̃ ꝑ dulcedinis ſue infuſionē. vt infra plenī⁹ patebit dono quinto. ſ. conſilij. Nō aūt ſolū ſol iſte diuinus exurit mōtes. vt dicit̃ Eccl'i. xliij. ſed ⁊ igneos radios exufflat. ⁊ refulgēs radijs ſuis excecat oculos. Igneos radios ardentiſſime charitatis exufflat ſeptē. quādo nob inſpirat radios ſuos ſeptē donoꝝ qui ⁊ illumināt ⁊ inflāmant mētes humanas. qꝛ ſpiritusſanct⁹ datur in eis. intm̄ vt oculos cecoꝝ illuminēt. ⁊ oculos videntiū obcecent vt patet Actuū. ij. quādo apoſtoli a ſpūſancto inſpirati ſeptē donis eius ita lucebāt et ardebāt vt pene totū mundū illuminarēt ⁊ inflammarent ſignis ⁊ doctrinis. ⁊ quoſdā ꝓpter nimiā refulgentiā obcecarēt. nō valentes tantū fulgorē vel refulgentiaꝫ ſuſtinere quare clamabāt dicētes. Iſti ebrij ſunt. vel muſto pleni ſunt. Iſta ſeptē dona priuilegiata ſanctitate dicunt̃ radij ignei. quia ſpiritusſanct⁹ ꝑ ea quaſi ad modū ignis amoroſi humiliat alta per donū timoris. liquefacit dura ꝑ donū pietatis. illuminat obſcura ꝑ donū ſciētie. cōſolidat mollia ꝑ donuꝫ fortitudinis. reſtringit fluida vel dirigit deuiantia ꝑ donū cōſilij. clarificat metalla per donū intellect⁹. ignit frigida ꝑ donū ſapientie. Spiritusſanct⁹ igit̃ per dona ſua nobis donat lumē vere cognitiōis. ⁊ feruoreꝫ ſancti amoris. Que duo maxima dona⁊ bona ſūt que nobis hic dant̃ ad felicitatē eternam ꝑguſtandā. ⁊ in futura vita felicit̃ conſummandā. De quib⁊ duob⁊ bonis cōmentator Dionyſij. Hugo. ſup. vij. angelice hierarchie dicit ſic. Duo ſunt. cognitio ⁊ amor. vnū pertinet ad illuminationē. alterū vero ad refectionē. Cognitio veritatis illuminat Amor bonitatis ſatiat. In his beatitudo cōſtat. cognoſcere verū ⁊ amare bonū. Duo inquit hugo ꝑdicta apud nos ſunt magna bona. ⁊ nō inueniunt̃ apd̄ nos maiora alia his. nec ad gaudiū nec ad felicitatē nr̄am magis operātia q̄ȝ lumen ⁊ dilectio. Nam ſi illuminaris. magnū bonū eſt ſed non plenum. Si ſatiaris ⁊ nō illuminaris. magnū bonū eſt. ſed nō perfectū. Refectio iocūdum facit quod int⁹ eſt. illuminatio iocundū facit ⁊ exhibet quod foris eſt. Videt̃ quidem refectio magis neceſſaria eſſe. vtrūq̄ȝ tamen ad plenū gaudiū exigit̃. Hec ille. Sꝫ quia hec duo bona magna ⁊ ſumme nobis neceſſaria. ſcꝫ refectio ⁊ cognitio a ſpiritusſancto i ſeptem donis ei⁹ cōferunt̃. vt dicit Gregorius libro ꝑmo moraliū. Ideo diligēter inueſtigandū eſt nobis qualiter hec duo in illis bonis inueniant̃ ⁊ obtineātur vt nos ꝑ ipſa mentaliter illuminemur ad cognoſcenduꝫ celeſtia. ⁊ ſpūaliter reficiamur ad ꝑfecte conſequendū illa. Dicit nāq̄ȝ Gregori⁹ ibidem exponēs illud Job ꝑmo. Ibāt filij ei⁹ ſeptē ⁊ faciebāt cōuiuiū per domos vnuſquiſq̄ȝ i die ſuo. Dies inquit vniuſcuiuſq̄ȝ filij. id eſt doni ſiue virtutis in mēte a deo cōcepti eſt illuminatio. Qui filij per domos cōuiuia faciunt dū ꝟtutes ſiue dona ſingula iuxta modum propriū mente paſcūt. Hec ille. Cum igit̃ iuxta ſeptē filios ſunt ſeptē dies ſpiritu ales ſiue illuminatiōes. ⁊ quelibet dies habet ſuū cōuiuiū. Igit̃ ſicut ſeptē ſunt dies. ita ⁊ ſeptē cōuiuia erunt. ſiue ſeptē mentis refectiones nos ꝑparātia ⁊ nos habilitantia ad illud grande cōuiuiū quod ver⁹ Aſſuer⁹ ſeptē diebus iuſſit ꝑparari cunctis principibus ⁊ pueris ſuis. Heſter. j. caplo.

Capitulū. II

Viſo q̄ datū optimū ſcꝫ verbū incarnatū miſit nobis donū perfectū ſcꝫ ſpiritūſanctū. qui vt ſol amoroſo ardore exurēs mōtes. id eſt. eleuatas mentes. igneos radios ſeptē donorū inſpirādo exufflat. vt tanq̄ȝ ſcintille ignee in arundineto mētis diſcurrant. vt et in operationē foras erumpāt. ⁊ p̄ximos verbis ⁊ exēplis tāgendo igne amoris accendāt Ideo modo vidēdum eſt de iſtis ſeptē donis ſiue radijs qualiter in nobis recipiant̃ ⁊ operent̃. Et ſunt q̄dam de donis iſtis ꝑmittēda in generali. ⁊ poſtea de quolibet dicet̃ in ſpeciali. Circa primū quinq̄ȝ ſunt vidēda ꝓpter maioreꝫ noticiam alioꝝ infra dicendorum.

Primo videndū eſt quot ſint dona ſpiritusſancti. vel quid dicant̃. Secūdo qualiter hec dona ab alijs habitib⁊ diſtinguantur. Tertio que vtilitates in his donis cōferantur. Quarto qui ⁊ quales iſtoruꝫ donoꝝ capaces efficiātur. ⁊ qualiter obtineantur. Quinto qualiter dona deſcendendo ⁊ aſcēdendo ordinātur. Primo igitur videndū eſt quot ſint dona ſpiritusſancti. Circa quod eſt ſciendū q̄ linconieñ. cōmentator Dionyſij exponēs verbuꝫ illud

Omne datū optimū ⁊ omne donū ꝑfectuꝫ
dicit eſſe differentiā inter dationē ⁊ inter da
tum bonū ⁊ inter donū ꝑfectū. Nam datio
eſt dātis actio. ⁊ quādoqꝫ ſumit̄ ꝓ re data q̄
cūqꝫ que poteſt dari. Et hec datio bona ex/
tendit ſe tā ad dona data bona q̄ꝫ ad donū
ꝑfectū. Et hec datio vel donatio cōuenit to
ti trinitati que eſt infinite liberalitatis. dās
oīa oībꝫ ſm̄ cuiuſlibet capacitatē ⁊ gra
dum eſſentie ſue. Si eñ natura nō deficit ī
neceſſarijs. vt dicit̄ in libro de celo ⁊ mūdo
⁊ de aīa. multo minꝰ dn̄s nō deficit in ne/
ceſſarijs. Qui eñ oīa bona creauit. oīa
bene regit. Sed talis datio ꝓprie non dicit̄
donū ꝓut nūc loq̄mur de donis. donū ta/
men eſt. Datū vero bonū inquit Linconiē.
dicit̄ qđ nos bonificat. vt oīa que nobis
a dāte cōferunt̄ quibꝫ boni efficimur. Sūt
aūt data bona fortune. ⁊ oīa talia tā exte/
riora q̄ꝫ iteriora bona. ⁊ cū eis bene vtimur
nos ꝑficiūt ꝑfectiōe ꝓma. Donū autē perfe
ctum inquit Linconieñ. ſumit̄ ꝓ bonis gra
tuitis nos in bene eſſe ꝑficientibꝫ. Unde in
ca. iij. angelice hierarchie dicit ſic. Licet ꝑfe
cti ſimꝰ quantū ad ſpeciē humanā a natura
tamē ꝑfectio quantū ad bene eſſe deficit no
bis. Uniꝰ eñ cuiuſqꝫ rei create plena perfe
ctio eſt nō eſſe impedite oꝑatōnis ꝓpter quā
creata eſt. nec remiſſe virtutꝭ a qua procedit
Natura eñ operās ocioſa eſt ⁊ intantū defi
ciens inquantū ab oꝑatiōe ꝓpria ociat̄. Luz
vero ea nō impedite nec remiſſe oꝑatur nō
eſt qđ ei vltra ad plenitudinē adijciat̄ Ad
talē autē ꝑfectiōis plenitudinē homo mor/
talis ꝑuenire nō poteſt niſi ſuꝑnaturalibuſ
luminibꝫ ſiue donis adiuuet̄. Unde Hugo
cōmētator ſuꝑ ꝓncipiū angelice hierarchie
dicit. Rationalis creatura que ſola ad ima/
ginē cōditoris facta legit̄. data accepit opti/
ma dū cōderet̄ ad infima. ⁊ data accepit ꝑfe
cta dū ſublimaret̄ ad ſumma. Neqꝫ eñ meli
us alteri nature datū eſt ab eo qđ primū ac
cepit per creationē. ſ. imaginē dei. Neqꝫ per
fectius accepit eo qđ poſtmodū eſſe meru/
it ꝑ gratiā. ſcꝫ dei templū. dei filꝰ. vt ꝑ amo
ris vinculū deo inſeꝑabiliter colliget̄. ⁊ ſic fi
eri beatam. qđ meruit ꝑ gratiā. Igit̄ do/
na ꝑfecta gratuita ꝑficiūt dona optima na/
turalia. vt ſic ſpiritꝰ humanꝰ ꝑ habitꝰ dono
rum deiformiū reducat̄ ad plenā ꝑfectionē
⁊ oꝑeret̄ oꝑationes nō impeditas. ꝓut poſ/
ſibile eſt in corꝑe corruptibili. Et ſic dona
iſta vident̄ eſſe habitꝰ quidā gratuiti vel g/
dus quidā. ⁊ nō habitꝰ diuerſi luminis di/
uini ⁊ gratuiti. ſm̄ quoſdā a ſpūſſancto mē/
tibus humanis infuſi. quibꝫ diſponant̄ vt
habiles fiāt ⁊ diſpoſiti ad ſequendū inſtin/
ctus ſpūſſancti. qui inſtinctꝰ ſunt memorie
amonitio. intellectꝰ illuminatio. voluntatꝭ
motio. Et licet ratio ⁊ ſindereſis ſint q̄dam
inſtinctꝰ in homine inclinātes eū ad aliquē
ſibi cōnaturalē finē cōſeqnendū ꝑ potētias
eius. tamē ꝙ cōſequant̄ finē vltimū ſuꝑna/
turalem nō ſufficiūt. quia in corꝑe corrupti
bili habēt oꝑationes multipliciter impedi/
tas. Et ideo indigēt virtute ſuꝑioris agen/
tis ad cōſecutionē talis finis. Unde phi
loſophꝰ in libro de bona fortuna dic̄. His
qui mouent̄ ꝑ inſtinctū diuinū nō expedit
cōſiliari ſm̄ rationē humanā. quia id qđ in/
tendūt cōſequunt̄ a meliori ꝓncipio q̄ꝫ ſit ra
tio humana. ſcꝫ ꝑ inſtinctū diuinū. Ad cuiꝰ
inſtinctus ꝯſecutionē dona eius nos habi
litant ⁊ ꝓparāt. que ab ipo liberaliſſime do
nant̄. Sunt aūt hec priuilegiata dona
ſeptē. que dicunt̄ priuilegiata eo ꝙ ī eis do/
natur ſpirituſſanctꝰ appropriate loquendo.
⁊ ꝙ ſm̄ ꝓphetā fulſerūt in chriſto. vt ptꝫ Iſa
ie. xj. qui dicit ea ſuꝑ florē qui aſcēdit de radi
ce yeſſe requieuiſſe. vbi enumerat ea dicens
Requieſcet ſuꝑ eū ſpiritꝰ dn̄i. ſpiritꝰ ſapien/
tie ⁊ intellectꝰ. ſpiritus cōſilij ⁊ fortitudinis
ſpiritꝰ ſciētie ⁊ pietatis. ⁊ replebit eū ſpirituſ
timoris dn̄i. In hac aūt enumeratōe deſcē/
dendo ꝓcedit a ſummo ⁊ cōbinādo ꝑ medi
am copulā. vt ſimul oſtendat̄ donoꝝ diſtin
ctio ⁊ cōnexio. origo ⁊ ordo. Sunt autēꝫ
hec dona tm̄ ſeptē. Quia ſicut dicit Grego/
rius ſuꝑ Ezechielē. ſcđa parte. omelia tertia
Per ſeptenariū ſignificat̄ vniuerſitas. vt ſi/
cut mundꝰ ſeptē diebꝫ eſt ꝑfectus. ſic ⁊ minor
mundꝰ homo ſeptē donis ſpirituſſancti ꝑfi
ciatur. Sunt eñ ſeptē dona ꝓpter ſeptē ex/
peditiōes hominis. tā in vita actiua q̄ꝫ in vi
ta cōtemplatiua neceſſaria. Nā Anſelmꝰ li/
bro de ſimilitudinibꝫ circa finē dicit. ꝙ qua
tuor dona inferiora reſpiciūt vitam actiuā.
⁊ tria alia reſpiciūt vitā cōtemplatiuā. Su/
periora ſunt donū ſapiētie. intellectꝰ. cōſilij.
vt infra patebit. Et ſic ſeptē dona ſunt ſep/
tem radij ſpirituales tā ſplendidi q̄ꝫ igniti.
procedētes a ſole ardētiſſime charitatis. q̄/
bus ſapiētia edificauit ſibi domū. Prouerb
ix. ⁊ maneriū quaſi ſeptē columnis exciſis.

quibus fulcitur ⁊ adornatᷣ ⁊ perficitur. In
qua ſapiētia dulciſſima cōuiuia ſpiritualia
miniſtrat inhabitātibus. Unde dicitᷣ ibidē
ſcꝫ Prouerb. ix. Sapiētia īmolauit ſibi vi/
ctimas ⁊ miſcuit ſibi vinū. ⁊ propoſuit mē/
ſam ſuā. cuius copiā ⁊ dulcedinē nemo ſcit
niſi qui accipit per experiētiam. vel per reue
lationē. vt dicit Auguſtin⁹ ſuper Apocal.
ca. ij. vel ꝑ predeſtinationē ait Haymo ibi/
dem.

Capitulū III

Secūdo vidēdum eſt qualiter hec ſe
ptem dona ſpūſancti ab alijs habi
tibus ⁊ donis diſtinguātur De q̄
notandū eſt q̄ cōmentator Dionyſij Hug.
ſuper ꝓncipiū angelice hierarchie dicit ſic.
Gratia diuina illuminatio eſt. ⁊ ipſa dona
gratie lumina ſunt illuminātia eos qui ſe ꝑ
ticipant. ⁊ oīs gratia ab vno fonte deſcen
dit. ⁊ oīs illumiatio ab vno lumine. ⁊ mlᷣ/
ti ſunt radij ⁊ vnū lumen. Et ſpargit ſe vnū
vt multos illuminet. ⁊ luceāt illumiati mul
ti. ⁊ nō vidētur niſi vnuꝫ lumen. ⁊ fiūt multi
vnum in lumine vno. Hec ille. Ex quo ap/
paret q̄ gratia eſt lumen multos habēs ra/
dios vel gradus diuerſarū virtutū ⁊ orna/
mentoꝝ ſpiritualiū. In ipſa em̄ gratia gra/
tum faciēte datur ſpūſanct⁹ qui eſt donum
perfectū ꝑficiēs aīam vt efficiatᷣ filia patris
eterni. ſpōſa chriſti. ⁊ templū ſpiritusſancti.
ideo merito vocatᷣ gratia gratū faciēs. Si
ne em̄ ipā null⁹ poteſt mereri. nec in bono ꝑ
ficere. nec ad eternā vitam ꝑuenire. ideo ne/
ceſſe eſt vt per varios radios gratie habeat
anima varia exercitia virtutū. donorū. bea/
titudinū. fructuū ſpiritualiuꝫ. ⁊ ſpūalia do/
na ſenſuū. ⁊ vita ſpiritualis ex ipſis perfecta
manifeſtetᷣ. Gratia igitᷣ cū ſit origo et for/
ma omniū habituū. ⁊ gaudiū virtualiū ra/
mificatur in habitus vel gradus virtutuꝫ
moraliū. quibꝫ vires appetitiue perficiuntur
ad obediendū ratiōi qua reguntᷣ. vt in om̄i
bus actibꝫ ſuis recte ⁊ delectabiliter ⁊ perfe
cte om̄ia operentᷣ. Sunt autē quattuor
virtutes morales. que dicuntᷣ cardinales.
quia vt oſtiū vertitᷣ in cardinibꝫ. ſic vita hu/
mana vertitᷣ ⁊ regitur in his virtutibus. q̄
ſūt. Prudētia que rectificat rationalē. For/
titudo rectificat iraſcibilē. Temperātia re/
ctificat cōcupiſcibilē. Juſticia rectificat om
nes vires. quia cōprehendit toti⁹ anime re/
ctitudinē. cum ipa rectitudo dicatur volū/
tatis. Et dicit Auguſtin⁹ q̄ prudētia neceſ/
ſaria eſt in eligēdis. fortitudo in tolerandis
temperātia in vtēdis. iuſticia in diſtribuen/
dis. Et Auguſtin⁹ in libro muſice dicit Q̄
prudētie ſuccedit cōtemplatio. fortitudini
firma adheſio. tēperantie dilectiōis mēſura
reſpectu creaturaꝝ vel creature (quia dilecti
onis diuine mēſura eſt ſine menſura. vt dic
Bernard⁹ in libro de diligendo deo circa
principiū) iuſticie ſuccedit ordinatio debita
ad deū ⁊ proximū. Ramificatᷣ etiā gratia
gratū faciēs in habit⁹ vel gradus virtutuꝫ
intellectualiū. quibꝫ ratio ꝑficitᷣ. que eſt virtu/
tum moraliū motiua ⁊ directiua ne per im/
moderantiā illarū impediantᷣ virtutes itel/
doni ſcꝫ ſapiētie ſignificaꝛ ꝑ diem ſeptimā
que veſperā nō habet. Geneſ. ij. Cuius ra
tio eſt. Quia ſic̄ dicit Anſelm⁹ in lib. de ſili.
donū ſapiētie ꝑtinet ad vitaꝫ contemplati/
uam. que eſt optima pars quā maria elegit
que nō auferetꝛ ab ea. Luce. x. ſed magis in
patria ꝑficietur. Unde gloſa ibidē dicit ſic.
Cōtemplatiua vita hic incipit et in celeſti
patria ꝑficiꝛ. quia amor eſt ignis qui arde/
re incipit. ſed cū ipm quē amat videbit am/
plius in amore igneſcit. Et Grego. vj. mo/
raliū exponens illud verbū dicit. Actiue vi
te oꝑa cum corꝑe trāſeunt. contēplatiue au
tem vite gaudia meli⁹ ex fine ꝯualeſcūt. q̄re
nō deficient ſed ſine fine manebūt. Quare
ſm Pſal. Melior eſt dies vna in atrijs tu/
is ſuꝑ milia. q꞉ in illa die ſeptima quietis q̇
nullam veſperā alicui⁹ finis habebit mens
cōtemplatiua ꝑ ſeptiformē ſpiritū eternali
ter req̇eſcit. dicens cū Pſ. Hec req̇es mea
in ſeculū ſeculi. hic habitabo qm̄ elegi eam.

Capitulū V.

q Uinto videndū eſt q̄liter ſpūſſan/
ctus ꝑ donū ſapiētie in die illius. i.
in illumīatione ſua cōuiuiū ſpiritu
ale mēti ꝑparet. De q̇ notandū eſt ꝙ ſctūs
Bernard⁹ in lib. de diligēdo deū parū vl/
tra mediū libri dicit. ꝙ ſapiētia triplex cele/
brat ꝯuiuiū. ⁊ ex mera cōplet charitate. gra
datim tamē. Cibat in hac vita laborantes.
potat poſt hanc vitā quieſcētes. ⁊ inbriat in
eterna vita regnātes. ſcꝫ beatos. Primo
eīn in carne mortali labores manuū nr̄aꝝ
manducam⁹ cū aliquali labore maſticādo
qđ glutiendū eſt. poſt mortem vero in vita
ſpirituali iā bibim⁹ ſuauiſſima quadā faci/
litate. a corpore abſorpti. Tandē in redditi

tis corporibꝫ in vita īmortali inebriamur
mira plenitudine exuberātes. Quare ſpon
ſus in Canticꝭ ca. v. dicit. Comedite amici
mei ante mortē. bibite cariſſimi poſt mortē
⁊ inebriamini cariſſimi poſt reſurrectionē.
Et ibidē dicit Bernardus ſic. Inter iſtos
tn̄ differētia eſt. Nā hi qui in carne grauati
ſunt. ⁊ adhuc viuūt. amici dicunꝛ. ꝓ charita
te quā habēt. q̇ vero ſoluti ſunt a carnis cō
pedibus eo ſunt chariores q̇ ⁊ ꝓmptiores ⁊ ex
peditiores ſunt ad amandū. Porro beati
merito cariſſimi noīanꝛ. q꞉ ⁊ maiori chari/
tate inebrianꝛ ⁊ cōſolanꝛ. vt infra patebit.
Et dicit ibidē Bern̄. Anīa fidelis comedit
panem ſuū. ſed heu in ſudore vult⁹ ſui. q̇a
manens in carne adhuc ambulat ꝑ fidem.
que tamē ꝑ dilectionē operaꝛ. Porro ipſuꝫ
opus cibꝫ eſt. dicente dn̄o. Meus cibꝫ eſt
vt faciā voluntatē pr̄is mei Johis. iiij. No
ta multi deſiderāt charitatē ſed nolūt labo
rare ꝓ ea. Audi q̇d Origenes ſuꝑ Cantica
dicit. ꝙ ad boni oꝑis multiplicationē dile/
ctio multiplicaꝛ. multiplicatio aūt dilectio
nis eſt dulcꝭ refectio mētis. De his tribꝫ cō
uiuijs dicendū eſt. Primo igiꝛ de conui
uio ꝓmo: qđ eſt ꝯuiuiū amicorū. qđ ſpūſſan
ctus ꝑ donū ſapīe celebrat in mente huma
na vt exiſtit in corꝑe. De q̇ Grego. ꝓmo li/
bro moraliū dicit. Sapīa in die ſuo conui
uiū facit. q꞉ mentē de eternoꝝ ſpe ⁊ certitu
dine reficit. Cuius rō eſt. q꞉ ſicut dicit Gre
gori⁹ lib. vj. moral. Spes in eternitatē ani
mū erigit. ⁊ ideo nulla mala q̄ exteri⁹ tole/
rat ſentit. ſed magꝭ gaudet ⁊ hylareſcit. De
quo cōuiuio eſt notandū ꝙ Richard⁹ ī tra
ctatu ſuo đ diuerſis affectibꝫ dicit. ꝙ amor
eſt dulcedo ſaporis intimi. a q̇ ſapore deno
minaꝛ ſapīa. ⁊ quāto q̇s ardenti⁹ amat. tan
to ſuaui⁹ guſtat. Igiꝛ ſm gradus amoris ⁊
ſapiētialis ſaporis pn̄t diſtiugui grad⁹ cō/
uiuij ſpūalis. qđ ſpūſſctūs ꝑ donū ſapiētie
celebrat in mentibꝫ viuentiū ⁊ in corꝑe la/
borantiū. Nā inter viuētes in corꝑe inquit
Bernard⁹ ibidē. quidā ſunt cari. quidā ca/
riores. quidā cariſſimi. qđ ſalomon innuit
Canticoꝝ. v. vbi dic̄. Comedite amici mei
⁊ bibite ⁊ inebriamini cariſſimi. Hi ſunt ca
ri qui inuitanꝛ ad comedendū. cariores au
tē inuitanꝛ ad bibendū. cariſſimi aūt inui/
tanꝛ ad inebriandū. Rō hui⁹ ordinis eſt. q꞉
ſm menſurā dilectiōis etiā diſpenſaꝛ ⁊ mo
dus manifeſtatiōis ⁊ ſapide deguſtatiōis.

Q

vt dicit Richardꝰ lib.iiij.de ↄtēplatiōe.ca.
xvj.Amici aūt hic dicunt̄ q̄ tanq̄ȝ incipien/
tes aliquē gradū charitatꝭ attingūt.q̄re di
cunt̄ amici dei.Amicos autem dei oportet
mundū iſtū ſapient̄ odire.Nā qui mundū
diligit inimicꝰ dei conſtituit̄.qꝛ nō eſt cha/
ritas pr̄is in eo.ait Johēs.j. canoni.ij.ca.
Ideo tales indigēt vt a ſapīa reficiant̄ per
aliquā deguſtationē ſpūalis ↄſolatiōis cō/
petentē eis.eſtū ↄcupiſcētie refrigerantis.
vt a mūdo ⁊ delectatiōib9 abſtrahant̄.⁊ pa
ne ſapientiali ↄfortent̄. Hoc oñdit Hugo
libro.iij.de archa Noe.vbi dicit ſic.Poſtq̄ȝ
eñ mens homīs quadam (vt ita dixerim)
violentia a delectatiōe carnali partim ab/
ſtracta fuerit. neceſſe eſt vt ſtatim iā aliq̄d
ſpūalis gaudij p̄guſtare incipiat.ne ſi oīno
a delectatione aliena remanſerit.q̄ſi ſemen
ſine humore ad germen ſapīe conualeſcere
nequeat. Fit ḡ diuina gr̄a aſpirāte.vt cum
animꝰ pfectꝰ a corporeis paſſiōib9⁊ deſide
rijs terrenis exutꝰ fuerit.quadā ſtatim in/
ſolita leticia pfundat̄ vt amplīꝰ amaruȝ eſ/
ſe cognoſcat qđ deſeruit.ſcꝫ mundū q̄ ma/
gis dulce ſentit eſſe qđ inuenit ſcꝫ ſapiētiā.
Illas eñ mētes in eterne dulcedinis deſi
deriū trahit.quas nullꝰ ↄcupiſcētie carna/
lis affectus forꝭ religauit. Hec ille. Ami
ci igit̄ dicunt̄ comedere.qꝛ tanq̄ȝ minꝰ pfe/
cti in charitate cibū ſpūalem difficilius ſu/
munt. Vñ Richar.lib.iiij.de ↄtemplatiōe.
ca.x.loquēs de iſta comeſtione amicoꝝ.di/
cit. Certe q̄ comedunt dū ſumptū cibū ma
ſticant nō ſine mora vel q̄licunq̄ȝ labore il/
lud in q̄ delectant̄ traijciūt. Nōne illi tibi vi
dentur comedere q̄ cū multo ſtudio ⁊ mul/
ta meditatione vix pñt ad veritatis delici/
as pringere. Hec ille. Vnđ ſapīa Prouer.
ix.vocat prius ad comedendū dicens. Ve
nite comedite panē meum. Et q̄s eſt iſte
panis aliꝰ ad quē ſapīa inuitat niſi ille quē
ſpūſſanctꝰ de celo preparauit. Sapie.xvj.
Quē ſpūſſ.ſapiētie in vtero v̄ginis forma/
uit.vt dicit Ambro.Quē omib9 ſuis doniſ
adornauit.vt legit̄ Iſa.xj.Quē ſpūs chari
tatis in igne paſſionis piſtauit. Hoc enim
eſt ſacrificiū coctū in clibano de ſimila pa/
nis abſq̄ȝ fermento. Leuitici.ij. Quē ſpūs
largitatis in ſacramēto charitatꝭ nobis cō
municauit. Quē q̄ſi quotidianū poſtulāꝰ.
Luce.xj.Quē omi delectamento ⁊ ſaporis
ſuauitate ſpūſſanctꝰ condiuit. Sapie.xvj.

Habet eñ in ſe panis ille omē delectamē/
tū.Quē nobis manducāduȝ cū angelis in
eterna beatitudine cōſeruauit. Luce.xiiij.
Beatꝰ qui manducat panem in regno dei.
Vbi dicit Augꝰ.ī gloſa.Quis eſt panis re
gni dei niſi q̄ dicit. Ego ſuȝ panis viuus q̄
de celo deſcēdit.nō cib9 corpis ſed cordis.
nō figuratiuꝰ ſed verꝰ.nō mortuus ſed vi/
uus.nō trāſiens ſed pmanens.nō deficiēs
ſed eternaliter reficiēs ⁊ dulciter ſatians.
Hec omia Johis.vj. Hunc cibū docet co
medere Origenes.exponēs illud Cantic.
ij Et fructꝰ eius dulcis gutturi meo. Vbi
dicit ſic. Da mihi dñe fructū dulcē.fructuȝ
vite anīe mee. Altus eſt.attolle deſideriuȝ.
benedictꝰ eſt.ſanctifica obſequiū.imputri/
bilis eſt.purifica affectuȝ.ſuauis eſt.letifica
animū. Et gloſa dicit ibidē. Saturata ſuȝ
celeſti dulcedine de corpe ſuo. Sunt ⁊ alia
fercula amicorū.de quib9 habes ſup̄ in do/
no ſcientie.q̄ miniſtrant̄ in mēſa ſacre ſcri/
pture. Sed cū iſte cib9 ⁊ fructꝰ benedictus
habeat in ſe delectamentū omis ſuauitatꝭ.
Sapie.xvj. Ideo nō ſolū (vt dicit Cantu
arieñ.) eſt dulcis gutturi.ſed ⁊ omib9 ſenſi/
bus interioribus ⁊ ſpiritualib9 dulcis eſt ⁊
eos ↄfortat. Vnde iſte cib9 eſt dulcis viſui
p contemplationē limpidā. Ecc̄s.xj. Dul/
ce lumen ⁊ delectabile eſt oculis videre ſa/
pientie ſolē. De q̄ ꝓpheta. Solem nube te/
gam.i.corpe. Dulcis eſt auditui p inſpira/
tionē celicā. Vnde Prouerb.xxvij. Bonis
amici ↄſilijs anīa dulcorat̄. Dulcis eſt olfa
ctui p ſuauitatē odoriferā.qꝛ in odoreȝ vn/
gentorū tuorū currimꝰ poſt eū. Cantico.j.
Dulcis eſt guſtui p maſticationē ſapidam.
pma Petri.ij.cap̄.dicit̄ ſic. Si tñ guſtaſtis
qm̄ dulcis eſt dñs. Dulcis eſt tactui p ten/
tionē amabiliſſimaȝ. de qua dixit amatrix
eiꝰ. Tenui eū nec dimittā. Canticoꝝ.iij. De
hoc fructu vel cibo dicit Alexāder neq̄ȝ ibi
ſic. Iſto fructu ciues ſupni recreantur.illo
fructu delectant̄.illo fructu ſatiant̄. Ideo
o virgo virginū bñdicta tu in mulieribus
⁊ benedictꝰ fructus ventris tui ora q̄ ⁊ nos
reficiamur.licet aliq̄li labore dulcis maſti/
cationis.

Capitulū VI.

ſ Ed qꝛ in cōuiuio ſpūali mentꝭ exi/
ſtentiū in corpe non ſufficit cib9 ſine
potu magꝭ diligentib9 ⁊ dilectꝭ. vn/
de clamant cū maria. Vinū nō hñt. Joh.
ij. Ideo ſapia poſt inuitationē amicorū ad

comedendū. Prouerb.ix. ſcđo inuitat magis dilectos in amore exercitatos ad potādum di. Et bibite vinū qđ miſcui vob. Rationē hu⁹ ordinis aſſignat Origenes ibidem dicēs. Nō eſt plena refectio nec oīmoda refectiōis delectatio niſi cū cibo potus iungat. Et amica iam in amore exercitata. Canticoꝝ.ij. poſtq̄ dixit ſe a dilecto dulcibus refectā fructib⁹ ſtatim ſubiūxit ſe ī cellam vinariā introductā ab eodē dicēs Cāticoꝝ.ij. Introduxit me rex in cellaꝫ vinariā. Ubi Origenes dicit. Sponſa hec nequaq̄ gratias egiſſet de introductiōe ſua ī cellam vinariā. niſi ipa cella vinaria multiplex vinū ex multiplici collectū vinea habuiſſet. Diuerſitas em̄ poculi boni. melioris. ⁊ optimi diuerſitatē delectatiōnū generat. Hec cella vinaria ſicut dicit Uercelleñ. eſt verbū eternū ſapiētia patris ɔtinens omnes theorias.i. reuelatiōes q̄ pleniſſime cōtinent vinū ſpūalis gaudij ⁊ vbertim fundunt in amantes. In hac nanq̄ cella vinaria inuenit̃ oīe gen⁹ vini mentes ſcrās reficiens ⁊ letificans ſm varios grad⁹ amoris. vt oñdit glo. Canticoꝝ.ij. ſup illud. Introduxit me rex in cellā vinariā. vbi dic̄ ſic. Q̄cito guttur meū dulcedinē gratie eius attigit. ita me recreauit ſpū ⁊ ab amore terrenorū in ſupna tranſlatū ſentio. ac ſi ī cella vinaria noui meri odore ī poculo ſim refecta. In hac cella inuenit vinū pſpicuū ſiue purum vinū ignitū. vinū conditū. ⁊ cetera huiuſmōi vina. vinū precipuū appoſituꝫ magnificentia regia dignū. Heſter.j. capit̃. Uinū quoq̄ vt regia magnificētia dignuꝫ erat habundans ⁊ pcipuū ponebat̃. Uinū pſpicuū ſiue merū diſtributū manu ſapientifica. in Pſ. Calix in manu dñi. vini meri plen⁹ mixto. Uinū ignitū incaleſcens humana pcordia. Heſter.vij. Poſtq̄ aſſuerus vino incaluerat. Pſ. Incaluit cor meū intra me. Uinū conditū ſeu aromaticū redolens pigmenta fragrātia. Cantic. viij. Dabo tibi poculū ex vino cōdito. Sed qđ hec diuerſa vina ſignificāt niſi quoſdā gradus caritatis. amatrices aīas potātes et reficientes nō tamē adhuc inebriantes. vt dicit Richar. libro.iiij de ɔtemplatiōe vbi dicit ſic. cap.xvj. Attende q̄ ex magnitudine diuine dilectiōis pendet mod⁹ diuīe reuelatiōis. quare dicit ꝓpheta. Dilecti comedunt. cari bibunt. ſed cariſſimi inebriantur

Cui⁹ rationē infra aſſignat libro.v.ca.v.dicens. Q̄diu huiuſmōi ebrietatē ⁊ exceſſum in nobis nō ſentim⁹. qđ aliud ꝺ nobis ſentire debem⁹ niſi q̄ minus diligimur. et niſi quia min⁹ diligim⁹. Sequit̃. Si em̄ quiſquis es plene pfecteq̄ diligeres. forte di'ectionis tue nimietas eſtuantiſq̄ deſiderij anxietas in eiuſmodi te raperet ebrietatem ⁊ exceſſus. Sequit̃. Sane ſi dilectiōe plene dign⁹ extitiſſes. ſi tanta dignatiōe te idoneū exhiberes. forte tanta luminis claritate ſiue intelligētie oculos tuos irradiaret. tanta intime dulcedinis ſuauitate cordis tui deſideriū inebriaret. q̄ teipm ſup̄ temet ipm raperet. ⁊ p mētis exceſſuꝫ in ſuperna eleuaret. Igitur amici comedūt. qui ſumptūm cibū maſticant. nō ſine mora vl' qualicunq̄ labore illud in quo delectant̃ traiciunt. Qui vero bibūt ex diuinis reuelationib⁹ ſumma cū facilitate ⁊ iocūditate hauriunt qđ intima veritatis ſuauitate ɔcupiſcunt. Hec ille. Sed cariſſimi inebriantur vino fortiſſimo dulciſſime caritatis. De q̄bus modo dicendū eſt.

Capitulū VII.

i Gitur tercio videndū eſt q̄ ſint cariſſimi in cōniuio ſpūali exiſtentiuꝫ in corpe. ⁊ que ſit ſobria ebrietas illorū. Primo notanduꝫ eſt q̄ Origenes exponens illud Canti.v. Amore langueo. diſtinguit inter ſimplicē amorē. ardorē ⁊ languorem. dicens. Amant incipiētes. ardent pficientes. ſed languent in amore perfecti. Languor iſte (ſicut dic̄ Uercelleñ. ibideꝫ) vſq̄ ad mortē ducit. Mors autē eſt plena ſeparatio vitalis ſpūs a corpe. et ſignificat plenā ſeparationē vitalis affect⁹ p exceſſuꝫ mentis ⁊ oīmodā vnitionē ad deum. Et gloſa ibidē dicit. Pre amoris magnitudie oīa tpalia ſunt mihi faſtidio. Qui aūt maxime deū diligūt. maxime ab eo diligūtur. ideo cariſſimi ſunt. q̄ꝛ Prouerb.viij. dic̄ ꝺomin⁹. Ego diligentes me diligo. Sunt et cariſſimi deo q̄ maxime in deo delectātur. q̄ꝛ maxime diligūt. Uñ Canticoꝝ.vij. dicit dilect⁹ vere amatrice ſue. Q̄ pulchra es ⁊ q̄ decora cariſſima in delicijs. Qđ exponens Uercelleñ. dicit. Q̄ pulchra es feruorib⁹ affectualib⁹ ⁊ ſpiritualib⁹. cariſſima ꝓpter pcipuā pulchritudinē ⁊ feruidā dilectionē. q̄a nihil eſt menti dulci⁹. nec eſt aliq̄d qđ mentem deo cariorē faciat q̄ ſi in ipo intime de

lectetur q̄ nihil delectabilius eſt. Hec ille.
Cū hoc ꝯcordat glo. ibidez que dicit. Ca/
riſſima es dño tuo ex hoc ꝙ vacas celeſtibꝫ
delicijs. Cuiꝰ experientiā videt̄ habuiſſe q̄
loquens de ſapiētia dixit. Nō habet ama/
ritudinē cōuerſatio illius nec tediū cōuictꝰ
illius. ſed leticiā et gaudiū ⁊ amicicia illius
delectatio bona. Sapie. viij Sed nunc
videndū eſt q̄d ſit illa ebrietas qua cariſſi/
mi in conuiuio mentali ſobrie inebriantur.
De q̄ Dioniſiꝰ in ep̄la ad Titū circa finem
ſic dicit. In nobis ſiquidē ebrietas in ma/
lo dicit̄ incōmenſurabilis adimpletio ⁊ ex/
ceſſus mentꝫ ⁊ ſenſuū. Ideo autē attribuit̄
ebrietas in bono q̄ nihil aliud ē niſi ſuper/
plena omniū bonorū immēſuratio preexi/
ſtens in ip̄o ſm̄ cauſam Sequit̄. Dicit̄ er/
go deus inebriatꝰ ⁊ exceſſum paſſus in eo
ꝙ his om̄ibꝫ ſupeminet excedendo omnez
menſurationē. ⁊ eſt extra om̄ia ⁊ ſuper om
nia. Et Vercelleñ. ſup Canti. tractās illud
Inebriamini cariſſimi. dicit. Que ꝟa ⁊ ſan
cta ebrietas ſit colligit̄ ex ꝟbis magni Dio
niſij ad Titū. vbi recitat eadē verba que ſu
pra dicta ſunt. exponēs illud. Introduxit
me. dicit ibi. Aſſidua theoriarū. i. reuelatio
nū varietas ⁊ ꝓfectus aſſidui ſponſe indu/
cunt q̄ſi experimētaliter talē ebrietatem. vt
videat̄ idem repetere. Que ſupra dixit. cel/
laria. modo dicit cellā vinariā. que q̄ſi idez
ſunt. Non inquit Vercelleñ. intelligat̄ ſpō
ſa aliquādo dicta repetere. ſed aſſiduas il/
luminatiōes expiri. qḋ mentibꝫ ꝯtēplatiuis
tam fortiter q̄ꝫ aſſidue ad radiū ſuperiorez
exercitatis om̄ino familiare eſt. Dicit ḡ ex/
perimentaliter. introduxit me ꝑ interiores
⁊ ꝓfundiores theorias q̄ꝫ priꝰ. qꝛ Hiere. iij
dicit̄. Poſt me ingredi nō ceſſabis. in cellā
vinariā. i. vinū cōtinens om̄es theorias. id
eſt reuelationes. Et ibidē Vercelleñ. dicit.
Ad huiꝰ ebrietatis ſupſubſtātialis qualē/
cūq̄ꝫ ſil̄itudinē ſpūales viri dicunt̄ inebria
ri. ꝓpter exceſſiuā habundātiā luminū diui
norū. Audi (inq̄t Richar. libro de patriar
chis. ca. xviij.) hoīem hac ebrietate maden
tem. ⁊ quid circa eū agat̄ om̄ino ignorantē
Siue in corꝑe inquit ſiue extra corpꝰ. ne/
ſcio. deꝰ ſcit. Quomō putas inebriatꝰ erat.
quō mūdus ei in obliuionē venerat. qui ſe/
ip̄m neſciebat. Hec Richardꝰ. Hec autē
ebrietas ſpiritual' cauſat̄ ex nobiliſſimo vi
no fortiſſime caritatis. Vñ Richar. iij. de
ꝯtempla. ca. xvi. dicit. Ecce cariſſimi inebri
antur. Ebrietas autē mentis alienationez
efficit. ⁊ ſupne quidem reuelatiōis infuſio
eos dūtaxat q̄ cariſſimi ſunt in mentis ex/
ceſſum adducit. Talē ꝓpheta ebrietatē deſi
gnare voluit cuz dixit. Inebriabuntur ab
vbertate domus tue. ⁊ torrente voluptatꝫ
tue potabis eos. Et ſequit̄. Si igitur cupi
mus hac ebrietate madere. ⁊ mentis theo/
ricos exceſſus frequētare. ſatagamꝰ domi/
nū noſtrū intime ⁊ ſumme diligere. ⁊ oī bo/
ra in diuine ꝯtemplatiōis gaudiū cū ſum/
mo deſiderio anhelare. Nā quando mens
noſtra intima illa interne ſuauitatis habū
dātia potata imo plene inebriata fuerit q̄d
ſit. quid fuerit penitꝰ obliuiſcit̄. ⁊ in abalie/
natōnis exceſſuz tripudij ſui nimietate tra
ducitur. ⁊ in ſupmundanū quendā affectū
ſub quodā mire felicitatꝫ ſtatu raptim trāſ
format̄. Nec mireris. qꝛ ſicut dicit Vercel/
leñ. in prologo ſup Canti. Tanta eſt virtꝰ
veri amoris boni ⁊ pulchri ꝙ nō ſoluz facit
hoīes ⁊ angelos q̄ſi naturā ꝓpriam egredi.
vt in deū aſcendāt. ſed etiā deuz facit qua/
ſi naturā ꝓpriam egredi. inegreſſibilē tamē
a ſe. vt ad creaturas q̄ſi infra naturā ſuam
ꝓcedendo ꝯdeſcendat. Et accepit iſtud ver
bum a Dioniſio libro. iiij. de diuinis noī/
bus. vbi dicit ſic. Audendū eſt dicere ꝓ ve/
ro. qꝛ ip̄e deus omniū tam pulchro ⁊ bono
amore exit ꝑ habundantiā amatiue boni/
tatis quaſi extra ſeip̄z. ſic ꝓuidet om̄ibꝫ ex/
iſtentibꝫ. ⁊ ꝑ bonitatē ⁊ amorē q̄ſi trahitur.
⁊ ad illud qḋ eſt in om̄ibꝫ deducit̄. ſm̄ virtu
tem ſupſubſtantialē facientē extaſim. ſed a
ſeip̄o inegreſſibilē. vt adamas ferrū trahit
ad ſe immotꝰ manens. Ip̄e eñ mouet ſicut
deſideratū ⁊ amatū. vt dicit̄ libro p̄mo de
celo ⁊ mundo.

Capitulū VIII.

Sed poſt hec ſecūdo videndū eſt de
ſecūdo cōuiuio qḋ eſt aīe ſeparate
a corꝑe. Et ſm̄ Bernar. vbi ſup̄. eſt
cōuiuiū quieſcentiū ⁊ magis dilectorū. Et
in h̄ cōuiuio ſpūſſctūs ꝑ donū ſapie conui/
uantes potat vino nō puro ſed lacte mixto
Vñ Bernar. ibidē dicit. Aīe a carne exu/
te iā pane doloris nō cibant̄. ſed vinū amo
ris poſt cibū pleniꝰ haurire ꝑmittunt̄. non
tñ purū. ſed cū lacte mixtū. vt q̄libet illarū
poſſit dicere illud Canticoꝝ. v. Bibi vinū
meū cū lacte meo. Vinū eñ diuini amorꝭ

miſcet cū dulcedine lactis.i. naturalis affe
ctionis q̄ reſumere corpus ſuū glorificatū
deſiderat. Sequit̄. Eſtuat ergo aīa nunc
ſancte caritatꝭ vino potata.ſed plane nōdū
vſqꝫ ad ebrietatē cōſummata.qꝛ temperat
interim ardorē diuine caritatꝭ ꝑmixtio hu
morꝭ lactis.i.naturalis affectiōis. Itē3 di/
cit Bernardꝰ ibidē ſic. Ebrietas corꝑalis
deniqꝫ ſolet euertere mentes atqꝫ ideo im/
memores reddere ſui. Sed nō ex toto ſui
oblita eſt q̄ adhuc et de ꝓprio corꝑe cogitat
reſuſcitando.ꝓpter qđ deſideriū aīa perfe
cte beata eſſe nō pōt.ſed poſt reſumptione3
corꝑis ſui cū ꝯſummabit̄. Hec ille. Cū his
cōcordat Augꝰ.in lib.xij.ſuꝑ Geñ. circa fi/
nem.vbi dicit ſic. Anīe ineſt quidā natura/
lis appetitꝰ corpꝰ āminiſtrandi.quo appeti/
tu retardat̄ q̄dāmodo ne tota intentiōe ꝑ/
gat in illud ſummu3 celum q̄ꝫdiu nō ſubeſt
corpus.cuiꝰ āminiſtratiōe appetitus ille cō
quieſcat.nō obſtante tñ illo deſiderio aīa
in patria eſt beata.licet nō ꝯſummate.et tñ
nullū dolorem ſentit ex illo naturali appe/
titu.

Sed q̇d de iſta aīa a corꝑe ſepara
ta anteqꝫ celu3 ingrediat̄. nunq̇d illa vino
qualicūqꝫ potat̄ aliq̄liter ⁊ cōſolatur qñqꝫ.
Rñdet̄ ꝙ ſic.niſi ꝑ penā ſenſus vł damni vł
vtriuſqꝫ impediat̄. Nā aīa in imagine per
trāſit a corꝑe vt dicit Pš ſed tñ deſideriu3
eius corꝑis manet. Imago autē cōſiſtit in
memoria.intellectu ⁊ voluntate.ſm̄ q̄s po/
tentias eſt capax ſctē trinitatis.vt dic̄ Au/
gꝰ.xv.de trinitate.et ꝑ has aīa exercet vi/
tam ꝯtemplatiuā.q̄ eſt optima pars marie
que nō auferet̄ ab ea.vt dicit dñs Luce.x.
vbi dicit gloſa. Uita ꝯtemplatiua hic inci/
pit.⁊ in celeſti patria ꝑficit̄.qꝛ amor ē ignis
q̇ ardere incipit hic.ſed cū ipm̄ quē amat vi
debit amplꝰ in amore igneſcit. Tanto igi/
tur aīa a carne ſeparata vitā ꝯtemplatiuā
ꝑfectius exercet quāto a corꝑe grauāte ab/
ſoluit̄.⁊ dilectū ſuū vehementiꝰ amat.quia
ſicut dicit Bernardꝰ in lib.de dilig.deo.vt
ſupra dictū eſt. Anīe que ſūt abſolute a cō
pedibꝫ corꝑis.eo ſilr̄ cariores quo ad amā/
dum ſunt expeditiores.⁊ ideo vinū amoris
diuini plenꝰ haurire ꝑmittunt̄. nō tñ pu/
rum ſed adhuc lacte mixtū. Et Auicen.vj.
naturaliū dicit.ꝙ aīa ſeparata clarius vi/
det et itelligit q̄ꝫ cōiūcta corꝑi corruptibili
Uita autē ꝯtemplatiua dulciſſimas ꝯſola
tiones anīe ꝯtemplatiue āminiſtrat vt ſup̄
dictū eſt. Igit̄ abſolutio aīe a corpore gra/
uante nō eſt formidanda ſed deſideranda.
Hanc em̄ abſolutōnē a corꝑe deſiderabat
apł's cū dixit. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cū chri/
ſto.ad Philip.j.⁊ Romanoꝝ.vij. Infelix e/
go homo q̇s me liberabit de corꝑe mortis
huiꝰ quo premor. Et mouebat̄ deſiderio
bono ⁊ rōnabili. Quia ſic̄ dicit Bern̄.in q̄/
dam epł'a. Precioſa eſt mors ſctōꝝ.precio/
ſa plane tanq̄ꝫ finis laboris tanq̄ꝫ victorie
ꝯſummatio.tanq̄ꝫ vite ianua ⁊ ꝑfecte ſaturi
tatis ingreſſuſ. Et q̇dā ſanctꝰ dicit. Mors
nihil aliud eſt q̄ꝫ exitꝰ de carcere.finis exilij
laboris ꝯſummatio.ad portum applicatio.
ꝑegrinatiōis finitio.oneris grauiſſimi.id ē
corꝑis depoſitio.de furioſo equo.i.de car/
ne deſcēſio.de domo ruinoſa liberatio.om
niū egritudinū terminatio. omniū pericu/
lorū euaſio.omniū maloꝝ ꝯſumptio.omni
um vinculoꝝ diruptio.debiti nature ſolu/
tio.reditꝰ in patriā.ingreſſus in gł'ia3. Cer
te euaſio tantoꝝ maloꝝ ⁊ adeptio tantoꝝ
bonorū faciūt anīe bonū cōuiuiū.vt dicere
poſſit illud Sapīe.vij. Uenerūt mihi om/
nia bona parit̄ cū illa ſc3 morte bona. Bea/
ti em̄ mortui q̇ in dño moriunt̄. Et ſi tales
anīe amatrices ſiue ꝯtemplatrices ſepara
te a corꝑibꝫ ſuis aliq̇d ſecū deferāt q̄re in/
digent purgatiōe.credibile eſt ꝙ tales faci/
lius purgant̄ ⁊ leuiꝰ patiunt̄ et qñqꝫ mīme
pena ſenſus. Cuiꝰ ratio eſt.qꝛ amor penas
alleuiat ⁊ qñqꝫ totalit̄ ānihilat. Uñ Augꝰ.
libro de moribꝫ eccłie cōtra manicheos lib.
ꝑmo dicit. Nihil tam durū atqꝫ tam ferre/
um qđ nō amoris igne vincat̄. Et exempli/
ficat in lib de ſctā viduitate.vbi dic̄ ſic. Nul
lo m̄ō oneroſi ſunt labores amantiū.ſ3 ipi
delectant.ſicut venantiū. aucupantiū ⁊ pi/
ſcantiū.⁊ ceteroꝝ taliū. In eo em̄ qđ amat̄
aut nō laborat̄.aut labor amat̄. Hec ille.

Itē hoc ptȝ exemplo multoꝝ martyꝝ q̇ de
ſiderabant pati ꝓ chriſto.⁊ in ipis paſſiōibꝫ
gaudebāt vt apłi. Ibāt apłi gaudētes a cō
ſpectu cōcilij.qm̄ digni habiti ſunt ꝓ noīe
ieſu ꝯtumeliā pati. Actuū.v. Et beatꝰ An/
dreas vehemēter deſiderabat crucē ⁊ ſuſti
nuit gaudent̄. Et virgines vt ſctā Agatha
dixit quinciano. Ego ī his penis delector
ſicut q̇ multos theſauros inuenit ⁊c̄. Unđ
Bernardꝰ in lib.de dił.deo.dicit. Magna
vis amoris q̄ martyrū aīas ita introrſum
rapuerat ꝙ ita corꝑa ſua foris expoſuerāt.

⁊ tormeñta ꝯtemnere fecerat. Si igitur in corꝑe aggrauante caritas potuit mitigare penas. cur nõ in ſpũ a nullo corꝑe impedi/ta magis tanꝗ̃ efficacior potuit penas mi/tigare ſuo feruore. ſicut ⁊ ſuffragia eccl'ie fa/ciunt. Credibile eſt em̃ ꝙ ſic anĩe q̃ fuerũt in lymbo aliquas ꝯſolatiões receperũt ab his q̃ de nouo venerãt ad eas. vt angeli vl' anĩe alique vt Johẽs baptiſta ⁊c̃. dicentes eis de aduẽtu ſaluatoris. Sic credibile eſt ꝙ angl'i viſitent aĩas in purgatorio ſibi cõ/miſſas ⁊ ꝯſolenꝰ eos dicẽtes eis terminuꝫ purgatiõis ſue. ⁊ alia eis ꝯſolatoria ſic ha/beri põt exemplis ſctõꝝ q̃ ponũt ſcti docto/res in libris ſuis. vt Grego. in lib. iiij dyal'. vbi exemplificat de illo q̇ ſeruiuit ĩ balneis ſacerdoti. ⁊ de q̃daꝫ alio q̇ dixit. Bñ eſt mi/hi modo ⁊c̃. ⁊ Augꝰ. in lib. de ciui. dei ⁊ Be/da in hyſtoria angloꝝ. ⁊ Jſido. ⁊ ceti docto/res de h̃ loquẽtes.

Capl'm IX.

Oſt h̃ videndũ eſt de tercio ꝯuiuio
p ſapĩe qđ eſt regnãtiuꝫ ſm ordinem
quẽ tradit Berñ. lib. de dil'. deo. qđ ſequiꝰ cõuiuiũ laborantiũ. ⁊ quieſcentium tanꝗ̃ excellentiꝰ ad qđ ſapĩa incarnata ſu/os cariſſimos inuitat. dicẽs Lu. xxij. Ego diſpono vobis regnũ ſic diſpoſuit mihi pa/ter meꝰ regnũ vt edatis ⁊ bibatis ſuꝑ men/ſam meã in regno meo. Hic tria ſunt no/tanda. Primo q̇s huiꝰ cõuiuij regal' et mẽ/ſe regie ſit rex ⁊ pr̃familias. h̃ eſt chriſtꝰ fili/us dei. Scđo q̃ familia dei ⁊ cõuiuãtes ad iſtud regale cõuiuiũ ⁊ regiã menſaꝫ inuitã/tur. q2 angeli ⁊ hoĩes. Tercio de huiꝰ cõui/uij ⁊ cõuiuantiũ gl'ia ⁊ beatitudine dicetur.

Primo q̇s huiꝰ cõuiuij regal' ⁊ menſe ſit rex ⁊ paterfamilias. Sed q̇s alius ꝗ̃ ille q̇ dicit. Ego ſum rex. cui pater ꝯſtituit regnũ eternũ. Et in cuiꝰ femore ſcriptum eſt. Rex regũ ⁊ dñs dñantiũ. Rex regũ. q2 vos ꝯſti/tuo reges tanꝗ̃ filios adoptiuos q̇ ſum fi/lius patri ꝯſubſtãtialis. Et ꝯſtituo vos do/minos nõ ſeruos. ⁊ amicos. Joh. xv. vt ſuꝑ menſaꝫ meã edatis ⁊ bibatis ĩ regno meo. cuiꝰ regni nõ erit finis. vt vbi ego ſuꝫ ⁊ vos ſitis in eternũ. De iſto rege Augꝰ. loquẽs li/bro. xxij. de ciuitate dei. dicit ſic. Ero illorũ deus. ⁊ ipĩ mihi erũt ꝓpl'us. ⁊ ero illis vnde ſatienꝰ. ⁊ ego ero illis q̃cunꝗ̃ ab hoĩbꝫ ho/neſte deſideranꝰ. ⁊ vita. ⁊ ſalus. ⁊ virtꝰ. et co/pia. ⁊ gl'ia ⁊ honor. ⁊ pax ⁊ om̃e bonũ. Seq̇/tur. Et ſic recte intelligiꝰ qđ ait apl's. vt ſit deus oĩa in om̃ibꝫ. Jp̃e em̃ eſt finis nr̃orũ deſiderioꝝ q̇ ſine fine videbiꝰ. ſine faſtidio amabiꝰ. ſine fatigatiõe laudabiꝰ. Sequiꝰ. Hoc munꝰ. hic affectꝰ. hic actꝰ ꝓculdubio erit oĩbꝫ ſicut vita eterna cõis. Hec ille. Vi/ſio illiꝰ regiſ facit eſſe beatũ. Vñ Berñ. ĩ epi/ſtola quadã dicit. Solũ veꝝ ⁊ plenuꝫ gau/diũ eſt qđ nõ de creatura ſꝫ de creatore cõ/cipitur. qđ cũ poſſederiſ nemo tollet a te cui cõparata oĩs aliũde iocunditas meror eſt. om̃is ſuauitas dolor eſt. om̃e dulce amaꝝ. om̃e decorũ feduꝫ. om̃e poſtremo q̃dcunꝗ̃ aliud delectare poſſit moleſtũ eſt. Hec ille. Quare Criſoſtomꝰ de reparatiõe lapſi hoc modo exclamat dicens. O ſi q̃tidie opor/teret nos tormẽta ꝑferre. ſi ⁊ ipam iehennã paruo tꝑe tolerare ꝓeo vt xp̃m poſſemꝰ vi/dere in gl'ia venientẽ. ⁊ ſanctoꝝ eiꝰ numero ſociari. nõne erat dignũ pati om̃e qđ triſte eſt modo. vt tanti boni. tanteꝗ̃ gl'ie partici/pes haberemur. Clamemꝰ igiꝰ cuꝫ aplo. j. ad Thimo. j. ca. Regi ſeculoꝝ ĩmortali. inui/ſibili. ſoli deo ⁊c̃.

Capitulũ X.

Oſt hoc ſcđo videndũ eſt q̃ familia
p ⁊ cõuiuãtes ad illud regale ꝯuiuiũ
inuitenꝰ vl' ſunt inuitati iã. De q̃ ſci/endũ eſt ꝙ nõ ſolũ hoĩes ſꝫ ⁊ angeli ad illud gl'ioſum ꝯuiuiũ regni eterni inuitanꝰ. Vñ Chriſ lib. de reparatiõe lapſi dicit ſic. Jn/tuere cetũ nõ ſolũ ex hoĩbꝫ ſed etiã ex angel' thronis ⁊ dñationibꝫ. ꝓncipatibꝫ ⁊ ꝑtãtibꝫ ꝯuocatũ. Sequiꝰ. De rege autẽ q̇ hoꝝ me/dius reſidet dicere nulla vox ſufficit. Effu/git em̃ oẽm ſenſũ hũane mẽtis. excedit etiã decꝰ illud ⁊ illa pulchritudo. ⁊ illa gl'a. ⁊ illa magnificẽtia. ⁊ illa maieſtas oẽm ſenſũ hu/manũ. Cũ his ꝯcordat Proſper in li. de vi/ta ꝯtemplatiua dicẽs. Futura vita vbi ipa ſanctitas q̃ eſt angeloꝝ ⁊ ſctõꝝ oĩm ꝯgrega/tione beata. meritiſ fulgentibꝫ micat. eterna ſalus exuberat. ꝟitas regnat. vbi nec fallit q̇ſꝗ̃ nec falliꝰ. vbi nullꝰ btũs eijciꝰ. vbi nul/lus miſer admittiꝰ. vbi ẽ amor ꝑfectꝰ. timor nullꝰ. dies eternꝰ. alacer motꝰ. ⁊ vnꝰ oĩm ſpi/ritꝰ. Hec ille. De h̃ etiã Gregꝫ. in omel'. Si ꝯſideremꝰ q̃ ⁊ q̃nta nob ꝓmittunꝰ in celis. viieſcũt aĩo oĩa q̃ habenꝰ in terris. De hac etiã ſocietate dic̃ Cyprianꝰ in vna epl'a ſic. Cur nõ ꝓperamꝰ ⁊ currimꝰ. vt patriã nr̃am videre. ⁊ parẽtes ſalutare poſſimus. Ma/gnus illic caroꝝ nũerꝰ nos expectat. et pa/

rentū ⁊ fratꝝ. filioꝝ ⁊ alioꝝ aduētū copioſa
turba deſiderat. iā ð ſua incolumitate ſecu/
ra adhuc de nr̄a ſalute ſollicita. Ad hoꝝ cō
ſpectū ⁊ cōplexū venire q̄nta ⁊ illis ⁊ nobis
erit leticia. Hec ille. Eſt tn̄ ſciēduz ꝙ ſic
h̄ eſt diſtinctio meritoꝝ. ita illic erit diſtin/
ctio dignitatū. Vn̄ Greg. li. iiij. moral. dic̄
ſic. Sicut in electis in hac vita eſt diſcretio
opeꝝ. ita quoqꝫ ī alia vita ꝓculdubio diſcre
tio erit dignitatū. vt q̄ hic alius aliuz ſupat
illic alius aliū in retributione meritoꝝ exce
dat. vt dignitas eadē nō ſit. vna tn̄ oīb vi/
ta beatitudinis erit. Et lib. iiij. dyal. expo/
nens illud Iohis. xiiij. In domo p̄ris mei
manſiōes mlt̄e ſunt. dicit ſic. Si diſpar re/
tributio in illa beatitudīe nō eſſet. vna po/
tius māſio q̄ꝫ multe eēnt. Sequit. Multe
ergo māſiones ſūt. in q̄b ⁊ diſtincti btōꝝ
ordines ꝓpter meritoꝝ ꝯſortiū cōiter leten
tur. ⁊ tn̄ vnū denariū oēs laborātes accipi
unt q̄ in multis māſiōib diſtinguunt. quia ⁊
vna eſt btītudo quā illic ꝑcipiūt. ⁊ diſpar re
tributiōis q̄litas quā ꝑ opa diuerſa conſe/
quunt. Hec ille. Et ideo ſic̄ differt ſtella a
ſtella in claritate. ſic ⁊ reſurrectio mortuoꝝ
ꝑma Corinth. xv. ca. De mlt̄itudine iſti⁹
familie celeſtis cōuiuij quāta ſit nemo ſcit
ſiue angeloꝝ ſiue hoīm niſi ſolus de⁹. Vn/
de Apocal. v. Iohes loquēs de angeloꝝ
multitudīe dicit. ꝙ erāt milia miliū in cir/
cuitu throni. vbi dicit Haymo ꝙ nō poſu/
it numerū certū cū dicit. milia miliū. q̄ nu/
merus angloꝝ nob eſt innumerabil. q̄uis
deo ſit numerabil. Et Iob. xxv. dr̄. Nūq̄d
eſt numer⁹ militū eius. Qð exponēs Gre/
go. moral. xvij. dicit. ꝙ angeli ſunt milites
dei. ⁊ ꝙ numer⁹ eoꝝ deo eſt numerabil. no
bis autē innumerabil demonſtrat. Et idē
dicit Dioniſi⁹. xiiij. anglice ierar. ⁊ Dan̄. vij
dicit. Milia miliū miniſtrabāt ei. ⁊ decies
centena milia aſſiſtebant ei. Et ſilr familia
beatoꝝ hoīm innumerabil nobis eſt. Vn̄
Apocal. vij. ait Iohes poſt enumerationē
multoꝝ. Vidi turbā magnā quā dinume/
rare nemo poterat. i. null⁹ hō ait glo. Deus
eni nūerat mlt̄itudinē ſtellaꝝ. ⁊ oīb eis no/
mina vocās. ſm Ps. Tota iſta familia tam
angloꝝ q̄ꝫ hoīm laudat deū ſine intermiſſi
one. Vn̄ Hugo ſup. ij. anglice ierar. dic̄ ſic
Omēs ierarchie tā angloꝝ q̄ꝫ hoīm. tā ſu/
pernoꝝ q̄ꝫ inferioꝝ ad laudē diuinā ordi/
nate ſūt ⁊ īſtitute vt ab oīb laudet de⁹ a q̄r
ꝑ quē ſūt oēs ⁊ oīb oīa. Et ſeq̄t. Qui excel/
lentiores ſūt āpli⁹ laudāt. ⁊ q̄ ampli⁹ laudāt
ſublimi⁹ remunerabūt. vt q̄ ſunt ſublimio
res ī cognitōe ⁊ feruētiores ī amore. Hec il
le. Sz ſic̄ dicit Dioni. li. j. de di. noīb. Nul
lus ꝟitatis amator q̄ eſt ſup oēm ꝟtutē adeo
efficax ē vt poſſit laudare ſupſubalē dinita/
tē ſm etn̄ā ⁊ ſupbonā eēntiā ſuā q̄buſcūqꝫ
vocabul intelligibilib. ſiue vt rōnē. ſiue vt
ꝟitatē. aut mētē. aut vitā. aut ſubaz. aut alio
vocabulo q̄ntūcūqꝫ ſublimi. ſed oz lauda/
re eā ſic̄ excellentē ⁊ ſegregataz ab oī eo qð
mēte ꝯcipit. ⁊ generalr ab omīb exiſtētib.
Sequit. Ne tn̄ ab eius laude ceſſet cū ipſa
ſit eſſentia ipi⁹ bonitatis ⁊ ſit cā oīm exiſten/
tiū. iō ex oīb effectib laudabil eſt. ſicut do
cet ſcp̄tura. Hec ille.

Caplm XI.

T Ercio vidēdū ē de h⁹ ꝯuiuij ⁊ cōui/
uantiū btītudīe. de q̄ ſūt ſeptē notā
da iuxta nūerū ſeptē donoꝝ predi
ctoꝝ. q̄ ſm vſus ⁊ act⁹ ſuos excellētiſſimos
in h̄ ꝯuiuio miſtrāt deiformit. q̄ nō euacu
abunt ſm act⁹ illos ſz manebūt ī patria in
btīs. vt ꝓbat mgr̄ li. iij. ſniaꝝ di. xxiiij. ꝑ au/
ctoritatē ambroſij. ⁊ cōit tenet. Prio dicen/
dū ē de h⁹ ꝯuiuij gl̄a. Scðo de h⁹ cōuiuij
excellētia ⁊ dignitate ⁊ etn̄itate. Tercio de
h⁹ ꝯuiuij habūdātia ⁊ vbertate. Quarto ð
h⁹ ꝯuiuij lege ⁊ caritate. Quīto de h⁹ ꝯui/
uij gaudio ⁊ iocūditate. Sexto ð iſti⁹ cōui
uij mēſa ⁊ ꝑfecta ſaturitate. Septimo de
eiuſdē ꝯuiuij btā ⁊ ſobria ebrietate. Prio
igit de h⁹ ꝯuiuij etn̄itate ſciēdū ē ꝙ ncc̄e ē
ipm eē etn̄ū. Cui⁹ rō ē. q̄ ipm cōuiuiū cele/
brat ī regno etn̄o xp̄i. et ī mēſa etn̄a ei⁹. q̄re
ipe rex etn̄⁹ regni etn̄i. Lu. xxij. dic̄. Ego di
ſpono vob regnū vt edatis ſup mēſaz meā ī
regno meo. cui⁹ regni nō erit finis. Luce. j.
De h⁹ regni ⁊ ꝯuiuij etn̄itate dic̄ Aug⁹. O
vita vital. dulcis ⁊ amabil et ſp mēorial. vbi
ſūma ſecuritas. ſecura trāq̄llitas. tranq̄lla
iocūditas. iocūda felicitas. felix etn̄itas. et/
na btītudo. ⁊ btā vita ſine fine. et viſio atqꝫ
laudatio di. Ibi affluētia diuitiaꝝ. influen
tia deliciaꝝ. ꝯfluētia bonoꝝ. Et Anſel. li. ꝓ
ſologion. c. xxiiij. dic̄ ſic. In illo. ſ. ꝯuiuio ce/
leſti ē lōga ⁊ ſalubris vita. Ibi ei ē ſana etn̄i/
tas. q̄ etn̄a ſanitas. q̄ iuſti in ꝑpetuū vi/
uent. et apud dominū eſt merces eorum ſcz
vita eterna. Secūdo vidēdū eſt de iſti⁹
conuiuij excellentia et dignitate. De hac di
gnitate dicit Bernard⁹. Merces ſctōrum

⁊ gaudia in illo regno ⁊ eterno ꝯuiuio tam
magna ſunt ꝙ nõ poſſunt mẽſurari. tã mul
ta ſunt ꝙ nõ poſſunt numerari. tam copio/
ſa ſunt ꝙ nõ poſſũt finiri. tam precioſa ſũt
ꝙ non poſſunt eſtimari. inmo tam excel/
lentia ſunt q̃ ꝑparauit deus in iſto cõuiuio
diligentibꝫ ſe. ꝙ ipẽ dominꝰ cõuiuij dicit. ꝙ
talia nec oculus vidit. nec auris audiuit. nec
in cor hoĩs aſcendit. vnde nec oĩes ariſ/
metici mũdi poſſent ea numerare. nec om
nes geometici poſſent ea mẽſurare. nec om
nes rethorici poſſent ea verbis vel ſmoni/
bus explicare. cũ nec plene poſſint excogi/
tari. Tercio videndũ eſt de huiꝰ regni ⁊
cõuiuij habundãtia ⁊ vbertate. de quibus
Bernardꝰ in ſmone. xxxiij. ſup Canti. di/
cit. In illo regno ⁊ cõuiuio meridiano erit
candor lucis eſtiualis. amenitas vernalis.
habundãtia autũnalis. requies hyemalis.
imo deꝰ bonũ infinitũ cõmunicat ſe oĩbꝫ
incolis illiꝰ regni ⁊ cõuiuis illius mẽſe qñ/
tum q̇libet capax eſt. vnde ipẽ implebit ſen
ſus interiores maximis delectationibus.
Erit eñ deus ſpeculũ viſui. cithara audi/
tui. mel guſtui. balſamũ olfactui. flos dele/
ctabilis tactui. Ibi ſicut dic̃ Augꝰ. laudes
⁊ carmina nõ deerunt. ꝑmia non deficiunt
Ibi nihil qđ amabit̃ deerit. nihil deſidera
bitur qđ nõ aſſit. ibi deus ſine fine videbit̃.
ſine faſtidio amabit̃. ſine fatigatione lauda
bitur. Quarto de huiꝰ regni ⁊ cõuiuij le/
ge ⁊ caritate vel ſocietate. Anſelmꝰ in lib. p/
ſologion. ca. xxiiij. dicit ſic. Exiſtẽtes in re/
gno illo ⁊ cõuiuio diligũt deũ plꝰ q̃ ſeip̃os
⁊ inuicem tanq̃ ſeip̃os. ⁊ deus diligit illos
plus q̃ illi ſeip̃os. q2 illi illũ. ⁊ ſe. ⁊ inuicez ꝑ
illum. ⁊ ille ſe. ⁊ illos ꝑ ſeip̃m. Quare oĩbꝫ
erit vna volũtas. q̃ nulla eſſet illis niſi dei
voluntas. ideo erit oĩbꝫ plena concordia
Et ideo ſicut illi nolunt aliud q̃ qđ ille. ita
ille volet quicq̇d volunt illi. ⁊ ideo filij dei ⁊
dij vocabunt̃. ⁊ cõſtituet eos deus ſup om
nia bona ſua. Ibi eſt quicq̇d deſideramus
⁊ quicq̇d amamus. Hec ille. Quare Augꝰ.
libro de corꝑis ⁊ aĩe miſeria exclamat di/
cens. O aĩa mea ⁊ caro mea illã vitaz am/
plecti debuiſtis vbi vita eſt ſine morte. vbi
iuuentꝰ ſine ſenectute. vbi lux ſine tenebris
vbi gaudiũ ſine triſticia. vbi pax ſine diſcor
dia. vbi voluntas ſine iniuria. vbi regnum
ſine cõmutatõne. Hec ille. De hac lege Au
guſti. in libro de ſpiritu ⁊ aĩa dicit. Lex dei
caritas eſt. lex data eſt vt gratia queratur.
gr̃a data eſt vt lex ipleret̃. Hec ille. Quin
to de huiꝰ regni ⁊ cõuiuij gaudioſa iocũdi/
tate. De hoc gaudio Anſelmꝰ loquẽs in li/
bro ꝓſologion ca. xxiiij. dicit ſic. Gaudiũ il/
lud quale aut quantũ eſt bonũ. Certe qñ/
tum vtiq̃ quiſq̃ diligit aliũ tãtũ đ eo gau/
debit. Sequit̃. Ergo in illa ꝑfecta caritate
innumerabiliũ beatoꝝ ſpirituũ ſeu ange/
lorũ ⁊ hominũ. vbi nullus minꝰ diligit ali/
um q̃ ſeip̃m. nõ aliter gaudebit quiſq̃ ꝑ ſin
gulis alijs q̃ ꝑ ſeip̃o. Et infra dicit. In illa
ꝑfecta felicitate vnuſq̇ſq̃ plus amabit ſine
cõparatione deũ q̃ ſeip̃m. ⁊ oĩes alios ſe/
cũ. ideo ⁊ plus gaudebit abſq̃ eſtimatione
de felicitate dei q̃ de ſua ⁊ omniũ alioꝝ ſe/
cum. Sed ſi deũ ſic diligunt toto corde. to
ta mente. et tota anima. vt tamẽ totuz cor.
tota mens. et tota aĩa nõ ſufficiant digni/
tati dilectionis. profecto ſic gaudebunt to
to corde. tota mente. tota aĩa. vt totuz cor
tota mens tota aĩa nõ ſufficiant plenitu/
dini gaudij. Nõ ergo totũ illud gaudiũ in/
trabit in gaudẽtes. Sequit̃. Deus verax
peto ⁊ accipiã vt gaudiũ meum plenuz ſit.
Meditet̃ interim mens mea. loquat̃ inde
lingua mea. amet illud cor meum. ſermoci/
netur os meũ. eſuriat illud anima mea. ſiti/
at caro mea. deſideret tota ſubſtantia mea.
donec intrem in gaudiũ domini qui eſt tri/
nus ⁊ vnus deꝰ benedictus in ſecula amẽ.
Hec ille. Sexto de huiꝰ cõuiuij menſa ⁊
ſatietate beata. Cum dominꝰ Luce. xxij. di
cat. Sup mẽſam meã comedetis ⁊ bibetis
in regno meo. idẽ illud cõuiuiũ tm̃ regnanti
bus ⁊ cariſſimis ꝑparatũ eſt. De quo notã/
dũ eſt ꝙ Beda ibidẽ in gloſa dicit ſic. Mẽ
ſa ꝑpoſita oĩbꝫ ſanctis ad fruendũ. eſt glo
ria celeſtis vite. qua qui eſuriũt ⁊ ſitiũt iuſti
ciam ſaturabunt̃. fruendo deſiderato gau
dio veri boni. Verũ autem bonum ſolum
eſt in quo ratio oĩs boni eſt. qđ ſolus de/
us eſt. qui eſſentialiter bonus eſt. Et ideo
in illo ſolo perfecta ſatietas eſt. De hac mẽ/
ſa beata et ſatietate Hugo cõmẽtator Dio
niſij loquens. vij. angelice ierarchie. paruz
ante finem. ⁊ exponens illud. diuio alimẽ/
to repleta dicit. Una eſt refectio et vnum
alimentum. Ergo inquit Hugo. in men/
ſa domini non eſt niſi vnũ ferculum quod
apponitur. Sed noli contemnere. ſatietas
multa eſt. Satiabor inq̇t Pſalmiſta cum

apparuerit gloria tua. Unū eſt enim bonū
quod tibi p̄parauit de⁹. ſed ī illo bono om
ne bonū eſt. Unā em̄ refectionē. vnū cibū.
vnū ferculū. vnū panē habentē oēm ſapo/
rem. ⁊ oēm dulcedinē ſuauitatis p̄parauit
nobis de⁹. Igiꝛ vnū eſt neceſſariū qđ vere
reficit. Qđ ibidē ſic ꝓbat dicenſ. Multa in
hoc mūdo ſunt. ⁊ illa omīa cor homīs ſatia
re nō poſſunt vt expientia docet. Unū aūt
eſt bonū. ⁊ hoc ſolū cum ꝑcipiꝛ ſatietas īue
nitur. Nō em̄ in multitudine ſed in vnitate
ſatietas eſt. Idē verbū Aug⁹. in lib. de ver/
bis dn̄i tractās dicit. Multa ſunt diuerſa
q꜠ corꝑalia. quia tꝑalia ſunt. p̄poniꝛ autē
vnū multis. Nō em̄ a multis vnū. ſed mul
ta ab vno ſunt. Multa diſtrahunt vt mar
tham. ſed vnū colligit vt mariā. que nō di/
lexit multa ſed multū. Luce. x. Et Richar.
in tractatu ſuo de amore violēto dic̄. Unū
ſolū eſt in q̄ mens hūana q̇eſcit ⁊ reficitur ⁊
ſatiaꝛ. Qđ declarat ſic. Perfect⁹ amor om/
nē aliū affectū excludit. q꜠ nihil p̄ter vnū di
ligit ⁊ ꝓpter vnū. ideo vnū amat. vnū diligit
⁊ vnū ſitit. vnū cōcupiſcit. ad vnū anhelat.
vnū ſuſpirat. vno inardeſcit. ⁊ in vno req̇e/
ſcit. illo vno ſatiaꝛ. q꜠ nihil ſapit niſi ꝟ vno
condiaꝛ. Hec ille. De iſtius cōuiuij ſatieta/
te Bernard⁹ in ſmone de om̄ibꝫ ſanctꝭ am/
mirādo exclamat. dicēs ſic. O felix vere et
glorioſa ſatietas. o ſanctū conuiuiū. o deſi/
derabiles epule. ibi nimirū nulla anxietas.
nullū poterit eſſe faſtidiū. ſꝫ ſatietas ſum/
ma. et cū hoc ſummū deſideriū. Et ibidem
dicit. Feſtinem⁹ igiꝛ ad locū tutiorē. ad a/
grum vberiorē. ad paſtū ſaniorē. vbi habi/
temus ſine metu. habūdemus ſine defectu
epulemur ſine faſtidio. Hec ille. Septi/
mo ⁊ vltimo. q꜠ dn̄s Luce. xxij. nō dixit ſo/
lum vt ſuꝑ mēſam meā edatis. ſed addidit.
⁊ bibatis. Ideo videndū eſt de hu⁹ menſe
vino dulciſſimo potante ⁊ ſobrie inebrian/
te. qđ eſt vinū puriſſime ⁊ ꝑfecte caritatis.
qđ tantū regnantibꝫ et cariſſimis ꝓpinaꝛ in
regno ⁊ menſa chriſti. De hoc vino immix/
to puriſſime caritatis dicit Bernar. in lib.
de diligendo deo. parū poſt mediū ſic. Cū
ſcriptura loquaꝛ deū om̄ia feciſſe ꝓpter ſe/
metipm̄. erit ꝑfecto vt factura ſeſe qn̄q꜡ cō/
formet ⁊ cōcordet auctori ſuo. ⁊ oportet ꝑ/
inde nos in eundē affectū tranſire caritatꝭ
qn̄q꜡. vt quō deus om̄ia eſſe voluit ꝓpter ſe/
metipm̄. ſic nos quoq꜡ nec noſipos nec ali/
quid fuiſſe vel eſſe velim⁹ niſi eque propter
ipm̄ ob ſolā ipius voluntatē nō noſtrā vo/
luptatem. Sequiꝛ. Delectabit ſane non tā
noſtra vel ſorpta neceſſitas vel ſortita feli/
citas q̄ꝫ q꜠ eius in nobis ⁊ de nobis volun/
tas adimpleta videbiꝛ. qđ ⁊ quotidie ī ora/
tione poſtulam⁹. Fiat voluntas tua ſicut
in celo ⁊ in terra ⁊c̄. Illa igitur eſt vera ⁊ ſin
cera caritas. et om̄ino de corde puro et de
ꝯſcientia bona. et fide nō ficta. qua deū ſic
diligim⁹. qua ⁊ ꝓximi bonū vt noſtrū dili/
gimus. Et ibidē dicit Bernard⁹. Hanc ca
ritatē cōmendādo exclamat dicens. Amor
ſanct⁹ et caſtus. o dulcis et ſuauis affectio
caritatis. o pura ⁊ defecata intentio volun
tatis. eo certe defecatior ⁊ purior quo in ea
de ꝓprio nil mixtum relinquiꝛ. eo ſuauior q̄
totū diuinū eſt quod ſentiꝛ. Sequiꝛ. Sic
affici deificari eſt. quomō ſtilla aque modi
ca multo infuſa vino puro. a ſe deficere to/
ta videtur. ⁊ ſaporē vini induit ⁊ colorem. ⁊
quomō ferrū candens ignitū ſimillimum
igni fit priſtina ꝓpriaq꜡ forma exutū. ⁊ quo/
modo ſolis luce aer perfuſus in candē trāſ
formatur luminis claritatē. adeo vt nō tā
illuminatus q̄ꝫ ipſum lumen eſſe videatur.
ſic omnē tunc in ſanctis humanā affectio/
nem quodā ineffabili modo neceſſe erit a
ſemetipa liqueſcere atq꜡ ī dei penitus trāſ/
fundi voluntatem. alioquin quomō deus
erit om̄ia in omnibꝫ ſi in homie aliquid de
homīe ſuꝑerit. Sequiꝛ. Manet ſubſtātia
ſed in alia forma. alia gloria aliaq꜡ potētia.
Et quādo hoc erit. qn̄ veniā ⁊ apparebo an
te faciem dn̄i. Sequiꝛ. Donec igitur abſor
pta ſit mors in victoria. et vndiq꜡ noctꝭ ter
minos lux perennis inuadat et occupet vſ/
q꜡quaq꜡. quatenus in corꝑibus celeſtꝭ glo/
ria effulgeat. non poſſunt anime ex toto ſe/
ipas exponere et tranſire in deū. Adepto
autem corpore iam quid impedit animam
a ſeipa quodāmodo abire et totum in de/
um ire. et eo penitus ſibi diſſimilem fieri q̄
deo ſimillimā effici ſe conaꝛ. Tunc demū
ad cenā ſapie admiſſa eſt. ad illā videlicet
de qua legiꝛ. Et calix me⁹ inebriās q̄ꝫ p̄cla
rus eſt. Et ſequiꝛ. Quid mirū ſi iā inebriaꝛ
ab vbertate domus dei cum nulla mor/
dente culpa vel cura de proprio ſecura bi/
bit purum et nouum vinum illud cū chri/
ſto in domo patris eiuſ. Rediuiuis igiꝛ cor
poribꝫ reſūptis in vita īmortali inebrianꝛ

mira plenitudine exuberātes poſt reſurre/
ctionē tanqꝫ cariſſimi. Et merito inebrian
tur q̇ ad nuptias agni introduci merētur.
edentes ꝛ bibentes ſup menſam illi⁹ in re/
gno ſapiētie. qñ ſibi exhibet glorioſaꝫ eccle
ſiam. Tūc prorſus inebriat cariſſimos ſu/
os. tunc torrente voluptatis ſue potat eos
quando in complexu illo artiſſimo ſponſi
ꝛ ſponſe fluminis impet⁹ letificat ciuitateꝫ
dei vt delectent̄ in leticia in eternū. Hec il/
le. Tunc ſapiētia ſuos cariſſimos inebri
at ꝛ in patria regnare facit ꝛ coronat dicēs
Per me reges regnant. Prouerb. viij. Re/
gnantes autē coronas aureas hñt in capi/
tib⁹ Apocal. iiij. Qđ exponens Richard⁹
dicit. Coronas habēt in capitib⁹ ob glorie
decorē ꝛ regni celeſtis infinitatē. vnde co/
rona illa de q̄ dicit̄ Apocal. xij. habuit duo
decim ſtellas. i. vniuerſaleꝫ ꝑfectionē. Nam
ſm̄ Rich⁹. rotunditas corone ſignificat il/
lius regni eternitatē. ꝛ ꝑclaritas ſtellaꝝ nu
mero duodenario ſignat beatoꝝ omnium
eterni regni infinitatē. Vnde ꝛ Bern̄. in ſer
mone dicit. ꝙ ille ſtelle duodecim deſignāt
plenā ꝑfectionē q̄ beatis in patria debetur
Prima eñ ſtella inq̇t Bernard⁹ eſt memo/
ria ſine obliuione. Scđa ſtella eſt ratio ſi/
ne omi errore. Tercia ſtella eſt volūtas ſi/
ne omi ꝑturbatione. Quarta eſt impoſſibi
litas moriēdi. qꝛ reſurget corp⁹ incorrupti
bile. Quinta eſt claritas q̄ ꝯfiguramur cla
ritati chriſti corꝑaliter. Sexta eſt agilitas
vt corpus ſit agile ſm̄ agilitatē mētis. Se
ptima eſt ſubtilitas vt corpus noſtrū pene
tret omnia corꝑa. Octaua eſt vt q̇libet dili
gat aliū ſicut ſeipm̄. Nona eſt videre ꝙ pro
ximus q̇libet diligit ipm̄ ſicut ſeipm̄. Deci/
ma eſt deū ꝑfecte diligere. ꝛ plus qꝫ ſeipm̄.
Vndecima eſt diligere ſeipm̄ tm̄modo ꝓ/
pter deū. Duodecima eſt videre deū dilige
re ſe. diligentē plus qꝫ ille homo diligat ſe/
ipm̄. Hec ille. Omniū autē horū bonoruꝫ
mater eſt ſapiētia. vt dicit̄ Sapie. vij. De
hui⁹ ſapiētie increate ꝛ incarnate menſa di
cit Richard⁹ de ſctō victore. O qual' refe/
ctio vbi dapifer chriſtus. pincerna ſpūſſan
ctus. Et certe pater hoſpes largiſſimus.
Chriſt⁹ miniſtrat cibū. dū ſemetipo conui/
uantes reficit ꝛ ſatiat. vt ptꝫ Joh. vj. Spi/
ritusſanct⁹ vero potū ꝓpinat. dū ſuis donis
cōuiuātes potat ꝛ inebriat. vt ptꝫ Actuū
ij. Pater vero ī vtroqꝫ ſeipm̄ liberaliſſime
exhibet ꝛ cōmunicat in filio ad cognoſcen/
dum ꝛ habendū. ſicut dicit Jeſus philippo
Johis. xiiij. In ſpūſctō autē ad amplexan/
dum ꝛ deguſtandū appropriate loquendo.
vt ptꝫ ꝑ Richar. libro. iiij. de ꝯtemplatione
ca. xv. De hac menſa amoroſe ſapie Richar
dus lib. v. de ꝯtemplatiōe ca. xij. exponens
illud qđ legit̄ libro. iij. Regū cap. x. Regina
ſaba videns oēm ſapientiā ſalomonis ꝛ do
mū quā edificauerat. ꝛ cibos menſe eius. ꝛ
habitacula ſeruorū. ꝛ ordines miniſtranti
um. veſteſqꝫ eorū. pincernaſqꝫ ꝛ holocauſta
q̄ offerebat ī domo dñi. nō hēbat vltra ſpi/
ritū. dicit. Regina auſtri. illi⁹ calide regio/
nis inhabitatrix. ſuccēſa. q̄ alia intelligi po
teſt qꝫ illa ſancta aīa ꝛ beata. q̄ regnū ſuuꝫ
in pace poſſidet. ꝛ verū ſalomonē ꝯtempla
tur. Vnde Grego. xxv. moraliuꝫ dicit. Te/
ſtimonio ſacre ſcripture reges vocant̄ qui
prelati ſunt cunctis motib⁹ carnis. Et ſicut
dicit Jſido. lib. j. de ſummo bono. Reges
a recte regendo vocati ſunt. ideo recte agē/
do regis nomē obtinēt. Omes igit̄ reges ꝛ
regine ſunt in illa regia mēſa rectitudinis
cōuiuantes. qui veterē hoīem exuētes ꝛ no
uum hoīem induētes qui ſm̄ deū creatus
eſt deiformes efficiunt̄. ꝛ dij ſm̄ Ps. appel/
lant̄. Deiformitas eñ vt dicit Linconieñ.
ſup. iij. angelice ierarchie. eſt renouatio ſpi/
ritus rōnalis ꝛ cōformitas ipi⁹ ad deum ꝑ
ut poſſibile eſt. Hi ſunt reges ꝛ regine dei.
deiformes effecti et dij appellati videntes
in menſa ſapientiā noſtri reg̃ veri ſalomo
nis. cui⁹ ſapiētie nō eſt numer⁹ ſm̄ Ps. Vi
dentes etiā domū quā edificauit. i. naturā
aſſumptā quā ſeptē columnis. i. ſeptem do
nis muniuit ꝛ adornauit. In qua ſunt om/
nes theſauri ſapiētie ꝛ ſcientie dei abſcōdi/
ti. Videntes ꝛ cibos menſe ei⁹ qui ſunt q̄ſi
infiniti. cū vnū tm̄ ſit ferculū. ſ. oīe datum
optimū. in quo eſt ratio omis boni. ſcꝫ in q̄
ꝛ ex quo eſt oīe donū. vt dictū eſt. Viden/
tes etiā habitacula ſeruoꝝ. i. numerū et di/
ſtinctionē celicarū manſionū. q̄ multe ſunt
et q̄ſi infinite in domo patris. vt dicit dñs
Joh. xiiij. Vidētes etiā ordines miniſtran
tium et aſſiſtentiū angelorū qui innumera
biles ſunt. vt dictū eſt ſup. Videntes etiaꝫ
pincernas ꝛ gradus eoꝝ. i. haurietes ꝺ oc/
culto diuinitat̃ lumia gaudioſa. et mentes
ſuſcipientiū inebriātia. qꝛ ſupiores hauſta
cōicāt inferiorib⁹. vt dic̄ Dio. vij. ang. ierar.

Et Bernard⁹ in ſmone de ſalutatõe ange
lica dicit ſic. Si cherubin ⁊ ſeraphin īme/
diato hauſtu de fonte vite bibētes. inferio
rib⁹ ordinib⁹ angeloꝝ effundūt d̾ ꝯſiliis la
ci qui letificet ciuitatē dei. quāto magis tu
glorioſa theothocos occultis fi::ij in ample
xionib⁹ eius deguſtata myſteria ⁊ homīb⁹
⁊ angelis copioſi⁹ effundis ⁊ ꝓpinas. Hec il
le. Videntes ſeptimo ⁊ vltimo holocauſta
ſiue ſacrificia. Holocauſtū em̄ vt Papias
dicit. eſt ſacrificiū qđ totaliter igne ꝯſumit̃.
Et ſignat qđ om̄e op⁹ ſiue corpale ſiue ſpi/
rituale qđ offert̃ deo. vel offerendū eſt deo
igne ardentiſſime ſiue ꝑfectiſſime charita/
tis totaliter ꝯſumet̃ ſiue ꝑficiat̃. Quod ꝑfe
cte faciūt om̄es ciues celeſtis patrie tā an/
geli q̄ꝫ homīes. vt in om̄ib⁹ ⁊ ꝑ oīa laude/
tur ⁊ honorificet̃ deus. vt ſicut dicit̃ Tho/
bie ca. penultimo. ꝑ om̄es vicos cantet̃ alle
luia. De all'a aūt ſpecialis fit mētio. quia ſi/
cut dicit Caſſiodor⁹ in expoſitiõe tituli ps̄.
cxlix. In hac laude all'a tot⁹ honor eſt. Qđ
cū ſit in hebrea lingua reconditū. nullo ta/
men cōſtat alio ſmone trāſlatū. Hoc grec⁹
hoc latinus. h̄ chaldeus. hoc ſyr⁹. hoc per/
ſa. hoc arabs. hoc tenet cūcta terraꝝ natio.
⁊ quicq̇d eſt dedicatū diuina dignitate. hu/
ius nomīs pia deuotiõe ⁊ laude venerat̃. ⁊
in vſu habere cōmonemur. Illis viſis ⁊
auditis regina ſaba. i. aīa beata vltra non
habebat ſpiritū. ſ. humanū ſꝫ diuinū. Vñ
Richard⁹. v. de ꝯtemplatiõe. c. xij. expones
illud verbū dicit ſic. Cur nō recte dicat̃ ſpi/
ritus ſemetipm non habere qñ incipit a ſe/
metipo om̄ino deficere ⁊ a ſuo eſſe. in ſuper
mundanū quendā ⁊ vere pluſq̄ꝫ humanuꝫ
ſtatū tranſire. ⁊ mirabili trāſfiguratiõe ſpi/
ritus ille ab humano videt̃ in diuinū defi/
cere. ita vt ipe iam nō ipe eo dūtaxat tempe
quo deo incipit arti⁹ inherere. qꝛ qui adhe
ret deo vnus ſpiritu⁹ eſt. ⁊ pſallere pt q̇ eiuſ/
modi ē cū Ps̄. Defecit in ſalutare tuuꝫ aīa
mea. Hec ille. Et idē poteſt dicere q̇libꝫ be
atus. Ad iſtud igit̃ conuiuiū ſolēniſſimū
et menſaꝫ omniū deliciaꝝ pleniſſimā opor
tet aſcendere ꝑ gradus donorū ⁊ alioꝝ ha
bituū gratuitorū ꝑdictorū. Quia ſicut dic̄
Gregori⁹. xxij. moraliū. Nemo infima deſe
rens repente fit ſumm⁹. qꝛ ad obtinenduꝫ
ꝑfectionis meritū oportet vt mens q̇tidie
in altū quaſi quibuſdā gradib⁹ aſcenſioniſ
ꝑueniat. Unde Ps̄. bene dicit. Ibūt de vir
tute in virtutē. donec videat̃ deus deoruꝫ
in ſyon. Quare Aug⁹. in libro de doctrina
chriſtiana. ca. ij. q̄ſi circa principiū. dona ſe/
ptēꝫ ſpūſſancti. vocat quoſdā gradus aſcē
ſionis. dicens. Primo ante om̄ia opus eſt
donū timoris. quod eſt infimū donum cō/
ferens ad cognoſcendā dei voluntatē quid
nobis appetendū vel fugiendū precipiatur
⁊ quo quaſi clauatis calcib⁹ om̄is ſuperbie
motus ligno crucis affigat. Deinde op⁹
eſt ſecūdus gradus vt donū pietatis habe
amus ꝑ quod veritas fidei ⁊ ſcripture ſane
exponatur ⁊ firmiter teneat̃. et ſi nō ꝑfecte
intelligatur. Terci⁹ gradus eſt donū ſci
entie. ꝑ quod docemur ꝙ de⁹ ex toto corde
diligat̃. et ex tota aīa. et ex tota mente. pro
ximum vero vt noſmetipos diligamus.

Quartus grad⁹ eſt donuꝫ fortitudinis
quo eſurit̃ ⁊ ſititur iuſticia qua a tempalib⁹
recedit̃. ⁊ ad eternā veritatē et ad eternā tri
nitatē cōuertimur. Quint⁹ gradus ē do
nū conſilij q̇ aīa ab om̄ib⁹ ſordib⁹ lauat̃ et
vſq̄ꝫ ad inimici dilectionē iā ſpe ꝯfortata et
virib⁹ integratis ꝑuenit̃. Sext⁹ gradus
eſt donuꝫ intellectus. quo oculus interior
purgat̃. ⁊ homīes mūdo moriuntur. ⁊ inde
deū ꝯtemplant̃ in enigmate tamē. Naꝫ in/
tantū deū vident inquātū huic ſeculo mo/
riunt̃. Et licet in hac vita ꝑegrinemur con
uerſationē tñ hēm⁹ i cel'. Septim⁹ ḡdus
eſt donū ſapie qđ vltimū ⁊ ſeptimū eſt. quo
anim⁹ pacat⁹ ⁊ trāquillus deo ſapide ꝑfrui
tu. qꝛ initiuꝫ ſapīe timor dñi eſt. a quo vſq̄ꝫ
ad ipam ſapīam ꝑ hos gradus tendit̃ et ꝑ/
uenitur. In cui⁹ menſa beati ꝑpetuo quie/
ſcent ⁊ dulciter reficient̃. quā qui inuenit i/
ueniet vitā. ⁊ q̇ tenuerit eā beatus. Prouer
bio. iij. Et qꝛ beneficia nō plene recōpenſa
ri poſſunt ſine gratiarūactiõe. dicit Sene
ca. iij. de beneficijs. ideo cū toto corde q̇ vo
cati ſumus ad cenā agni. dicam⁹ deo gr̃as.
qꝛ ſicut dicit Aug⁹. in ep'la ad Marcellinū
⁊ Hiero. ep'la. x. Quid meli⁹ ⁊ aīo geram⁹
⁊ ore promam⁹. et calamo explicem⁹ q̄ꝫ deo
gr̃as. Hinc nec dici breui⁹. nec audiri leti⁹.
nec intelligi grati⁹. nec agi fructuoſi⁹ aliq̇d
pōt q̄ꝫ deo gratias.

Explicit tractatus optim⁹ de ſeptem do
nis ſpūſſancti. editus a doctore ſeraphico
ſancto Bonauētura ordinis minorū.

Incipit declaratio ſancti Bonauẽture doctoꝛis ſeraphici ſup̱ regulã fratrũ minorum.

q
Uicunqꝫ hãc
regulã ſecuti fuerint pax ſup̱
illos ⁊ miſcdia. ad Galathas
vltimo. Hanc plane puto re/
gulã ab Innocẽcio papa tercio approbatã.
a ſequẽti honoꝛio ꝯfirmatã. a Gregoꝛio. ix.
declaratã. vt funiculꝰ triplex nõ facile diſrũ
patur. Nec tñ in imẽſum gl'iabimur. ſꝫ ẜm
menſurã regule q̃ mẽſus eſt nobis deꝰ. ne
in aliq̃ alia regula gloꝛiemur. Huiꝰ igiꝝ re
gule rectitudinẽ duce dño breuiꝰ declara/
bo. vt ſit ei adherẽtibꝫ ſolaciũ. ⁊ aduerſanti
bus directio. q̇ obliq̇s ⁊ reflexis eã intuen/
tes oculis lumini attribuũt ſuaꝝ viciũ te
nebraꝝ. Regula igiꝝ epiſtolari modo a ſalu
tatiõe oꝛiꝝ. in narratõe deduciꝝ. ⁊ ĩ ꝯcluſiõe
terminaꝝ. In ſalutatiõe eñ refulget apl'ica
clemẽtia pie paupibꝫ ꝯdeſcẽdens. In nar/
ratione ptꝫ apl'ica ſapĩa pfectiõis ſummaꝫ
breuitate pſtringẽs. In ꝯcluſiõe eius reful
get auctoꝛitas potẽſtc q̃ ſeruos chriſti ppe
tua ꝓtegit armatura Prima pars. ſ. ſalu
tatio duas hꝫ particl'as. qꝛ ꝯtinet ſalutatio
nẽ ⁊ ſequẽtiũ ꝯfirmationẽ. Diciꝝ eñ pꝛimo
ſic. Honoꝛiꝰ ep̃s. Ep̃s vtiqꝫ nõ alicuiꝰ par
tis ſolũ ſed totiꝰ vniuerſitatꝭ. In cuiꝰ figu/
ipſum etiā diei meritum ꝯſummet. Hec au
tem in vniuerſo ſunt. lxxvj. pater noſter. qui
bus ſi oratio ꝑ defunctis adijciatur nume/
rus ꝑducitur. lxxxi. vt omniũ peccatorũ re/
miſſio impetret. Et ieiunent. Hic agitur
de ordinantib⁹ hominē ad ſeipſum. ſcꝫ de ie
iunio. Et loquit de triplici quadrageſima.
duas ꝑceptorie imponens. tertiā ad deuo/
tionis excitationē ſuadens Tres ſiquidem
legunt quadraginta dieb⁹ cōtinue ieiunaſ/
ſe. Moyſes. vt patet Exod. xxxiiij. ⁊ Hely/
as. iij. Regũ. xix. Et ipſe domin⁹ met Mat.
iiij. Duplex autē eſt ieiuniũ. ſcꝫ meror ⁊ gau
dij Ieiuniũ meroris eſt quo carni placentia
cibaria ſtudio penitētie carni abſcindũtur.
Ieiuniũ vero gaudij eſt cum ipſum cor tan
tis eſt inunctũ ſpiritualib⁹ delicijs. vt pena
ſit vacare menſis ⁊ eſt ꝑ conſequens delecta
bile ieiunare. cũ ieiunatur nō vt corpus af/
fligatur. ſed ne deuotio interrumpat q̄ ſpiri
tus recreatur. Ieiuniũ moyſi ſignificat me
rorem pro deletiōe culpe. Ieiunium Helye
ſignificat merorē pro amotione omis miſe/
rie. Primũ ſignat ieiuniũ quadrageſime hi
emis. Secundũ ſignat quadrageſima veris
Uel meli⁹ prima quadrageſima refertur ad
peccata preterita expianda. Secũda ad fu/
tura imminētia ꝑcauenda. Ieiuniũ aũt xpi
ſignificat ieiuniũ gaudij quo non tm̄ a cib
carnalibus. ſed ab omi terrena delectatōne
delectabiliter abſtinetur. Idcirco beat⁹ frā
ciſcus duas quadrageſimas precipiēdo im
poſuit. tertiā vero cũ benedictōne dei ſuaſit
ſciens eā deuotione ſola ⁊ nō aliqua coacti/
one adimpleri debere. Dicit ergo. Et ieiunēt
a feſto omniũ ſanctorũ vſqꝫ ad natiuitateꝫ
dñi Sanctā vero quadrage. ⁊c. Sed aliaꝫ
vſqꝫ ⁊c. Nota ꝙ hic ſecundo fit mentio de
benedictione. hic in victu. ſuperi⁹ in veſtitu
Alijs aũt tꝑib⁹ nō teneant niſi ſexta feria ie/
iunare. qꝛ illa die voluit dñs crucifigi. Tē/
pore vero manifeſte neceſſitatis. ſcꝫ propter
infirmitatē grauē. vel propter virtutē in la/
bore ineuitabili adeo deficientē quādo ſcꝫ
labor incumbēs de neceſſitate aliter perfici
nō poteſt. nō teneant ſcꝫ ieiunio corpali Ad
gaudij igit ieiuniũ volens omi tempe fres
ſuſpirare iuxta euangelicā regulam. minus
de ieiunio meroris imponēs ad gaudij ieiu
nia informat in ſequētib⁹ vt patebit. Conſu
lo vero. Hic agit de ordinantib⁹ ad edifica
tionē proximoꝝ. ꝑ mundũ ſcꝫ a foris tam am
bulando ꝙꝫ in alienis domibus quieſcēdo.

Circa primum primo informat itinerati
onem ad vitandũ malum. Secundo exclu
dit exꝗtationē. ibi. Et non debeant. In pma

parte informat itineratione ad vitandū ma
lum. Tertio ad tenendū bonum. ibi. Sed
ſint mites. Pro pmo dicit. Conſulo ꝗo ad
inſtructionē rationalis. moneo ad allectio/
nem cōcupiſcibilis. Prouerbiorū. xij. Qui
ſuauis eſt viuit in moderationibus. in ſuis
monitionibꝫ relinquit cōtumeliam. Et ex/
hortor ad excitationē iraſcibilis. ij. Macha
beorum. xv. Singulos armauit. non clipei
aut haſte munitione. ſed ſermonibus opti/
mis ꝛ hortamentis vt quādo vadāt ꝑ mun
dum exemplo chriſti ꝛ diſcipulorum ſuorū.
Non litigent. alicui inferendo contumeliā.
Neqꝫ cōtendāt verbis. pertinaciter affirmā
do ſententiā ſuam. vel iudicialiter litigādo.
Nec alios iudicent. dubia ſcilicet in peiorē
partem interꝑtando. vt ſic ſeruetur innocē/
tia exterior ꝛ interior. Sed pro bono tenen
do ſubdit. Sed ſint mites in cedendo imꝓ
bitatibus. pacifici minoritatis ſue ordinem
ſeruando. Et modeſti. per diſciplinā ſenſu/
um ꝛ verborum ꝛ operū. manſueti moribꝫ.
non impetuoſi. Et humiles. Nullum hono
rem appetendo. ꝛ omnē gloriam humanam
fugiendo. Nec hoc ſufficit niſi diffinitiōem
humilitatis in ſe ſtudeāt adimplere. que ta
lis eſt. Humilitas eſt virtus qua homo ve
ra cognitione ſui ſibi ipſi vileſcēs appetit tra
ctari vt huiuſmodi ꝛ non ſublimiꝰ guberna
ri. Et pro ſpeciali diſciplina addit. Hone/
ſte omnibꝫ loquentes ſicut decet. omnē ſcili
cet hominē pro ſui ſtatus gradu reuerēdo.
Hec eſt informatio itinerationis. Sed ꝓ
ſecluſione equitationis ſubdit. Et non de/
beant equitare. Et per cōſequens nec biga
re aut quadrigare. que maioris ſunt ſump/
tus. Niſi manifeſta neceſſitate. prolixi vl' im
pediti itineris vel negocij vrgentis vel infir
mitate cogātur. Dicit autē non debeant. ꝓ
eo quod eſt debeāt non equitare. Et in q̄m
cunqꝫ domū intrauerint ad procurandum
animarū ſcilicet ſalutem. Matthei. vj. Pri/
mum querite regnū dei. ꝛc. Primū dicant.
Pax huic domui. ſm doctrinā chriſti Ma
thei. x. Optando autē pacem. optamus om
nem liberationē a malo ꝛ promotionem in
bono. Et eſt pax tranquillitas cordis. Et
ſm ſanctum euange. iū de omnibꝫ cibis ꝛc.
dicit notanter liceat. non neceſſitatē impo/
nendo ſed ſm indulgentiam permittendo.
vt ſciat ſe contra regulā nihil facere. ſi quis
voluerit ſublimius ambulare. Ad hoc no/
tandum dicit. liceat omnibus. non ſimplici
ter. ſed ſm ſanctū euangelium. Iſtud autē
non cōceditur niſi in predicationis euntibꝫ
miniſterio. Qui ergo pro animarum ſalute
non circūeūt. in hac licentia ius non habēt.
Ipſe dicendo ſm ſanctū euangelium licen/
tiam tempat. vt ſcilicet ſm regulam euange
lice honeſtatis fiat. Unde cū verbum predi
ctum trahat de Luce. x. caplo. vbi dicitur.
Manducate que apponūtur vobis. Notā/
dum ꝙ ibi immediate ſubiungit. et curate i
firmos qui in illa ſunt. certum eſt illud itel/
ligi ſpiritualiter ſm principalem intellectū
vocabuli. Non eſt autē modus curandi ani
maruꝫ delicatioribus vti cibarijs q̄ꝫ illi vtā
tur. in quorum mēſis fratres ipſi veſcūtur.
Hoc enim eſt nō curare infirmos ſed a for/
titudine ad infirmitatem vocare. Quando
ergo principales perſone domus et familie
abſtinent a carnibus. non licet ſm ſanctuꝫ
euangeliū fratres in eſu carnium laxiꝰ am/
bulare. Item vbi eſt ferculorū ſuperfluitas
non eſt euangelice ſanctitatis ſuperfluitatē
vſu ſuo vel abuſu verius approbare. ſed ma
gis neceſſitate accepta. diſſimulare pruden
ter quod nequit ſine ſcandalo reprehendi.
Item ſi aliqui religioſi receptores fratrum
contra regulā ſuam carnes comederēt. nō
eſt euangelice ſanctitatis participare cum ꝑ
uaricatore in crimine vel carnalitati irregu
lariter ſuo conſortio conformari.

Capitulū IIII

Recipio firmiter. Deſcriptis tribꝫ
portis dominice ciuitatis. ꝑ quas
illuceſcit claritas orientalis. Se/
quitur ſecūda in qua deſcribuntur tres por
te munite contra inſidias aquilonis. Qua/
rum prima excludit periculū Jude pro pe/
cunia dominū tradentis. Secunda tollit
periculū ficte religionis in ocio viuentis.
Tertia aufert periculū multitudinis cleri i
fine pro appropriatis cōmunibꝫ contēdentiſ.
Primū aufert homini deum. Secundū au
fert homini ſeipm. quia ocioſus in nullo eſt
ſibi fructuoſus. Tertiū aufert homini pro
ximum. Prima pars habet duas. Quia
primo excludit pecunie oīmodā receptionē
Secundo, ꝓuidens ſubditorū quieti impo
nit prelatis circa procurationē neceſſariorꝫ
ſollicitudinē ibi tñ pro neceſſitatibus infir
morum. Dicit ergo ꝓ primo Precipio firmi

ter fratrib9 vniuerſis. Circa quod ſcien/
dum. ꝙ pecunia terrenũ nomen eſt. redolẽs
magis auariciã ꝗ modũ diuitiarum. vt di/
cit Auguſtin9. vij. de ciuitate dei. caplo. xij.
Dicit pecunie vocabulo large quicquid tẽ/
poraliter poſſidet. Unde Auguſtin9 libro
de doctrina xpiana dicit. Totũ quicqd ho
mines in terra poſſidẽt. omnia quoꝝ domi
ni ſunt. pecunia vocat ſiue ſit ſeru9 ſiue ager
Alio modo dicit pecunia ſtricte. quod ẽ mẽ
ſura cõmutationis rerũ. ꝛ ſic accipit Actuũ.
viij. vbi dicit. Pecunia tua tecũ ſit in perdi
tionẽ. Uolens igit dominꝰ p ſeruũ Franci
ſcum auaricie radicẽ penit9 excludere ab or
to concluſo ꝛ fonte ſignato precepit ne reci/
piant fratres denarios vel pecuniã vel vllã
poſſeſſionẽ terrenam. in pecoribus ſiue ge/
neraliter in omnib9 que paupertatẽ altiſſi/
mã labefaciũt. Et precipue loquit de pecu
nia numerata. Hoc autẽ trahit ab euange
lio Matth. x. Nolite poſſidere aurũ neq3 ar
gentum neq3 pecuniã. vbi dicit gloſa. Duo
ſunt genera neceſſarioꝝ. vnu3 quo neceſſa/
ria emunt. aliud ipa neceſſaria p pecuniam
in zonis vnde illa emũtur. per perã qd emi/
tur ꝛc. Hui9 autẽ inhibitionis facte apoſto
lis ſeptẽ ſunt precipue ratõnes. Prima ẽ ſu
ſpitionis excluſio ad efficaciã predicatiõis.
Secunda eſt terrene ſollicitudinis pfecta
extirpatio ad cõmendationẽ celeſtis proui/
dentie circa illos qui diuinis vacant obſeq
is. Et has duas ratões tangit Hieronim9
in gloſa dicens. Si hec haberẽt non vide/
rent cauſa ſalutis hominũ pdicare ſed lucri
ꝓpterea vite neceſſaria amputat. vt apoſtoli
doctores vere religiõis qui inſtruebãt om/
nia diuina ꝓuidentia gubernari. ſeipos oñ
derent nihil cogitare de craſtino. Hec Hie
ronymus. Tertia cauſa hui9 mandati ẽ de/
claratio virtutis ipſi9 dñi ſaluatoris. Unde
pro iſtis trib9 cauſis dicit Chryſoſtom9 ſu/
per Matth. Multa p hoc vnũ cõmenda/
uit. Primũ quidẽ non ſuſpectos faciẽs apo
ſtolos. Secũdo eruens eos ab omni ſolli/
citudine. vt vacationẽ dei verbo tribuant.
Tertio docẽs eos ſuã virtutẽ. Hoc nempe
poſtea dicit. Nũquid aliquid defuit vobis
qndo miſi vos nudos ꝛ diſcalciatos. Quar
ta cauſa eſt perfecta omĩs amoris mũdani
expectatio. quia maxime inter poſſeſſiones
cupidas ſolẽt haberi pecunie. Eccl's. x. Pe/
cunie obediũt omĩa. Idem. v. Auar9 nõ im
plebitur pecunia. Et Ambroſius d officijs
Domin9 ad diſcipulos ait. Nolite poſſide/
re aurũ neq3 argentũ quo velut falce in hu/
mano pectore ſuccidit pullulantẽ auaricia3
Chryſoſtom9 ſup idem. Radicẽ maloꝝ cõ/
feſtim euellens ait. Ne poſſideatis aurũ ne
q3 argentũ. nõ dixit. Nõ accipite vobiſcum
ſed etiã ſi poſſibile ſit aliũde accipere fugi/
te piculoſam hãc egritudinẽ Quita cauſa ẽ
vt ſtatũ innocẽtie pdite vt erat poſſibile re/
nouaret. In qua ſi homo ſtetiſſet omĩa fuiſ
ſent cõmunia. ꝛ nulla proprietas contracta
fuiſſet ad multitudinẽ aliquã vel perſona3.
Unde chryſoſtom9 dicit. ꝙ hoc dixit vt do
ceret eos ad ſtatũ in quo homo erat añ pec
catum recurrere. Sexta ratio eſt ad doctri
nã perfectiſſime libertatis. quia vt dic Hie
ronym9 in epiſtola. Nemo pfecti9 erogat ꝗ
qui nihil ſibi reſeruat. Et ſi beatius eſt dare
ꝗ accipe. vt dicit Actuũ. xx. Beatiſſimus eſt
qui omĩa ſua dedit ꝛ vt eſt poſſibile paucifſi
ma ecõtra recipit. Septima cauſa eſt indi/
uiſa cordis intẽtio circa predicationẽ verbi
dei. Unde Chryſoſtom9 ſuper idẽ. Orbi ter
rarũ deus doctores miſſur9 erat. ꝓpter hoc
angelos eos ex hoibus cõſtituit ab omĩ ab
ſoluens hui9 vite ſollicitudine vt vna ſola re
tineãtur cura. que eſt cura doctrine. Hanc
igit vitam apoſtoli tenuerũt ꝛ ãte paſſione3
dñi ꝛ poſt. Unde Actuũ. iij. pauperi elemo/
ſynã petenti Reſpõdit Petr9. Argentũ ꝛ au
ru3 nõ eſt mihi. Glo. memor precepti domi/
ni dicẽtis. Nolite poſſidere auꝝ ꝛc. Ambro
ſius ſup Lucã ait. Apoſtol9 Petrus pmus
executor dñice ſentẽtie oſtendit nõ in vacu/
um effuſum dñi mandatũ. Cũ em̃ a paupe
poſceret vt ei aliquid pecunie largiretur. ait
Argentũ ꝛ auꝝ ꝛc. Nõ tam in hoc gloriatur
petr9 ꝙ aurũ ꝛ argentũ nõ habebat ꝗ ꝙ ſer
uet dñi mandatũ dicentis. Nolite poſſide/
re ꝛc. hoc eſt. vides me diſcipulum Chriſti.
ꝛ aurũ a me requiris. Hec Ambroſius. Au
guſtin9 dicit idem tertio de mirabilib9 ſcri/
pture. penultimo caplo. Hoc idẽ etiam ſer/
uauit Paul9. Uñ Chryſoſtom9 de laudib9
pauli. Paulus pecuniã non poſſederat. Nã
ꝛ ipſe dixit. Uſq3 in hanc horã ꝛ eſurimus ꝛ
ſitimus. Idẽ patet de ſancto Johanne euã
geliſta in legenda ſua. Dixerunt enim. Nul
la ratione poſſumus accipere auru3 aut ve
ſtes aut domos aut predia aut ſeruos ꝛc.

Hic tamẽ aduertẽdũ eſt ꝙ preceptũ erat

apoſtolis .nihil habere. vt ſupra viſum eſt.
Et hoc ſeruauit Petrꝰ cum alijs. Permiſſū
eſt autē viuere de cibis ⁊ predijs alienis. et
non ꝑceptū Unde Chryſoſtomꝰ vbi ſupra
Omnibꝫ eos denudās oīa eis dedit. per/
mittens eos manere in domibꝫ illoꝝ quos
docent. ⁊ nihil habētes introire. Hoc idcir
co dixerim. quia Paulꝰ precepta de nō poſſi
dendo. nec ferendo pecuniā ſeruauit. ſicut
Chryſoſtomꝰ expreſſe in libro dicit de lau/
dibus Pauli. Permiſſionē autē de accipi/
endis corpi neceſſarijs ab auditoribus ali/
quādo tenuit vtēs iure ſuo. Unde ſcda ad
Corinth. xj. Alias eccl'ias expoliaui accipi/
ens ſtipendiū ad miniſteriū veſtrū. Aliquā/
do non tenuit. ſublimiꝰ ambulando. Unđ
ꝑma ad Theſſa. j. Nocte ⁊ die laborātes ne
quē veſtrū grauaremꝰ. predicauimꝰ euāge/
lium dei in vobis. Preceptū ergo fuit nihil
habere. Permiſſum vero nō preceptū i mē
ſis ⁊ de mēſis viuere alienis. Sed predicte
ſentētie de apoſtolica pauptate videtur eſſe
cōtrariū ꝙ dominꝰ ipe legit loculos habu/
iſſe. Johis. xij. ⁊. xiij. Sufficit ergo diſcipu/
lo ſi ſit ſicut magiſter eiꝰ. Matth. x. Item.
Si hoc veꝝ eſſet tūc epiſcopi ⁊ clerici alij a
tempe Silueſtri eſſent in ſtatu damnatōis
vt dicūt Manichei. habēt enim aurū et ar/
gentū. Itē ex eadē ratiōe videtur ꝙ iſta vi/
ta apoſtolica nō ſit alijs ꝗꝫ prelatis eccleſie
apoſtolis ſuccedētibus imitāda. ⁊ ſi non il/
lis. nec alijs. Itē ſi aliquibꝫ imitāda ſuffici/
ens videret eā imitari eis in itinere cōſtitu/
tis ⁊ non in domo manētibꝫ. vbi oportet ꝑ
depoſita futuris ꝑiculis obuiare. Uñ Au/
guſtinus de ſermone dñi in mōte. exponēs
illud. Nolite eſſe ſollicitj ⁊c. dicit. Satis ap
paret dominū noſtrū nō hoc improbare ſi
quis humano modo illa ꝓcuret. ſed ſi quis
ꝓpter iſta deo militet. Ad primū reſpōdet
Chryſoſtomꝰ ſuꝑ Johez. omel. lxxj. vbi agi
tur de loculis dñi dicens qualiter non vir/
gam neqꝫ perā nō es iubens deferre. marſu
pium ferebat ad inopū miniſteriū. vt diſcaſ
quoniā valde pauperē ⁊ crucifixū huiuſmo
di oportet facere multā procurationē. Ml'/
ta enim ad noſtrā diſpēſans doctrinaꝫ age/
bat. Hec Chryſoſtomꝰ. Habuit ergo locu
los pro alijs. ⁊ hoc dupliciter. ꝓ alijs perfe/
ctis eccleſie. ſcilicet ꝓlatis vt doceat eos pro
neceſſitatibus pauperū releuandis habere
loculos. Unde Auguſtinꝰ ſuper Johannē

omelia. lx. Habebat dominꝰ loculos a fide
libus oblata ſeruātes. ⁊ ſeruoꝝ neceſſitati/
bus ⁊ alijs indigētibus tribuebat. tunc pri
mū eccleſie pecunie forma eſt inſtituta Hec
Auguſtinus. In ſuos autē vſus nunꝗꝫ ex/
preſſe legit dominꝰ loculoꝝ pecunias con/
uertiſſe. imo magis ꝓtenditur cōtrariuꝫ ſu/
per illud Matth. xvij. ſuꝑ illud. Solue di/
dragma. vbi legit domiꝰ ſoluiſſe didragma
miraculoſe. de pecunia miraculoſe in ore pi
ſcis reperta. Ibi eñ dicit Hieronymus in
gloſa. Dominꝰ tante fuit paupertatꝭ vt vn/
de daret tributa non haberet. Judas qui/
dem loculos in ꝯmuni habebat. ſꝫ res pau
perum in vſus ſuos cōuertere nephas du/
xit. idipſum dās exemplū nobis. Hec Hie
ronymus. Itē habuit loculos pro alijs in/
firmis ⁊ imꝑfectis qui habent loculos ꝓ ſe/
ipſis. qui ⁊ ſi ſint perfecti reſpectu hebentiū
propria vel multa ⁊ magna cū ipſi habeant
pauca. ſunt tamen imꝑfecti in hoc reſpectu
illorum ꝗ nihil habent penitꝰ in hoc mun/
do. Quia nihil habētes penitus ſunt i ſum
mo gradu in hac parte vt eſt poſſibile ſtatui
humano a mūdi periculis ⁊ illecebris abſo
luti. Unde Hugo ſuꝑ pſal. x. dicit. Habe/
bat Jeſus loculos cōformans ſe imꝑfectiſ
Chriſtꝰ in numero imperfectoruꝫ inueniri
voluit. ne ꝓſumerent nō accipientes. ⁊ con/
funderētur accipienteſ. Et ſuꝑ illud pſalmi
ſte. ꝓducens fenū iumentis. dt Auguſtinꝰ.
Habuit dominꝰ loculos vt dictū eſt de qui
buſdā feminis religioſis que miniſtrabant
eidē de ſubſtātia ſua. Futurꝰ erat Paulꝰ ni
hil tale aliquādo requirēs. Sed quia mul
ti infirmi iſta queſituri erāt. magis infirmo
rū perſonā ſuſcepit dominꝰ. ergo ſublimiuſ
paulus. nequaꝗꝫ. ſublimiꝰ chriſtꝰ. quia miſe
ricordius. Cū eñ videret paulū iſta non ꝗ
ſiturum. ꝓuidit ne damnaret queſiturum. ⁊
prebuit exemplū infirmo. Hec Auguſtinꝰ.
Q autē dicit ꝙ ꝓuidit paulū non iſta queſi
turū. intelligendū eſt aliquādo ⁊ nō ſemper
aliquādo eñ accepit ⁊ aliquādo nō. vt ſupra
patet. Qui igit tñ pro alijs habent loculoſ
ad hoc auctoritate eccl'ie cōpulſi ⁊ ſi ꝗntum
in ſe eſt optent ꝓ ſe carere loculis. ad ſe autē
ſeruantes diſtrictionē paupertatis. vt pati/
tur infirmitas. dum ſint in alios affluen/
tes. Sic non habentur loculi in doctrine
preiudicium vel impedimentuꝫ. ſed eos ha
bent ſine oī imperfectōe. qꝛ ꝯueniūt cū xpo i

habendo ⁊ in habēdi ratione. Qui autē ha
bent loculos ꝓ ſeipſis. habent eos vt infir/
mi cōuenientes cum chriſto in habendo. ſed
non in habēdi modo. quia ipſe non habuit
loculos ꝓ ſeipſo. vt viſum eſt. ſed cum hac in/
firmitate tanto ad perfectionem appropin/
quant. quanto paucioribus ſunt contenti.
Ecce ꝙ chriſtus legem datam apoſtolis de
loculis non habendis. ipſe compleuit cir/
cumeūdo per caſtra in quibꝰ nō habuit vbi
caput ſanctiſſimū reclinaret. Et licet quodam
modo infirmū videatur ſm genus ſuū reſpe/
ctu ꝑfectionis Pauli. neceſſaria recipere il/
lo modo quo deꝰ recepit a mulieribꝰ ſecum
itinerātibꝰ. ⁊ comedēdo in menſis alienis.
Eſt tamē longe ſublimiꝰ. ſic de menſis alie/
nis viuere ꝙ nihil ex eis poſſeſſorie habeatur
ꝗ̄ depoſitū recipere ⁊ pecuniam cū refertis
ꝓmptuarijs poſſidere. Propter quod dominꝰ
ſingularis ꝑfectiōis modū illū in exemplū
cōmendās. apoſtolis habere loculos inter
dixit. ⁊ ipſe modū ipm maiori parte vt oſten
ſum eſt cuſtodiuit. Unde nūꝗ̄ in textu euā
gelico mētio fit de loculis niſi ſexta die ante
articulū paſſionis. vbi de Iuda dicitur ꝙ fur
erat ⁊ loculos habens. Iohis. xij. Et infra.
xiij. dicitur Qꝫ quidā putabāt ꝙ loculos ha/
bebat iudas. dixiſſet ei Ieſus. Eme que no
bis neceſſaria ſunt. Circa illud etiā tempuſ
imo ipſa veſpera qua voluit cōprehendi diſ/
penſauit cū apoſtolis vt poſſent habere lo/
culos ſinguli durāte rabie ꝑſecutiōis mor/
tuo ſaluatore. Unde Lu. xxij. Quando mi
ſi vos ſine ſacculo ⁊c. Nunquid aliquid defu/
it vobis. ⁊c. Sed nūc qui habet ſacculū. ⁊c.
Ibi gloſa Bede dicit. Nō eadē viuendi re/
gula ꝑſecutiōis qua pacis tempe diſcipulos
informat. Miſſis enī diſcipulis ad predican
dū precepit eis ne quid tollerēt in via. ordi/
nans vt qui euangeliū pdicat de euangelio
viuat. Inſtāte autē mortis articulo. et tota
illa gente paſtorē ſimul ⁊ gregē perſequente
congruā temporū regulam decreuit. ꝑmit/
tens vt tollant victui neceſſaria donec ſopi/
ta perſecutorū inſania tempꝰ euāgelizandi
redeat. Hec gloſa. Igitur apoſtoli miſſi ad pre/
dicandū loculis caruerunt. Tempe vero ꝑ
ſecutionis ⁊ paſſionis diſpenſatiue loculos
pro ſeipſis habuerūt. Tertio bona multi/
tudinis ad tempꝰ diſpenſauerūt ⁊ illam diſ
penſationē tanꝗ̄ impeditiuā verbi dei di/
mittentes ad primariā reuerſi nuditatē lo/
culis caruerunt. vt ſupra viſum eſt. Pre/
terea licet domino volēte portati fuerint lo
culi a Iuda ꝓditore. nō tamē videtur in eis
aliquid iuris poſſeſſorij vendicaſſe. Unde
Iohis. xiiij. Uenit princeps mūdi huiꝰ. ⁊c.
Gloſa. Noluit dominꝰ habere quod perde
ret. venit pauꝑ ne haberet diabolꝰ quod au
ferret. Reſpōdeo ergo breuiter ad obiectū
de loculis ꝙ chriſtꝰ aliquando habuit locu
los pro alijs. vt ad hoc informaret eccleſie
prelatos. Itē habuit loculos pro infirmis
cōſolandis qui habēt loculos pro ſeipſis.
Sic in eorū ſolatiū fugit cū quereretur lapi/
dandus ne deſperēt ſi aliquando fugiant ꝑ
ſequētes. Si in exemplū fortium ſe ſponte
obtulit in paſſione. ⁊ pro ipſis in paupertate
informādiſ. caruit loculis quaſi nec ſemper
habitos tenebat poſſeſſorie recōditos. vt qui
habent ꝓ ſeipſis ⁊ non gratia diſpenſatōis
loculos. ſciant ſe in hac parte perfectionis
apicē non tenere. Et cū dicitur. ſufficit diſcipu
lo. reſpondendū eſt ꝙ magiſter vnus diuer
ſos docet diſcipulos. ſingulis in ſuis gradi
bus ꝯdeſcēdēs. ſicut apoſtolꝰ inter ꝑfectos
loquebatur ſapiētiam. lac dans paruulꝭ ad
eſcam. Nō debet diſcipulo ſufficere lactꝭ ca/
paci in lacte ſemꝑ ſiſtere etiā ſi lac bibat ma/
giſter ei cōdeſcendens. ſed magis ad hoc tē/
dere vt ſolidi cibi ſit capax. Ita in propoſito
non debet diſcipulo ſufficere vt ſit ſicut ma
giſter eius infirmis cōdeſcendēs. niſi vt eſt
poſſibile gradatim in artis apices ſe exten/
dat. Unde illud verbū. Sufficit diſcipulo.
pro ſolatio tribulatiōis. dictum eſt ſpeciali/
ter. vt ſcꝫ exemplo magiſtri in tribulationū
ſufferentia viriliter ꝑſeuerent. Ad ſecun/
dum dicendū ꝙ illa manicheorū calumnia
proceſſit ex inſipientia manifeſta. Predicta
enim paupertatꝭ diſtrictio non fuit impoſi/
ta apoſtolis vt p̄latis. cū nōdum illo tempo
re p̄lati eſſent nec etiā ſacerdotes. ſed tantū
autentici predicatores miſſi toti mundo in
ſanctitatis exemplū vt ſuperius eſt oſtēſum
Unde illa paupertatis diſtrictio nullos li/
gat alios niſi illos qui ad hoc ſponte ſe ob/
ligant propter chriſtū. Non ſolū ergo poſt
Silueſtri tēpora. imo ſtatim in eccleſie ꝑn/
cipio ipſi diſcipuli xp̄i inſtituerunt prelatoſ
in ſuarū curarum cuſtodijs reſidentes. qui
bus nunꝗ̄ fuit interdictum habere bōa ec
cleſie ſibi neceſſaria in ſe ⁊ ſuis ſubditꝭ paupi/
bꝰ erogāda. Succedūt ergo epiſcopi apoſtolꝭ in

culmine auctoritatis eccl'ie in obligatiõe et
debito virtutis ⁊ ſanctitatꝭ. ſ3 nõ in forma
illiꝰ diſtricte diſcipline ⁊ paupꝑtatis debito
ſupradicta. Hoc repies notũ.xij.q.j.ca. viij.
Vidẽtes. Et Bern̄.ſcđo đ ꝯſideratõe. Nec
eſt locꝰ ocio vbi ſedula viget ſolicitudo om
niũ eccleſiaꝝ. Nã q̇d tibi dimiſit ſanctꝰ Pe/
trus. Qđ habeo inq̇t tibi do. q̇d eſt illđ. vnũ
ſcio neqꝫ auꝝ neqꝫ argentũ. cũ ipſe dicat ar/
gentũ ⁊ auꝝ ⁊c̃. Eſto vt alia quacũqꝫ ratiõe
hoc tibi vẽdices ſ3 ñ apl'ico iure nec tibi da
re qđ nõ habuit potuit. Hec Bern̄. Ad ter
tiũ dicendũ ꝙ p̄lati ad illã vitã nõ tenẽt̃. q̇a
indifferẽter om̄ib; ꝓponit̃ eã volẽtib; imita
ri. Vñ Hiero ad Helbidiadẽ. Vis ꝑfecta
eſſe ⁊ in ꝑmo ſtare faſtigio dignitatꝭ. fac qđ
fecerũt apl'i. Vende oĩa q̃ habes ⁊c̃. Ad q̄r/
tum dicendũ ꝙ iſta apl'ica ꝑfectio nõ eſt ſo/
lũ in itinere ſ3 domi etiã obſeruãda vt nul/
lum depoſitũ pecunie habeat̃ ab his q̇ ꝑfe/
ctionis regl'am imitant̃ Vñ Chryſo. ſuper
Matth. omel'.xxxiij. in fine expoſitõis litte/
ralis de nõ poſſidẽdo aut portãdo auꝝ vel
argentũ dic̃ ſic. Si in aliena patria exiſten/
tes ad ignotos abeũtes nihil ampliꝰ oportꝫ
petere q̇tidiano cibo. multo magꝭ domi ma
nẽtes. Itẽ.xxij. Luce ſup illud. Nũc q̇ habꝫ
ſacculũ. dic̃ glo. In h̄ nobis dat̃ exemplũ vt
nõnunq̃ꝫ cauſa inſtãte q̄dã de noſtri ꝓpoſiti
rigore ſine culpa poſſumꝰ itermittere. Ver
bi grã. Si ꝑ inhoſpitales regiones iter agi
mus. plura viatici cauſa licet portari q̃ꝫ do/
mi habeamꝰ. Et expꝛ̄ſſe in euãgelio aperte ꝓhi
bet apoſtolis poſſidere pecuniã ⁊ portare.
vt patet ex Hieronymo ſup Matthe. ibidẽ
Et Rabano. Hec fuit paupꝑtas apl'ica ante
paſſionẽ ⁊ poſt ad tp̄s. tñ medio tp̄e paulu/
lum diſpẽſatione dñi interrupta Nec tamẽ
om̄es vt dictũ eſt ad hoc tenent̃. Et illud v̄
bum Auguſtini loquẽs de cõi ſtatu omniũ
p̄cedẽtib; nõ repugnat. S3 iſtũ regule arti/
culũ fratres p̄uaricari vident̃. dũ recipiant
alij paupes ſibi pecunias erogatas. Si em̄
ille facit cuiꝰ auctoritate fit. ipoꝝ aũt aucto/
ritate ꝓ libitu eorũ ſuis familiarib; pecunie
pluries cõmẽdat̃. ac aliquotiẽs extra domi
ni ꝑtãtẽ. ḡ ipi pecuniã r̃cipiãt vt videt̃. Ad h̄
patet r̃nſio. qm̄ dare ⁊ recipe opponũt̃ relati
ue. Igit̃ de neceſſitate ſicut dare ſe habꝫ ad
dominiũ trãſlatõꝫ ⁊ p̄uationẽ dãtis. ita ſe hꝫ
recipe ad dominiũ acq̇ſitionẽ. Sicut ḡ nul/
lus dat aliq̇d niſi intẽdat ſe p̄uari dñio eiuſ

qđ dat ⁊ ipm trãſferre in aliũ. ſic nec recipit
ꝓprie aliquid ꝑm qđ receptio opponit̃ dona/
tioni. niſi qđ intẽdit ſibi rei dominiũ acq̇re/
re. Verſus. Nõ tibi dat q̇ſqꝫ niſi q̇ vult exp/
pari. Nec tu q̇d recipis niſi velis ei domiari
Nãqꝫ recepta data ſibi ſunt aduerſa relata
Dans ſua p̄uat̃. recipit q̇ poſt dñat̃. Argu/
mentũ aũt factũ ex falſa ſuppoſitõe ꝓcedit.
quia nõ fratrũ ſ3 mittentiũ auctoritate pe/
cunia cuſtodit̃. Vñ dñium apud mittẽtes
ſꝑ ibi remanet donec ſit ꝓ fratꝝ neceſſitatib;
cõmutata. qđ ꝓbat̃. Quia dicit lex. ff. de acq̇
rẽdo reꝝ dominio. Idẽ in bonis nr̃is hr̃e
intelligimur quotiẽs poſſidẽtes exceptionẽ
aut amittẽtes ad recuꝑandũ eã actiõꝫ habe
mus. Cũ ḡ ille q̇ miſit pecuniã ſi viuit poſſit
eã repetere ſic̃ ſuã. nunq̃ꝫ a dñio ſuo receſſit.
nec in ius trãſijt alienũ. Forte dices ꝙ mit
tens pecuniã intẽdat ſe p̄uari illiꝰ dominio
Fateor ꝙ veꝝ eſt. ſ3 mõ licito ⁊ fratrib; ho/
neſto. Cũ em̄ intẽdat frẽs habere apud de/
um itercеſſores. ñ intẽdit eos ob vſum pecu
nie ſue ꝯſtituere p̄uaricatores. Manet ḡ ſꝑ
pecunia in bonis eiꝰ donec ſit ꝓ fratꝝ neceſ/
ſitatib; cõmutata. Ampliꝰ ponamꝰ ꝙ inten/
dat ſe p̄uari dominio pecunie ſtatim vt ẽ ali
enis fratrib; famulari cõmendata. Dico ꝙ
adhuc a fratrib; nõ recipit̃. cũ nõ intendant
ꝙ aliq̃ ꝓ eis recipiat̃ pecunia ſicut ſua. nec oĩ
no ꝯſentiãt ꝙ eis poſſeſſio acquirat̃. ſine cõ/
ſenſu aũt nõ acquirit̃ poſſeſſio Vñ dicit lex
ff. de acq̇rẽda reꝝ ꝓprietate. ꝙ ĩ amittẽda poſ
ſeſſione affectio eiꝰ q̇ poſſidet eſt intuenda.
Itaqꝫ ſi ĩ fundo ſis ⁊ tamẽ nolueris eũ poſ
ſidere. ꝓtinus amittes poſſeſſionẽ. nec etiã
ſine volũtate donatorꝭ trãſfert̃ dominium
vt patet. ff. de acq̇ren. reꝝ ꝓprieta. ⁊ dominio.
Vñ cũ dator pecunie intẽdat eã dare. tñ vt
poſſit in fratrũ vſum ꝯuerti nũq̃ꝫ vult ĩ eos
dñium trãſferri. ſ3 tm̄ ꝓ ipoꝝ neceſſitatib;
cõmutari. Ponamꝰ ꝙ pecunia tradat̃ ꝑ ma
nus diuerſas vſqꝫ ad cẽteſimã ꝑſonã dato/
ri penitꝰ ignotã. Dico ꝙ adhuc manet ĩ bo/
nis eiꝰ. eo em̄ modo q̇ tenuit eã auctoritate
ſua ꝑmꝰ. tenet ſcđs. tertiꝰ. ⁊ milleſimꝰ. q̇a dic̃
lex. ff. de acq̇ren. reꝝ dñio. ꝙ traditio nihil
ampliꝰ trãſferre debet vel poteſt ad eũ q̇ acci
pit. q̃ꝫ apud eũ q̇ tradidit. vñ ſemꝑ poteſt re
petere hmõi ſicut ſuã q̇ ipam ꝓ fratꝝ neceſſi
tatib; cõmendat. poteſt em̄ mutare volũta/
tẽ ſuã ⁊ ꝓ tãto repetere. aliter eſt in vltimis
volũtatib; defunctoꝝ. q2 voluntas eoꝝ eſt

ſmmobilis. Et ideo ſi cõtingat executores
repetere pecuniã malicioſe ꝓ fratrũ neceſſi
tatibꝫ cõmendatã. nõ eſt reſtituenda. cũ ſint
cõtrarij ipiꝰ teſtatoris vltime volũtati. Q
ſi ipi malicioſe pecuniã detineãt ꝯ formam
teſtamẽti. nec eã velint cõmẽdare alicui fi/
deli ꝓ fratrũ neceſſitatibꝫ diſpenſandã. pñt
frẽs ordinarijs denũciare iniuriã defũcti
ꝛ ſuã. ſine pfectõnis ſue aliq̃ detrimẽto nec
tñ iudicialiť repetere ſicut ſuaz. q̃uis ſit eiſ
debita q̃cũqꝫ portio teſtamenti. Q ſi q̃ras.
cuius ſit pecũia legata. dico ꝙ manet in bo
nis defuncti erogandis. non heredibꝫ ref/
uãdis. Vñ ſi frẽs eũ oĩno reſpuãt dꝫ alijs
paupibꝫ erogari. Frẽs igiť nullo mõ nec ĩ
pecoribꝫ nec in q̃buſcũqꝫ alijs recipiant pe
cuniaz nec mutuo nec dono nec legato nec
ꝑ ſe nec ꝑ ĩterpoſitã pſonã. qꝛ nec dominiũ
nec poſſeſſionẽ ſibi intendũt acq̃rere cõmu
ne vel ꝓpriũ vllo mõ. Nomẽ em̃ pecunie poſ
ſeſſionẽ ſonat. ꝓpter qð etiã ioui nomẽ pecu
nie impoſitũ eſt cuiꝰ ſm fabulas omĩa ſunt
vt docet Augꝰ. de ciuitate dĩ lib. vij. xj ꝛ. xij.
ca. vñ cũ ſint diuitie celeſtes. ꝛ terrene pecu
nie nomẽ tm̃mõ terrã ſonat. ſicut docꝫ Au
gꝰ. ibidẽ. Et ꝙ nomĩe pecunie viliſſime ꝛ cõ
tumelioſiſſime deꝰ nuncupať. cũ tñ idez di
ues dicať. Recipere igiť pecuniã eſt recipe/
re poſſeſſionẽ. Hec eſt igiť ſũma p̃dictoꝝ. ſ.
ꝙ fratres nõ recepiunt ꝑ ſe vel ꝑ interpoſi/
tam pſonã pecuniã. Patet tã a parte pecu/
niã mittentiũ vel dñoꝝ q̃ꝫ a parte ipam re/
cipientiũ vel nuncioꝝ q̃ꝫ etiã a parte fratꝝ
ipoꝝ. Qm̃ mittentes nõ intendũt frẽs fa/
cere p̃uaricatores q̃s volũt habere ꝓ ſe in/
terceſſores. Receptores etiã pecunie cuſto
diant eã nõ auctoritate fratrũ ſed mittẽtiũ
licet cuſtodiãt eã ad voluntatez eoꝝ. Frẽs
etiã nõ intendũt in pecunia ſic miſſa vel cu
ſtodita ius poſſeſſiõis vel dominij ſibi ali/
qualiť vendicare. Sed ꝓ ſcðа parte hꝰ ru/
brice ſubdit. Tñ ꝓ neceſſitatibꝫ infirmorũ
ne maneãt deſolati ꝛ alijs fratribꝫ induen/
dis. in q̃bꝫ alie neceſſitates maiores intelli
gunť. Miniſtri q̃rũ eſt miſtrare ꝛ nõ mini/
ſtrari exẽplo xp̃i Math. xx. Et cuſtodes q̃
rũ eſt curã gerere infirmoꝝ. Naz ſamarita
nus cuſtos interp̃tať q̃ curã habuit ꝛc̃. No
mina aũt cuſtodũ ꝛ miniſtroꝝ ꝛ ſi diuerſis
appropanť. tñ circa eaſdẽ pſonas dicũt mo/
dũ officij in h̃ ordine p̃latoꝝ. Miniſteriuz
dicit humilitatẽ. cuſtodia aũt vigilantiã in
ſinuat paſtoralẽ. ne ꝓpter hũilitatẽ ſic dimit
tatur auctoritaſ. ꝛ euigilantiã ne piclitetur
ordinis diſciplina. Vnð Iſa. xxj. Sup cu
ſtodiã meã ego ſum ſtans totis noctibꝫ. ꝓpt
qð ipe generalis miſter cuſtos inferiꝰ in re
gula appellať. Hic aũt noĩe cuſtodũ etiam
gardiani intelligunť. q̃ hñt imediate cuſto
dire ꝛ intẽdere paſtorali cure. Iſtis g̊ cura
ꝛ ſollicitudo tm̃ imponiť. ꝛ hoc ꝓpter duo. ſ.
vt nullus ſine ipis ſit ſollicitꝰ. Et qꝛ diſpen
ſatio eſt neceſſaria ſm varios ſtatꝰ. de q̃ ad
dit ſm loca ꝛ tpa ꝛ frigidas regiões. Iuxta
has igiť neceſſitates. neceſſe eſt diſpẽſatiue
tpare rigorẽ. ꝛ tpamentũ a ſolis miniſtris ꝛ
cuſtodibꝫ in q̃bꝫ gardiani intelligunť debe
re fieri hic doceť. Eo ſemp ſaluo ſic dictũ ẽ
denarios vel pecuniaz ꝛc̃. Hoc idcirco re/
plicat ne ꝓpter vlliꝰ neceſſitatꝭ piculũ ſuſti/
neant labefieri ordinis puritatẽ ſciẽs ꝑ ta/
liũ receptionẽ ſub falſo p̃textu neceſſitatis
plures in clero ꝛ clauſtro ꝛ deo ꝛ homibꝫ vi
luiſſe. eo ꝙ radix iniq̃tatis antiochus q̃ in/
terp̃tatur ſilentiũ pauptatis. templũ dei le
giť in machabeoꝝ hyſtoria ꝓphanaſſe. ꝛ cõ
tenebreſcente ſtudio ſapĩe q̃ſi ſole. luna ſci/
entie ꝛ ſtudij in ſanguinẽ eſt ꝯmutata. Hec
eſt radix ſapĩe beato Franciſco diuinitus
inſpirata ne vepribꝫ ꝛ ſpinis pene ĩ vniuer
ſa terra exiſtentibꝫ. terror ſpinaꝝ ac vepriũ
veniat in horto ſuo. qꝛ de ſpinis vue mĩme
colliguntur.

Capitulũ V.

f Ratres q̃bꝫ dedit dñs grãm labo/
randi. Poſt excluſum piculũ iude h̃
excludit piculũ religiõis. ne ſponſa
chriſti panẽ comedat ocioſa. Primo infor/
mat laborabiles ad laborẽ. ſcðo ſubdit la/
borãdi triplicẽ rõnẽ. ibi. ita ꝙ excluſo ocio.
Pro p̃mo dicit. Frẽs q̃bꝫ dñs. nõ dic̃ oẽs.
ſed illi q̃bꝫ dedit dñs grãm laborandi. In
hac gr̃a intelligo vires corpis ꝛ habitũ ar/
tis acquiſitũ. ac abilitatẽ. etiã artẽ acq̃ren/
di. laborent fideliť reſpectu ſui ꝛ proximi. ꝛ
deuote reſpectu dei. vt ſcꝫ labor ipe in glo/
riã dei dirigať. De cuiuſmodi aũt loquiť la
boris genere ptꝫ ex rõnibꝫ laboris. que ſũt
tres. ſcꝫ excluſio ocioſitatꝭ. iflãmatio deuo/
tionis. adeptio etiã ſuſtentatõis neceſſarie
corpalis. Voluit g̊ ſctũs Franciſcꝰ ſũme
fratribꝫ imponi exercitiũ. qð pfectiſſime ex
cludit ociũ. qð ſumme nutrit deuotiõis af/
fectuz. qð laudabiliori mõ corpi neceſſaria

ſubmĩſtrat. labor autẽ corpal' ꝛ ſi excludat
ociũ a corpe tñ ꝓ tanto ad modicũ vtilis eſt
qꝛ a corde ſordes ꝛ ociũ nõ excludit. ſicꝫ ptꝫ
in mechanicis q̃ int' labores corpales ſolent
turpiſſimos ſmões eructare. Studiũ ꝟo
ſapie ipm̃ cor occupat. puer. xxiij Prebe mi
hi fili mi cor tuuꝫ. Et ſap. viij. Labores hꝰ
magnas hñt ꝟtutes. Jõ dicit ita ꝙ excluſo
ocio aĩe inimico. Eccĩ. xxxiij. Multa mala
docuit ocioſitas. Hiero. ad euſtochiũ. Te/
neas firmiſſime ꝙ oĩs ꝯcupie ꝛ imũdicie ꝛ
pctĩ mr̃ eſt ocioſitas. Jtẽ labor ipe ſapĩe ex
citat ſũme deuotõis affectũ. Sap. viij. Jm
mortalitatꝫ mr̃ ẽ in cogitatõe ſapia. ꝛ amici/
cia illiꝰ delectatio bona. ꝛ ĩ opib9 manuũ il/
liꝰ honeſtas ſine defectione. Jõ addit. ſctẽ
oĩonis ꝛ deuotõis ſpm̃ nõ extinguãt. Mo
dus aũt laudabiliſſimꝰ corpi neceſſaria ac/
q̃rẽdi ẽ ꝛ ĩ p̃dicatõib9 ꝛ doctrĩe laborib9 ex/
erceri. Labor ei mechanicꝰ ꝯdigne circa p̃/
cia cõpenſat'. Nõ eſt ãt digna cõpẽſatio re/
ceptio corpaliũ ſpũalia ſemianti. j. Cor. ix.
Si vob' ſpũalia ſemiamꝰ. nõ ẽ magnũ ſi car
nalia vr̃a metamꝰ. iõ addit. De mercede ꝟo
laborꝫ corpis neceſſaria recipiãt. Lu. x. Di
gnꝰ em̃ ẽ opariꝰ mercede ſua. Hoc aplĩs ex
iſtẽtib9 p̃dicatorib9 dictũ ẽ qꝛ p̃lati nõdũ il/
lo tpe erãt. vt ꝫ patuit. Et vt dic̃ Augꝰ. lib.
de monachoꝝ ope. Quattuor generib9 ho
minũ lꝫ de euãgelio viuere. ſ. miſtrꝫ altaris
q̃ ſacrificiũ offerũt ꝓ ꝓpl'o eidẽ dina cantica
decantãdo. Jtẽ diſpẽſatorib9 ſacroꝝ ꝛ euã
geliſtꝫ. ac illis q̃ añ ꝯuerſionẽ ſuã hẽbãt ſuf
ficient' vñ viuere poterãt qꝺ paupib9 ero/
gauerũt. Pret' denarios vl' pecuniã ne aliq̃
mõ trãſeat in ius ordis. qꝺ nomẽ tercio in
hibet. ꝓpt' triplex genꝰ pecũie. ſ. mineraliuꝫ.
ꝛ renaſcentiũ ꝛ pecoꝝ etiã a q̃b9 pecũia ẽ ap
pellata. vñ ipe dñs vniuerſe ꝑfectiõis exem
plar nũq̃ꝫ legit' aliq̃ laborꝫ genere laboraſ/
ſe ſciens ꝙ licꝫ paulꝰ q̃ habuit ſpm̃ in pleni
tudine ꝛ ſapĩaꝫ ſine ſtudij labore. ſtipẽdia/
rio laborauerit ñ p̃t tñ h̃ cõiter fieri ab his
q̃ circa ꝓcurandã ſalutẽ hoĩm ſunt ſolliciti
vita ꝛ ꝟbo ſine hꝰ ſollicitudinis detrimẽto.
P̃terea labor ſapĩe ſimpl'r eſt melior corpo
reo labore. q̃uis in caſu poſſit labor ſtipen
diariꝰ eẽ neceſſariꝰ p̃dicãti. Dñs igitur qꝺ
ſimpl'r ẽ p̃dicanti meliꝰ eligẽs ñ laborauit
ſtipẽdiarie. ne doctores nõ laborãtes ar/
guerent' vl' labore tali ipedirẽt'. vñ nec pau
lus vbiq̃ꝫ ſꝫ alicubi laborauit. Quia igit' q̃/
dã fratrũ grãꝫ hñt laborãdi ſpũal'r. q̃dã ꝟo
corpalit' tm̃. oĩb9 dãs regulam generalẽ. vt
vnuſq̃ſq̃ꝫ grã ſibi data vtat' dic̃. Frẽs q̃bꝰ
dñs dedit grãm. Sꝫ ne mercedis exactio
turbet debitores aut extra modũ mẽdici/
tatꝫ degeneret. addit. ꝛ h̃ hũilit' ſic̃ decet ſer
uos dei ꝛ pauptatis ſctiſſime ſectatores.
Sciendũ ꝙ om̃e genꝰ hoĩm ad aliq̃d exer/
citij genꝰ vtil' ꝓ loco ꝛ tpe obligat' p̃ceptorie
Gen. iij. Jn ſudore vultꝰ tui veſcerꝫ pane t.
Vñ q̃ ad maiora apti nõ ſũt. p̃cepto apli la
bore ſunt corporeo exercendi. Dicit em̃. ij.
Theſ'. iij. Audiuimꝰ em̃ int' vos q̃ſdã ãbu/
lare in q̃ete. nihil opantes ſꝫ curioſe agen/
tes. his aũt q̃ eiuſmodi ſũt denũciamꝰ ꝛc.
Jmpiũ ẽ aũt illud qꝺ ocioſis ꝛ curioſis dꝛ.
velle ad alios extẽdere q̃ ſublimiorib9 ꝛ vti
liorib9 ſunt intenti. Capl'm VI

f Rẽs nihil ſibi approprieñt. Hic ter/
cio excludit terciũ ꝑiculũ. qꝺ. ſ. dꝫ ap
propriatꝫ ꝓprijs noſcit' ꝓceſſiſſe. Et
hec ps hꝫ q̃ttuor. Pmo inhibꝫ appropatiõꝫ
ſcðo impõit mẽdicitatẽ. ibi. vadãt ꝓ elemo/
ſina. tercio excitat ad pauptatꝫ immobilem
amorẽ. ibi. Hec ẽ illa celſitudo. q̃rto infor/
mat frẽs ad mutuã ꝯſolatõem. ibi. Et vbi/
cũq̃ꝫ fuerit. Dicit g̊ ꝓ p̃mo. Frẽs nihil ſibi
approꝑent. qꝛ frĩb9 inhibuit receptõem pe/
cunie ne credat' ꝙ alia liceret admittere. vt
pote ĩmobilia. in generali ſmone excludit
oĩa dicẽs. Nihil ſibi approprient. ſuple nec
ꝓprietate ꝑſonali nec generali ipiꝰ cõitatis.
ſic̃ dicit papa regulã declarãdo. Vñ addit
nec domũ nec locũ nec aliquã rẽ. Hoc q̃dẽ
recte. Quia dic̃ Sene. Tutiſſime viueret'
ſi tollerent' duo ꝟba meũ ꝛ tuuꝫ. Planũ eſt
his tpib9 ſũmũ fecere tumultũ ĩ ecc̃ia nr̃m
ꝛ vr̃m. Sꝫ tãq̃ꝫ ꝑegrini ꝛ aduene ĩ h̃ ſecl'o ĩ
pauptate ꝛ hũilitate dño famulãtes. Jntẽ
tio plane ẽ ſctĩ frãciſci vt frẽs ſic̃ fuiſſent
reb9 in aliena poſitꝫ ptãte. Sꝫ q̃dã aduerſa
rij ſctĩ frãciſci ꝛ ꝟitatꝫ aliq̃ñ ꝯ h̃ obiecerunt.
qꝛ. xij. q. j. c. Expedit. dicit canõ. Expedit fa
cultates ecc̃ie poſſideri. ꝛ ꝓprias ꝑfectionis
amore ꝯtẽni. Et ꝯſeq̃nt' eodẽ ca. ponit' exẽ/
plũ de ſctõ paulino q̃ oĩb9 ſuis ꝓprijs diſtra
ctis factꝰ ẽ poſtea eccl'ie eps. cuiꝰ facultateſ
fideliſſime diſpẽſauit. ſubdit. Quo facto ſa
tis oñdit' ꝛ ꝓpria debere ꝓpter ꝑfectionẽ ꝯtẽ/
ni. ꝛ tñ ſine impedimẽto ꝑfectõis poſſe ec/
cleſie facultates diſpẽſari q̃ ſũt ꝑfecto cõia
poſſidere. Hec Proſper. Ergo carere bo/

nis cōib9 ap̄priatꝫ nihil addit pfectōi. Jtē vi
det̄ iſta forma viuēdi falſum ipōnere eccl'ie
dei. Clerici ꝛ religioſi q̄ hn̄t bona ecc'iarū
nō ſunt dn̄i eoꝝ ſ3 vſum tm̄ hn̄t. qꝛ dicit lex
.ff. de reꝝ dn̄io. ꝙ q̄ diui ſūt iurꝫ i nulli9 bo
nis ſūt. g̊ clerici n̄ hn̄t dn̄iū ſ3 vſum tm̄. Jtē
res q̊b9 vtunt̄ frēs aut ſūt alicui9 dn̄i aut n̄.
Si nulli9 q̄re tūc ipi pl9 q̄ȝ alij occupāt. Si
ſūt in alic9 bonis vtpote ecc'ie romāe videt̄
g̊ ꝙ frēs q̊ ꝯtēnūt ꝓpt̄ euādā ſuā pfectionē3
attribuēdo illa ecc'ie. ipōnūt ei ipfectionē3.
qđ nephas ē dicere. cū ipa ecc'ia toti orbi ſit
poſita i ſpeculū ꝛ exēplū. vt3. xix. di. Enīue
ro. Jtē res q̊b9 vtunt̄ frēs aut ſūt ꝓprie aut
cōes. Si ꝓprie dānabiliter hn̄t̄. Si cōes. g̊
ſūt de nūero illoꝝ de q̊b9 dꝛ act. iiij. Et erāt
illis oīa cōia. Jtē frēs vtunt̄ reb9 q̄ ꝯſumūt̄
ipo vſu. Jn talib9 āt nō differt dn̄iū ab vſu
Dn̄ium āt ē ap̄priatio i ſūmo. g̊ talia ſibi ap/
priāt. vt cibos ꝛ veſtes ꝛ hmōi. Ad p̄mū di
cendū ꝙ ſic̄ cōitas reꝝ p̄us iſtituta ē in cari
tatis incētiuū. ſic carētia omīs iurꝫ ꝓprij vel
cōis ap̄lis ipoſita. iſtꝫ nouiſſimis tp̄ib9 re/
nouata ē ad auariciā extirpādā. q̄ pniciosi9
hodie ſerpit i bōis ecc'ie. q̊ꝝ abuſus ē ſacri/
legiū. q̄ȝ in alijs q̊buſcūq̄ȝ. Cū g̊ dic̄ qꝛ expe
dit ꝛc̄. Fateor inq̄ȝ ꝛ expedit qꝛ dꝛ Ecci. xx/
xvij. Nō oīa oīb9 expediūt. ꝛ nō oī aīe oē ge/
nus placet. Vn̄ ꝛ ap̄ls talia ſibi mīme expe
dire dic̄. i. Coꝝ. vi. Oīa mihi licēt ſ3 n̄ oīa
expediūt. Cui9 cāȝ addens dicit. Sed ego
ſub nulli9 redigar ptāte iudicꝫ. i. repetēdo
aliq̄d tāq̄ȝ meū. Expedit g̊ hr̄i cōia p ſuſten
tatiōe miſtroꝝ etiā egenoꝝ. Expedit etiam
mod9 ali9 his q̊ nolūt ꝓpt̄ poſſeſſionū mul/
tiplicationē ſub trena redigi ptāte nil hr̄e i
ꝓprio vel cōi. Vn̄ Hiero. ad demedriadem
ap̄lici ē faſtigij pfecteq̄ȝ ꝟtutꝫ oīa vendere ꝛ
paupib9 diſtribuere. ꝛ ſic leuē ꝛ expeditū cū
xp̄o ad celeſtia ſubuolare. Et ꝙ addit̄ ibiđ
ꝙ ſine ipedimēto pfctōis pn̄t cōia diſpēſari.
fateor veꝝ eē. qꝛ vt̄s tactū ē nō repugt̄ pfe/
ctioni q̄ȝtūcūq̄ȝ paupis ecc'iaſtica bona im/
perāte ecc'ia ſuſcipe diſpēſanda. ſi q̄ntū in ſe
eſt diſpenſatoꝛ ſp eis carere optet. ad ſe vt
patit̄ fragilitas diſtrictōe3 mīme relaxādo
Sic em̄ diſpēſans loculos h3. nō p ſe ſ3 p
alijs ꝛ in hn̄do ꝛ hn̄di mō ꝯformis ē ſalua/
tori. vt̄s patuit. Ad ſcđm dicēdū ꝙ licet illa
q̊b9 vtit̄ ecc'ia i nulli9 ſint bonis ꝓprietarie q̊
ad pſonā ſunt tn̄ ꝓpria cōitatib9 ecc'iaꝝ. Vn̄
dꝛ Act. iiij. Nec q̊ſq̄ȝ eoꝝ ex his q̄ poſſide/
bāt aliq̄d ſuū eē dicebat. g̊ poſſidebāt i cōi
ſed nō ꝓprietarie ꝛ ꝓ tāto dicunt̄ talia i nul/
li9 boniſ eē. Juxta qđ dic̄ lex. ff. de reꝝ dn̄io
ꝙ res publice i nulli9 ſūt bonis. ipi9 em̄ vni
uerſitatꝫ eſſe credūt̄. Nō eſt tn̄ vſq̄ȝquaq̄ȝ ſi/
mile de ꝓprietatib9 ciuitatū ꝛ ecc'iaꝝ. Ad ter
ciū iā pt3. Oīa em̄ mobilia q̊b9 ordo vtit̄ ſūt
mere ꝛ imediate ipi9 ecc'ie romāe. Sic g̊ ea
hr̄e ꝓ palioꝝ neceſſitate in eo q̊ ingredit̄ per
oſtiū ap̄lico more. in nullo pfctōi repugnat
vt ſupi9 ē oſ̄ſu3. Ad q̄rtū dicēdū ꝙ res q̊b9
frēs vtunt̄ ſūt eis cōes q̄ntū ad vſu3. ſed tn̄
nō q̄ntū ad dn̄ium. De illis ſctis āt i hirl'm
cōſtitutꝫ. dicēdū ē. ꝙ erāt eis cōia q̄ȝtum ad
poſſeſſionē. Alij ꝟo plīmi int̄ eos cōem vſu3
illaꝝ reꝝ ſine dn̄io habuerunt ſicut ap̄li q̄n
erāt p̄ſidentes illi multitudini vt3. xij. q. j. c.
dilectiſſimis. Ad q̊ntū dicendū ꝙ duplex ē
vſus reꝝ. Quidā em̄ vtunt̄ reb9 auctorita/
te ꝓpria. vt dn̄i. q̊dā aliena vt ſui. Quia vt di
cit lex. ff. de peculio. veſtꝫ q̄ vtit̄ ſuus ē de pe
culio dn̄i. Et alibi dicit lex ꝙ illud qđ ſuo
acq̊rit̄ dn̄o acquirit̄. Jn vſu g̊ illoꝝ qui ſua
auctoritate vtunt̄ reb9. in hmōi non differt
vſus a dn̄io. Jn vſu āt alioꝝ differt. quia g̊
frēs minores p xp̄o ſuiles effecti ſunt. vtunt̄
reb9 q̄s vſu ꝯſumunt. nec tn̄ eis dn̄ant̄. ꝛ in
hoc ip̄m dn̄m imitantur q̊ cibo veſcebatur
alieno. in alienis domib9 ꝯtinue hoſpitādo
Sed q̄rit̄ ex q̊ frēs tm̄ hn̄t vſu3 reꝝ pn̄t ne
hr̄e vſū q̊ꝝcūq̄ȝ ꝛ q̄ȝtaꝝcūq̄ȝ reꝝ. Et vidꝛ ꝙ
ſic. qꝛ teſte Gre. Cēſus n̄ ē i culpa ſ3 affect9
g̊ ſufficit hr̄e affectionē liberā. nec ē vis de
reb9 ſiue ſint magne ſiue parue. Jte3 vidit
de9 cuncta q̄ fecerat ꝛ erāt valde bona. Bo
num autē additū bono auget ip̄m. g̊ caren
tia diuitiaꝝ nihil facit ad pfectionē. Jtem
Nōne multi ſctī legunt̄ in vtroq̄ȝ teſtamen
to in diuitijs habundaſſe. Rn̄deo ad q̄ſtio
nē ꝙ cū frēs ſint ꝓfeſſores altiſſime pauper
tatis oportet ꝙ oīa que in coꝝ vſu3 veniūt
habeant. vt eſt poſſibile. paruitatē. vilitatē
ꝛ aſperitatē. q̄ tria paupt̄atē altiſſimā natu
raliter ꝯſequunt̄. Ecōtra diuites hn̄t afflu
entiā gloriā ꝛ ap̄parentiā ꝛ ꝯſolationē. que
pn̄t diuitijs cōparari. Quia g̊ paupt̄as in/
q̄ntu3 eſt ꝯtraria diuitijs careat his tribuſ
ſi caret diuitijs. neceſſe eſt vt paupt̄as altiſ/
ſima vt eſt poſſibile careat his trib9 in ſum
mo. Nō ergo cōpetit viris paupib9 hr̄e ma
gnas areas vel ſumptuoſa edificia aut que
cunq̄ȝ ſimilia. nō vaſa ornata. nō cellaria. nō

vinaria.nō promptuaria inſtaurata.ſed vt
oia q̄ntū patiť fragilitas ad pauptatis ſtri/
ctiſſimā regulā reducanť Jō addit. Sȝ tā/
q̄ȝ pegrini in h̄ ſecl'o ⁊ aduene. Et ad dictuȝ
Grego.dicēdū. Fateoꝛ q̄dē ꝙ cēſus nō ē in
culpa eſſentialiť vl' cauſaliť ſȝ occaſionaliť.
qꝛ affluētia hita illicit aīm poſſidēt. Unde
Bern̄. Hec ē rō nō hn̄daꝝ diuitiaꝝ ꝑcipue
qꝛ ſine amore vix aut nunq̄ȝ hrī pn̄t. Et ꝑ h̄
ptȝ rn̄ſio ad ſcđm.qꝛ oīa ſūt bona eſſentia/
liť.ſȝ occaſionaliť mala ſūt ex hūana īfirmi
tate. Un̄ ſapie.xiiij. Creature dei in odiū fa
cte ſūt ⁊ in tētationē aīe hoīm ⁊ ī muſcipu/
las pedibꝫ inſipiētiū. vn̄ dicͭ poeta. Creſcit
amoꝛ nūmi q̄ntū pecūia creſcit. Ad terciuȝ
dicēdū ꝙ aliq ſcti fuerūt diuites ſȝ pauciſſi
mi.vn̄ diuites ī ſingl'ari nūero ⁊ cū ꝯditiōe
cōmēdanť. Eccl'i.xxxi.vbi đr. Beatꝰ diues
q̄ inuētꝰ eſt ſine macl'a. Sȝ pl'aliť dānātur
Lu.vj. Ue vob̄ diuitibꝫ q̄ hētis h̄ ꝯſolatōēȝ
vr̄aȝ. Jllis tn̄ oībꝫ xp̄s infinite ꝓponiť q̄ ſe
exhibuit doctoꝛē pauptatꝭ v̄bo pꝛiť ⁊ exēplo
Qđ aūt melioꝛ elegit magꝭ eſt eligendū.

Sequiť ſcđa ps rubrice. Uadant ꝓ ele
moſina ꝯfidenť ⁊c̄. Sed ꝯ hoc videť qꝛ de
ſctis paupibꝫ in hierl'm ꝯgregatꝭ đr Actu.
iiij. Nec q̄ſq̄ȝ egens erat inť illos. Sȝ ad h̄
ptȝ rn̄ſio ex p̄dictꝭ in ſcđa rubrica. quia illi
paupes nō oīno diſtrictionē aplīce paupta
tis ꝓfitebanť. vt viſuȝ ē. inť q̄s erāt neophy
ti viri ⁊ ml'ieres q̄bꝫ ſubita egeſtas ꝑnicio
ſa forſitā extitiſſet. ecōtra paulꝰ ꝓ ſe ⁊ ſibi cō
formibꝫ.i.Coꝛ.iiij.ait. Uſq̄ȝ in hāc horā e/
ſurimꝰ ⁊ ſitimꝰ. Et.ij.Coꝛ.xi. Cū em̄ apud
vos eſſem ⁊ egerē. nulli onerosus fui. Jteȝ
obijciť. licȝ dn̄s paup fuit.nō tn̄ đr a q̄buſ/
dā fuiſſe mēdicꝰ.vt videť. Jtē frēs mēdicā/
do videnť grauare alios paupes mēdicos
penitꝰ hūano auxilio deſtitutos. Jtē Act.
xx. Beatiꝰ eſt magꝭ dare q̄ȝ accipe. Rn̄deo.
Cū ſūme honorificū ſit dare.ſūma ꝓuatio
honoꝛꝭ ē ꝯſtituere ſe ī dādi impoſſibilitate
⁊ neceſſitate mēdicādi. Quia dicͭ Seneca.
Nil carꝰ emiť q̄ȝ qđ ꝑcibꝫ ꝯſtat. Jnť etiam
oīm petitionū genera. verecūdiſſima ē mē/
dicitas. Eſt ei mēdicare ad miſcđiaȝ hoīm
viuere. vt dicͭ Aug.ſuꝑ illud Ps̄. Nutātes
trāſferanť filij eiꝰ ⁊ mendicēt. Quid p̄t autē
tā verecūdū eſſe q̄ȝ in oīm xp̄ianoꝝ miſcđia
ſe ponere. Hoc ſciēs ſctūs Franciſcꝰ ſub/
dit Necoȝ eos verecūdari ⁊c̄. Jp̄e em̄ dn̄s
mēdicꝰ fuit. vn̄ Aug.ſuꝑ ilđ ps̄. Perſecutꝰ ē

hoīeȝ inopē.i.xp̄m.ſ.iudaſ. Et ꝙ addidit ⁊
mēdicū illū eundē itelligere poſſumus.niſi
forte qꝛ dicͭ ml'ieri ſamaritane. da mihi bi/
bere. ⁊ ī cruce ait. ſitio. Ampliꝰ q̄ȝuis eiꝰ oīa
eſſent ⁊ ei ab oībꝫ deberenť. ip̄e tn̄ n̄ ē vſus
ſua ptāte talia exigēdo. Nec em̄ exegit ꝑ im
periū auctoritatꝭ ſȝ ꝑ modū paupis mēdi/
ci. ſicͭ dixit zacheo Lu.xix. feſtinās deſcēde.
Jbi glo. Nō inuitatꝰ ſe īuitat. Jtē tali etiā
forma apl'i ꝓceſſerūt. q̄bꝫ licȝ oīa deberenť.
tn̄ vt paupes receperūt ex miſcđia ſibi da/
tū ad ncc̄itatē. Jtē Ber. tractās illud v̄buȝ
Cū factus eēt ieſus ānoꝝ dicit. Ut te inq̄ȝ
dn̄e ꝑ oīa nr̄e pauptati ꝯformares. et om̄s
vite hūane calamitates ſuſcipes q̄i vnus ī
turba paupeꝝ ſtipēdiū ꝑ oſtia mēdicabas
Huic cōcoꝛdat ſctūs Augꝰ. ſuꝑ ps̄.ciij. ſuꝑ
illud ꝓducēs fenū iumētis. dicͭ in oꝛigina/
li. Loculi erant iude ꝓditoꝛi cōmiſſi ⁊ illi q̄
ꝯferebāt in loculos dn̄o ꝯferebāt niſi forte
putatꝭ ꝙ dn̄s ibat ⁊ petebat aut indigebat
cui angeli ſeruiebāt. Quare egere voluit ni
ſi vt daret exemplū montibꝫ vt parerēt fe/
nū. Hec Augꝰ. Ad terciū dicēdū. Sicͭ di/
cit apl's Roma.xv. Probauerēt macedonia
⁊ achaia collectōnē aliquā facere ī paupes
ſctōꝝ q̄ ſunt in hierl'm. Placuit em̄ eis ⁊ de
bitoꝛes ſunt eoꝝ. Nā ſi ſpūaliū eoꝝ parti/
cipes facti ſunt gentiles. debēt ⁊ in coꝛꝑali
bus miniſtrare eis. Jbi dicit glo. ꝙ erant
debitoꝛes.qꝛ illi paupes miſerāt eis p̄dica
toꝛes. Cū igiť iſti paupes frēs toti mundo
mittūt p̄dicatoꝛeſ. a toto mūdo pn̄t accipe
neceſſaria vite ſue. Nulli ḡ iniuriāť in hoc.
qꝛ legis teſtimonio doceť ꝙ nulli facit iniu
riā q̄ vtiť iure ſuo. Niſi forte iō faciūt iniu/
riā. qꝛ qđ pn̄t accipe cū honoꝛe accipiūt cū
extrema ꝯfuſiōe. Jtē oīa bona eccl'ie xp̄i ⁊
om̄es ſuꝑfluitates diuitū ſunt vna reſpub
lica pauperuȝ. Jn participatiōe aūt huius
reipublice tanto vnuſq̄ſq̄ȝ minꝰ alios ledit
quāto paucioꝛibꝫ eſt ꝯtentꝰ. Hoc faciūt fra
tres iſti q̄ cū poſſent viuere ſicut alij clerici
in ſtatibꝫ honoꝛis ⁊ affluētie. viuunt in ſta/
tu ignominie ⁊ erumne. mēdicātes pro ſe/
ipis. ſicut paulus mēdicauit ꝓ alijs. vt ptȝ
in epl'is ſuis. ſcȝ in collecturꝭ ꝓ paupibꝫ fa/
ciendis. Ad vltimū ſciēduȝ ꝙ ſi beatius ē
magis dare q̄ȝ accipe beatiſſimi ſunt q̄ om
nia dederunt. Un̄ Hiero. Nemo ꝑfectius
erogat q̄ȝ qui ſibi nihil reſuat. Jtē ſi recipe
re diminuet de beatitudine. ergo q̄ magis

recipiũt magꝭ deficiũt.et q̇ minus recipiũt
minꝰ deficiũt. In hac pte tales ſũt iſti pau/
peres in toto clero ex ſua ꝓfeſſiõe. Itē licet
dare ſimpl'r beatiꝰ ſit q̃ȝ recipe.tñ cũ circũ/
ſtantia tãte hũilitatꝭ recipe ē beatiꝰ q̃ȝ dare
vñ dños ſuos diſcipl'os ad receptionē in/
formauit q̄s nudos p ſcl'a deſtinauit. Ua/
dãt ḡ frēs ꝓ elemoſina cõfident.nec oȝ eos
verecũdari.qꝛ dñs nr̄ ſe fecit pauperē in ħ
mõdo. Sȝ gliēt qꝛ datũ ē eis ꝓ nomie ieſu
ↄtumeliam pati. Nihil habentibus in hoc
mũdo. Sȝ ꝓ tercio addit. Hec ē illa celſi/
tudo altiſſime pauptatis ꝛc̃. Quarē altiſſi/
me niſi qꝛ a mũdo remotiſſime.ꝛ pↄñs celo
rũ regno ſũme vicine. Illi etiã vite etn̄e vt ē
poſſibile ſitime.vbi nihil trenũ ē ꝓpꝛiuȝ vel
cõe. Uñ ſubdit. Que vos cariſſimos frēs
meos heredes ꝛ reges regni celoꝝ īſtituit.
Iõ heredes qꝛ oĩa dimittētibꝫ ꝓ regno ce/
loꝝ ꝓmittit glá etn̄a. Iõ reges qꝛ ſolutiõe
facta plenarie ꝓ re emēda. Idcirco Math.
v.dr. Bti paupes ſpũ qm̄ ipoꝝ ē regnũ ce.
Sũt ḡ tãq̃ȝ dñi celoꝝ qꝛ cũcta dederũt ꝓpt
deũ.q̃uis nõdũ ſũt in eiꝰ poſſeſſiõe. Hunc
aũt modũ acq̇rēdi regnũ addit di. Paupeſ
rebꝫ fecit ꝟtutibꝫ ſublimauit. Ad ħ em̄ ordi
nat pauptas iſta vt ſoluto p eã ꝓhibēte ꝟtu
tis ſctitas augeat. Studeãt ḡ iſti paupes
ſic ſunt ceteris artiores in pauptate ſic ſint
p̄ ceterꝭ in oĩbꝫ celſiores. Hec ſit portio vr̃a
q̄ pducit in trã viuētiũ.coiꝑo q̄ in tra mori
entiũ nihil q̄rũt. Cui dilectiſſimi totalit in/
herētes vt oĩa q̄ in vſu fratꝝ ſũt hãc p̄dicēt
pauptatē. Nihil aliud ꝓ nomie dñi nr̄i ieſu
xp̄i in ppetuũ ſub celo hr̄e velitꝭ. Ip̄e ei ita
paup extitit ꝙ nihil habuit q̄ poſſit eũ dia/
bolus ſpoliare.vt s̄ ptȝ. Sȝ qꝛ ſic frībꝫ de/
pauperatꝭ neceſſaria ē fraterna conſolatio
addit. Et vbicũq̃ȝ ſũt frēs oñdãt ꝛc̃. Oſten
dēs q̄lit ſe debēt hr̄e ad alios. Et p̄mo ad
ſanos ꝛ ↄñter ad egros. Circa p̄mũ ifor
mat eos ad verã ꝛ nõ ad fictaȝ caritatē.ꝛ ħ i
duobꝫ. Pꝛio q̄ ad familiarē affabilē ꝛ ſocia/
lē dilectionē. Scdo q̄ ad neceſſitatuȝ oĩm
releuationē. Dicit ḡ. Ubicũq̃ȝ ſint ī domo
ſiue extra domũ.ꝛ ſe inuenerint frēs oñdãt
ſe domeſticos inuicē.nõ ſolũ publice.ſȝ fa/
miliarit ꝛ ſecrete.ꝛ iõ ait int ſe. Pro ſecũdo
addit ꝛ ſecure maifeſtet vnꝰ alteri neceſſita
tē ſuã. Secure inq̇t ſic filiꝰ mr̄i ſue. Uñ ad
dit.qꝛ ſi mr̄ nutrit ꝛ diligit filiũ ſuũ carnalē
q̄nto diligentiꝰ dȝ q̇s diligere affectu.ꝛ nu

trire ſcȝ effectu frēm ſuũ ſpũalē.cõſequētia
ptȝ.qꝛ amor gratuitꝰ ſcȝ caritatꝭ fortior eſt
amore carnali. Tũ qꝛ caritas ſupat mortis
īnatũ horrorē. Tũ qꝛ caritas hȝ fundamē/
tũ ſui bonũ infinitũ.ꝓpter qḋ nihil finitũ p̄/
ualet ↄtra eã. Hec aũt exhortatio ex illa re
gula euãgelica trahit Ioh.xiij. In hoc co/
gnoſcēt oēs ꝙ mei eſtis diſcipli ſi dilectio/
nē habueritꝭ ad inuicē. Itē Luc.xxij. Et tu
aliq̄n ↄuerſus cõfirma frēs tuos. Sed ꝓ
egrotis ſubdit. Et ſi q̇s eoꝝ in infirmitatē
ceciderit alij frēs debēt ei ſeruire ſic vellent
ſibi ſeruiri. Et ħ etiã ad eãdē caritatē ptiet.
Uñ Ecci.vij. Nõ te pigeat viſitare īfirmoſ.
ex his em̄ in dilectiõe firmaberꝭ.vñ Mat.
vij. Omĩa q̄cũq̃ȝ vultis vt faciãt vobis ho/
mines.ꝛ vos eadē facite illis ꝛc̃.

Capitulũ VII.

[S]I q̇ fratrũ inſtigãte inimico morta
lit peccauerint. Stabilitꝭ duobꝫ ci/
uitatis lateribꝫ ex ſex partibꝫ figura
tis.hic agit de tercio latere occidentali. Et
hec pars hȝ tres ptes.qꝛ in p̄ma agit de la/
pſoꝝ releuatione a caſu fugientiũ. In ſcda
agit de p̄ncipali ordĩs gubernatõe ꝛ ptinē/
tibꝫ ad totiꝰ ordinis īmobilē ſtatũ. In ter/
cia agit de erectione alioꝝ a caſu p̄dicando
ꝟbũ diuinũ. Prima ps hȝ tres. Primo em̄
tãgit pctõꝝ debita ponderatio. Scdo eo/
rundē ordinata correctio.ibi. Ip̄i ꝟo mini
ſtri ſi pſ̄bri ſũt. Tercio ſubdit miſtrorũ ꝓ/
pria informatio.ibi.ꝛ cauere debēt. Dicit ḡ
ſic. Si q̇ fratrũ inſtigãte inimico ꝛc̃. Quan
to em̄ aliq̇s maiꝰ habuerit ſtudiũ pfectuȝ.
tanto fortioribꝫ ↄtra eũ machinat inſidijs.
Mortalit peccauerit ꝙ fit in oĩ volũtaria
trãſgreſſiõe p̄cepti legis diuie et diſcipline.
Pro illis peccatꝭ de q̇bꝫ ordinatũ fuerit int
frēs vt recurrat ad ſolos miniſtros ꝓuinci
ales. Iuxta qḋ dñs eiectionē demonioruȝ
ſuis miraculis reſuauit Lu.viij. Teneant
p̄dicti frēs ad eos recurrere q̃ȝcitiꝰ poterũt
ſine mora. Hoc de notorijs tm̄ peccatꝭ in/
telligit.qꝛ q̄ ſecreta ſunt nõ ſunt publicãda
Grauiꝰ em̄ eſt pctm̄ qḋ in ſcandalũ aliorũ
publice ppetrat q̃ȝ occultũ.ceterꝭ paribus.
ꝛ ideo grauiꝰ eſt puniēdũ. Sequit ſecũdũ.
Ip̄i ꝟo miniſtri ſi pſ̄bri ſunt.qḋ regularit ē
tenendũ.cũ habeãt curã aĩaꝝ.ꝛ p ↄñs debe
ant vultꝰ pecorũ ſuoꝝ cognoſcere ꝛ in fide
ac moribꝫ ordinare. Iſtud aũt dictum eſt ꝓ
ordinis p̄ncipio in q̄ erat raritas ſacerdo/

tũ. Maxime qꝛ Frãciſcꝰ ex hũilitate legiť
ſacerdotiũ fugiſſe. ſicͭ ꝛ ſanctꝰ Benedictus.
cũ miſcðia iniũgãt illis pniaꝫ. Cũ miſcðia
inqͭt. ne eueniat qð dꝛ Ezech. xxxiiij. Cũ au/
ſteritate impabatꝭ ei ... cũ potẽtia. ꝛ diſper
ſus eſt grex meꝰ. eo ꝙ nõ eẽt paſtoꝛ. Si ỽo
pſbri nõ ſint iniũgi faciãt ꝑ alios ſacerdo/
tes oꝛdinis. Pro tercia ꝑte ſubdit. Et caue
re debẽt ne iraſcanť. Ira q̃ eſt hitꝰ cũ aſſen
ſu liberi arbitrij ĩ maliuolẽtiã. Hoc idcir/
co dixerim. qꝛ vitare oẽs paſſiões ſurrepti
cias ire nõ eſt ĩ hoĩs ptãte. Sufficit aũt vo/
lũtatꝭ rectitudinẽ cuſtodire ꝛ motꝰ hmõi ir
rõnabiles circa ꝯſenſuꝫ viriliter cohibere.
Ps. Iraſcimini ꝛ nolite peccare. Et cõtur
benť. i. turbulẽti ꝛ ťribiles efficianť ſubditꝭ
ſuis ꝓpter pctm̃ alicꝰ. qꝛ ira ꝛ ꝯturbatio ĩ ſe
ꝛ in alijs ĩpediũt caritatẽ. q̃ eſt vita coꝛdis.
j. Joh iiij. Qui odit frẽm ſuũ homicida eſt
Nõ aũt ꝓhibet irã ꝑ zelũ q̃ virtꝰ eſt neceſſa
ria in pctis coꝛrigẽdis. Cap. VIII.

v Niuerſi frẽs vnũ de fribꝫ iſtiꝰ religi
onis ꝛc. Hic ſcðo ꝓuideť aduerſus
occaſum ꝑncipalꝭ oꝛdinis guberna
tio q̃ntũ ad q̃ttuoꝛ. primo q̃ntũ ad generalꝭ
miniſtri ꝑfectionẽ ꝛ electionẽ. ſcðo q̃ntũ ad
caplĩ generalꝭ celebꝛationẽ. ibi. q̃ decedẽte.
tercio q̃ntũ ad abſolutionẽ miſtri inutilis.
ibi. ꝛ ſi aliq̃ tpe. q̃rto q̃ntũ ad celebꝛationẽ.
caplĩ ꝓuincialꝭ in ſingulꝭ ꝓuincijs. ibi. pꝰ ca/
pitulũ ỽo pẽth. Dicit ğ ꝑ ꝑmo ſic. Uniuerſi
frẽs vnũ de fribꝫ iſtiꝰ religionis teneanť ſꝑ
hře generalẽ miſtrũ ꝛ ſuũ totiꝰ fraternita/
tis Eccĩ. l. Circa illũ coꝛona fratꝝ q̃i plãta/
tio cedri ĩ mõte libano. In his aũt ỽbis tã
git eiꝰ auctoꝛitatẽ ĩ noĩe generalitatꝭ. Tan/
git etiã hũilitatẽ cũ dic̃. vt ſit ſuꝰ totiꝰ frater
nitatꝭ. vt. ſ. q̃ dũ ſubditꝰ erat obediebat vni
aut duobꝫ. Sciat ſe electũ in generalẽ mi/
lis diebus quieſcant. vanitas exagitat. Ne
vel in iſtis in bono ope ſe exerceant. pigri/
cia ligat. Deinde quaſi concludens ſub/
iungit. Quapropter non negligenter ha/
benda eſt in bono opere diſcretio tempoꝝ.
quia ſicut malum opus nullo tempore lau
dabile eſt. ita etiam bonum opus quodā/
modo reprehenſione dignum iudicatur. ſi
tempore oportuno factum non eſt.

Diligentia in opere ex promptitudine
operantis. et deuota fideliꝗ operandorū
executione dinoſcitur. Diligentie huiuſ
modi promptitudo non in opere manuū
tantū. imo in conuentuali quolibet maxi/
me locum habet. Quicquid pertinet ad cō
uentū. id precipuo diligentie ſtudio ē agen
dum. Sint ergo precipue ad conuētualia
exequenda promptiſſimi. nunꝗ tarde ad
opus dei vel ad menſam occurrant.

Unde ſanctus Benedictus. Ad horā
diuini officij mox vt auditum fuerit ſignū
(relictis omnibus que in manibus fuerit)
ſumma cum feſtinatione curratur. cū gra/
uitate tamen vt nō ſcurrilitas inueniat fo/
mitem. Ergo nihil operi dei ꝑponatur.

Ad menſam autem qui ꝑ negligentiam
non occurrerit ante verſum. vt ſimul om/
nes dicant verſum ⁊ orent. et ſub vno om/
nes ad menſam accedant. Si vſꝗ ad ſecū/
dam vicem correptus. emendare neglexe/
rit. iuxta ſancti decretū a cōmunis eſt mē
ſe participatione arcendꝰ. vt ſolus a cōmu/
ni conſortio ſequeſtratus reficiatur. ſua ei

de vino ſi fuerat habiturus ꝑortione ſub/
lata. Digne quidē a cōmuni refectione re/
pellitur. qui ſe ꝑ vicium a cōmuni oratiōe
ſecludit. Abſit a ſeruis dei vicioſe huius
conſuetudinis turpitudo. vt conuentuale
aliquod diuinum ꝑſertim officium alteriꝰ
pretextu cuiuſlibet. tardo acceſſu vel certe
abſceſſu propter opera dehoneſtent. Ut
tardus acceſſus. ſic ante horam receſſus ſi/
ne graui ꝓſumptus neceſſitate arguitur

Impatientis ⁊ vani ſignum eſt homis
in cōmunibus anticipare receſſum. nec o/
pus dei poſſe in choro finetenus expecta/
re. Si monachum ſancto narrāte Gre/
gorio. poſt completum officiū cōtinuo re/
cedentē. viſuſ eſt demon ab oratorio retra
here. quid de his qui nec ipſius expletionē
officij ꝑſtolātur. Haud dubium conuentu
alis vbilibet decorem integritatis neglige
re. inexcuſabile prorſus remiſſionis eſt vi/
cium. Ad vicium autem vix occaſio de/
erit. ſi quelibet admittatur. Omnes de/
niꝗ fratres labores non ex ſola conſuetu
dine vt vitula docta trituram diligere. ſed
ex animi deuotione ſectentur. vt in cōmu/
nibus ſit feruoris affectio ſpecialis.

Conuentualem vitam vt ſanctiſſimam
imo angelicam toto affectu animi ample/
xantes. ei tam continua ꝗ deuota ꝓſecuti/
one adhereant. Quantū ad officium men/
ſam ⁊ alia. vix niſi coacti a conuentus con/
gregatione recedant. Tantam deus cō/
uentui efficaciam contulit bonitatis. vt ibi
augmentum ſuſcipiat boni bonus. aut ve/
niam mali malus. Multa in conuentu bo
na ꝓſentibus conferūtur. abſentibꝫ ſubtra
huntur. Saul ad conuentum pſallentiū
ꝓphetarum accedens. ꝓpheta efficitur. ex/
tra conuentū factus ꝑuertitur. Thomas
diſcipulorū abſens conuentui viſionis do
minice conſolatione fraudat. quā ad colle
gium reuerſus aſſequitur. Diſcipuli parit
congregati ſpiritūſanctum accipiunt. In
conuentu dominus habitat et quieſcit. ibi
deuotos quoſꝗ vberiorꝫ gratie pabulo re
focillat. ibi ꝗ plures negligentie ꝑſonales
in diuino maxime officio ſubrepētes. ꝯgre
gationis cōmunione ſupplentur. Ibi quod
ſuis quiſꝗ non poteſt. aliorum meritꝫ obti
nere meret. Ceteꝝ lꝫ ad maiora domꝰ offi/
cia vicꝫ hoſpitalarie. refectorij. infirmarie,

lectionis ad menſam et huiuſmõi ꝑncipali
ter et continue facienda. nouicios fratres
aſſumere. prouida religionis ꝯſuetudo nõ
habet. Si tamẽ quãdo ꝯtingat eis aliqua
huiuſmodi officiorũ. vel ad horaꝫ cõmitti.
magna debent deuotõe ſuſcipe. ⁊ ad faciẽ/
dum ea mãſuete. velociter. acceptabiliter.
integre. circũſpecte. magnã debent diligen
tiã adhibere. Manſuete ẜ eſt ſine mur/
mure et diſplicentie ſigno. Fili ait ſapiens.
In manſuetudine opera tua ꝑfice. Eſt
in oꝑe bono neceſſaria ſtrennua velocitas.
De qua Sapiẽs dicit. In opibus tuis e/
ſto velox. Velocitas hec maturitatꝫ nõ re/
mouet grauitatẽ. ſed viciũ tarditatis exclu
dit. Eſt etiã acceptabiliter operandum.
vt quibus miniſtratꝛ. ꝓut honeſte fieri pote
rit ſatis fiat. Optabat Apoſtolꝰ et orari
rogabat. vt oblatio ſua fieret acceptabilis ĩ
hieruſaleꝫ ſanctis. Magnus ꝑfectus eſt
ei. cuiꝰ miniſterio multi leti facti deum lau/
dant. Integritas in oꝑe bono requiritꝛ.
vt nõ diminute. nõ ad euaſionem vel quaſi
ad oculũ ſed ꝑfecte vt res exigit fiat. Cir
cũſpectio in obſequiis ꝓut officiorũ requi/
rit varietas eſt habẽda. quod ꝑ exemplũ in
vno officio meliꝰ patet. Si quãdo refe/
ctorarii vicem gerãt. que miniſtranda fue/
rint. temꝑe cõgruo. et mõ debito ꝑ̃parata
miniſtrent. ⁊ religioſe diſtribuãt. ne in men
ſa defectus. vel circa miniſteriũ ſuũ minus
expediens aliqd accidat ꝓuiſuri. Mini/
ſtrentꝛ itaqꝫ neceſſaria tempeſtiue. Tur/
pe eſt ſi ꝓpter vnius defectũ tota cõgrega/
tio expectet. Sic ⁊ omĩa ſiue fructꝰ ſiue ſa/
pores ſiue alia comedentibꝫ congrue appo/
nenda. ꝑuſqꝫ fratres ad mẽſaꝫ intrauerint
ꝓuide apponũtur. Conferendorũ colla/
tio ſucceſſiua ꝯuentũ ſepius detinet. impu
tanda ſi qñ cauſetꝛ ex negligentia miniſtro
rũ. Ad menſam vero quicqd apponitꝛ. ꝑ̃/
ſi dande fuerint ꝑ̃us frãgantꝛ. herbe crude
ſi apponende fuerint mũdentꝛ. ⁊ ſic de aliis
obſeruetꝛ. De omnibꝫ que apponuntꝛ. ſua
cuilibet ſi fieri poteſt portio ſingularitꝛ tri/
buatur Sunt rurigene q̃ nec a prelatis
diſcreta. vel ab extraneis ſorte diſtinguãt.
Cõmunia maxime vt ſal ⁊ aqua mẽſe nõ
deſint. q̃ in ꝑ̃mis ꝓuidus miniſtrator appo/
nit. Aqua nõ ſolum ꝓ temperãdo vino.
imo ⁊ ſepe ꝓ aliis neceſſaria eſt in mẽſa.

Coclearia quoqꝫ ſunt ad omne potagium
oportuna. ne in parabſide cũ digito piſca/
ri oporteat. ⁊ ne iuxta Hugonẽ in eodẽ iu/
re ⁊ manus ablutionẽ ⁊ ventris refectionẽ
videatꝛ querere. Murilegos vel aues q̃
tenentꝛ alicubi cõtra ranas nullatenꝰ eſſe ĩ
refectorio dũ fratres comedũt patiantur.
Nec eñ hoc eſt expediẽs vel honeſtũ. Sic
⁊ in aliis circa iſtud vel aliud quodcũqꝫ ſi/
bi impoſitũ officiũ ſint intenti. Scriptum
eſt eñ. Cuncta cum diligentia facite. Et
iterũ. Agite diligẽter ⁊ erit dñs vobiſcũ in
bonis. Sic agetis in timore dei fideliter ĩ
corde ꝑfecto. Honeſtas in oꝑatione ſer/
uatur. ſi omĩa que aguntꝛ cũ maturitate ac
religioſitate quadã exerceantꝛ. ⁊ in omĩbꝫ ni
tor inueniatꝛ mũdicie. Hoc eñ religioſum
maxime decet.

De diſciplina in inceſſu.
Capitulũ XXIII.

D Iſciplinã circa inceſſuꝫ. penes mo
dũ ⁊ diſcretionẽ in ambulãdo cõſi/
derent. Honeſtus eñ modꝰ req̃
rit. vt nõ impetuoſis ⁊ fractis greſſibꝫ am/
bulent. nec erecta ceruice. nõ ꝓminenti pe/
ctore. ſeu etiã inclinato ſuꝑ humerũ capite.
aut vagabunde pendentibꝫ manibꝫ. q̃ om/
nia vel leuitatẽ vel ſuꝑbiam vel remiſſionẽ
vel hypocriſim ſapiũt. Debent etiã ĩ eun
do diſcretionẽ habere. ne de illorũ numero
cenſeantꝛ. de quibꝫ dicitꝛ ꝑ ꝓphetã. Nõ eſt iu/
diciũ in greſſibꝫ eorũ. In eorũ greſſibꝫ non
inuenitꝛ iudiciũ. qui eundo neceſſitatẽ vł or
dinem nõ attendũt. Neceſſitas diſcurſum
inutilẽ. Ordo inordinatiõis ꝯfuſioneꝫ ex/
cludit. Diſcurſum igitꝛ ꝑ domũ. ꝑ hortũ.
et extra domũ. qui magnũ eſt inſtabilis mẽ
tis indiciũ. caute vitent. In domo. ne ſcili/
cet officinas. de loco ad locuꝫ. de fratre ad
fratrẽ inutiliter euagentꝛ. aut loca rumori/
bus audiendis. vel collocutionibꝫ apta fre
quentẽt. ſed in locis ſibi cõceſſis. vt ſunt ec
cleſia. celle. capitulũ ſi extranei affuerint. vł
aliis locis ſi qua ſibi fuerit ſpecialitꝛ depu/
tata cũ ſilentio reſidentes. Officinis priua
tis. puta vbi cibaria ꝑ̃parantꝛ infirmi vł ho
ſpites recreantꝛ. aut fratrũ congregatiõi. vł
comedentibꝫ et bibentibꝫ ſe nullatenꝰ inge
rant nõ vocati. Erubeſcant ꝑ̃cipue ad refi/
cientiũ menſaꝫ accedere. vł eis niſi ꝓ euidẽ
ti miſterii neceſſitate aſſiſtere. Effrontꝫ eſt
hois nõ erubeſcere comedẽtes. Verũtñ ſi

quãdo eos loca ſibi nõ conceſſa neceſſitas
adire cõpulerit.ad oſtium pulſare aliquã/
tulum poſſunt. vel vt aliquis egrediaꝛ ad
eos. vel ipſi vocati ſecurius ⁊ honeſtius in/
trent In hortũ nõ vadant abſqꝫ licentia
niſi eos vel ab aliquo ꝓfeſſo mitti contige/
rit aut vocari. ad loca ſua poſtꝙ ab eo re/
ceſſerint. vel eius negocium fecerint. ꝙci/
tius reuerſuri. Veruntamen eorum in/
ſtructor iuxta ſuꝑioris diſpoſitionem. nũc
hos. nunc illos. aut etiã om̃s ſimul ad ſpa
ciandũ in horto cauſa recreatiõis. vl' alicu/
ius bone collatiõis poterit ꝑ ſe vel ꝑ alium
fratrẽ ꝓfeſſum cũ expedire viderit vocare.

Tempe ꝓbatiõis domũ exire ꝓpinquos
ſuos viſitare nõ curent. nec eni inter cogna
tos ⁊ notos dominꝰ inueniꝛ. Vñ Bernar
dus. Quõ te bone ieſu inꝛ meos cognatos
inueniã q̇ inꝛ tuos mime es inuentꝰ Si
qñ domũ ꝙuis de ſuꝑioris licẽtia exeunt.
nihilominꝰ tamẽ idipm̃ ſignificent ſuo in/
ſtructori. qḋ ⁊ de ſuis aliis notabilibꝫ factꝭ
obſeruent. Ordo circa inceſſum eſt reli/
gioſo in cõuentu ſpecialiꝛ ſeruãdus. vt i ꝓ/
ceſſionibꝫ fratrẽ ſibi collateraleꝫ attendat.
vt chori ſui partẽ in refectorio ⁊ in clauſtro
cũ ꝓ gratiis ad eccl'iam itur. ⁊ in om̃i tene/
at loco. nec ſe ad chorũ aliũ vl' in refectorio
vel in clauſtro vel alibi trãſferat. niſi cauſa
rõnabili ꝑurgente. In eccl'ia vero inter
pulpitũ in medio chori poſitũ ⁊ altare. duꝫ
maxime ibi aliq̇d diciꝛ nõ facile trãſeat. ni/
ſi forte alibi liber nõ pateat tranſitꝰ. ⁊ tunc
ab ipo pulpitu tranſiẽs ⁊ inclinãs. ne pul/
pitum videaꝛ venerari. nõ ante ipm̃ directe
ſed a latere decentiꝰ inclinabit. Eſt ⁊ or/
do reuerẽtie ⁊ decentie i inceſſu. vt nõ paſ/
ſim ſeniorẽ iunior antecedat. aut qñ vitari
facile poteſt frequentes ⁊ nimis ꝓpinq̄s ei
trãſitus faciat ante ipm̃. In eccl'ia quoqꝫ in
ter miniſtros altarꝭ. ſubdiaconuꝫ videlicet
dyaconũ ⁊ ſacerdoteꝫ in officio ſuo ſolẽniꝛ
miniſtrãtes. necnõ ⁊ ante frẽs infra deam/
bulatoriũ ſediliũ ⁊ formarũ. minꝰ honeſte
p̃ter neceſſitatẽ trãſiꝛ. Sed illud deam/
bulatoriũ intraturi. ad vacua debẽt ſedilia
ꝑ introitũ ſedilibꝫ ipis ꝓpinquiorẽ accede/
re. niſi ob aliquã reuerentiã ꝑſonarũ. ſi for
te intermedie fuerint. ſit aliter faciendũ.

De diſciplina in geſtu membrorum.
Capitulũ XXIIII.

e St in aliis membroꝝ corꝑis ſiue
oculorum ſiue oris. ſiue brachiorum. ma/
nuumqꝫ officiis diſcipline ſtudenduꝫ. De
quibꝫ adhuc aliq̃ breuiter ſupponentur.

Amatores igiꝛ honeſtatꝭ. oculos ab in/
ordinata euagatiõe ⁊ exaltatiõe in mẽſa et
i choro p̃cipue diligenꝛ cuſtodiãt. Scri
ptũ eſt em̃. Oculi ſtultoꝝ in finibꝫ terre. Et
dilatatio cordis eſt exaltatio oculoꝝ. Le
uaꝛ quidã ꝓpheta oculos vt petat auxiliuꝫ.
dñs vt impendat. Tu quoqꝫ ſi locũ cau
ſam ⁊ tp̃s ꝯſiderãs. tua vel fratrꝭ neceſſita/
te oculos leuas. nõ ſolũ nõ culpo ſed pluri
mũ laudo. hoc em̃ excuſat miſeria. illud cõ/
mendat miſcdia. Sin alias nõ ꝓphete. non
dñi ſed dine vl' eue. imo ipiꝰ ſathane te imi/
tatorẽ dixerim Nõ ſint in riſu faciles. nec
in vocẽ clamoſi. Cachinus p̃cipue. gra/
uitatẽ religioſi plurimuꝫ dehoneſtat. Vile
prorſus religioſum virũ vt puerũ cachina
re. Nõ licet religioſum virũ diſſolutꝭ la/
biis riſuꝫ ꝓferre. ſed hilari vultu cordis hi
laritatẽ p̃tendere. In datiõe pacis labia
ſemꝑ claudãt. quibꝫ aptis turpiter exhibeꝛ.

Nares nõ in alioꝝ aſpectu ſed ad partẽ
cũ duorũ tm̃ aut triũ appoſitiõe digitorum
emungãt. Seorſum etiã ſpuendũ ẽ ma
xime in cõuentu. ne loca publica ſiue i cho/
ro ſiue alibi ſputo fedenꝛ. ⁊ aſtantiuꝫ oculi
offendanꝛ. Patet quoſdam in ipo chori
deambulatorio ad pedes ſuos palam fra/
tribus ſpuere. nec pudere. A notabilibꝫ
corꝑis ſeu membroꝝ extenſionibꝫ que cuꝫ
oſſitationibꝫ. vel alias nõ ſine quadã inho/
neſtate fieri ſolent. oĩno abſtineant. Tunc
em̃ ſunt corpus ⁊ brachia cõprimẽda. ne cũ
huiuſmõi pigricia extendanꝛ. Honeſto
incõgruum viro pigra mẽbra diſtenſione
reſolui. Diſſolutiões fugiant manuales.
grandia nãqꝫ cauſant ꝑicula. ſoletqꝫ luctus
ludo accidere corporali. et poſt cõmeſtionẽ
precipue ſe a iocoſitate notabili ⁊ multilo/
quio ſtudeant temꝑare. Siquidem licꝫ
om̃i tempe diſſolutionis leuitas ſit vitan/
da. poſt refectionẽ tamẽ vl' alias cũ ſolo fra
tre et iterũ coram cõuentu turpius agitur.

Turpiſſima eſt diſſolutio in conuentu.
Ad hec aliũ quẽpiam p̃ter neceſſitatẽ ad
cingulum vel manũ accipe flores fructꝰ vel
baculũ in manu ocioſe geſtare. cingulũ inꝛ
digitos voluẽdo rotare. honeſtati nõ con/
ſonat. imo laſciuie ſignuꝫ q̇dãmõ p̃tendit.
In lotiõe manuũ qñ ḋ vaſe manuali aqua

recipiť. vas. ip̄m nū̄q̄ȝ a pte ſupiori precipue
manib⁹ diſtillātib⁹. ſȝ p anſam poti⁹ vł a la/
tere vel a fundo accipiāt. ne guttis manuū
aqua reſidua ſordideť. In lecto ſe hone/
ſtiſſime iacēdo cōponāt. nec ſupini iaceant.
nec genua leuādo calcaneos iūgāt aut tibi
as. Hec ⁊ ſilia nō ſūt vt mīma temere aſper
nāda. Clara nōnū̄q̄ȝ ꝯuerſatōis inſignia
quedā i mīmis obfuſcāt ineptie. Plerū̄q̄ȝ
modicꝭ paulatim p icuriā ſubrepētib⁹ macu
lis. tota moꝝ ꝯgeries inq̄nať.

De diſciplina circa habitū ſeruāda. Capitulū XXV

Diſciplina in habitu pōt tā circa pan
nū q̄ȝ circa formatiōȝ. coaptatiōem
vſus ei⁹ ꝯtinuationē. ⁊ mūdicie ꝯſ/
uationē attēdi. Circa pānū. vt nō ſit p̄cio
ſitate. mollicie. vel ſubtilitate notabilis. Ve
ſtis p̄cioſitatē. etiā mulierib⁹ petr⁹ interdic.
Porro q̄ mollib⁹ induūť. in domib⁹ regū
ſunt. Inť diuites palatiȷ̄. ⁊ paupes clau/
ſtri debet eē differētia. Mollia veſtimēta
animi molliciē indicāt. Molles ait q̄dam.
mollia querūt. Subtilitas ⁊ nitor rep̄hē
ditur i byſſo diuitꝭ epulātis. Nimia panni
ſubtilitas ⁊ ſi nō p̄cioſa. nihilomin⁹ tn̄ in p/
poſito pnie vicioſa. Sunt cure nouiciȷ̄s pā
noꝝ p̄cioſitatē. ſubtilitatē. ⁊ incōgruā religi
oni molliciē nō curare. Vereanť ⁊ renitā
tur vt poſſūt. mutari ipoꝝ ſanctoꝝ d̄ veſtiū
vilitate cēſurā. ⁊ vicioſam ꝯſuetudinē indu
ci. In ſignū ſunt pāni tui dn̄e ih̄u. ſed i ſi/
gnū cui a multꝭ vſq̄ȝ hodie ꝯtradiciť. Ho/
neſta exigit veſtim̄toꝝ formatio. vt non ſint
nimis laxa vł ſtricta. Amplitudo vł lōgi
tudo veſtimēti ſupflua ſiue i manicꝭ ſiue i ca
pucio. ſiue in collario capuciȷ̄ eſt admoduȝ
fugiēda. ſȝ nec apturis q̄buſdā circa cingu/
lū vł alibi. aut curioſitatib⁹ aliȷ̄s q̄buſcū̄q̄ȝ ē
habit⁹ deformād⁹. Coaptatio q̄dā religi
oſo eſt decēs. q̄dā indecēs. Indecēs eſt ſi p̄/
ter morē religiōis fuerit curioſa. vt ꝓbi grā.
ſi capuciȷ̄ collariū quadā in gyro replicatōe
iuxta mūdanoꝝ ꝯſuetudinē coapteť. aut cu
rioſe ip̄m repliceť capuciū circa genas. De/
cēs eſt qn̄ nō curioſitati ſȝ honeſtati deſuit.
vt videlicet veſtꝭ honeſte porteť. ⁊ honeſte p
loco ⁊ tpe diſponať. vt honeſte porteť. ſuccin
gēda eſt equaliť ⁊ decēter. ſi em̄ ex vna par/
te notabiliť pēdere pmittať. vel in aliȷ̄s p̄pa
ratio debita obmittať. fatuitatē vł negligen
tiā vel hypocriſiȝ ſapit. Aptāda eſt veſtis
maxime circa pect⁹ p applicationē ad colliū/
ne colliū ip̄m vſq̄ȝ ad pect⁹. vł interiores pā/
ni hoīm aſpectui exponanť. qđ irreligioſū ē
valde. Cauendū eſt circa portādi modū.
ne q̄s pefluat. vt ſi os ſub capucio vel mētū
abſcōdat. ſi dn̄aꝝ more tunicā a laterib⁹ te/
nēdo incedat. aut manū in ſinu tenēs tuni/
ce manicā exteri⁹ pēdere pmittat. Qn̄ ei ma
nū in ſinu vel ad horā ponere cogit neceſſi/
tas. a manu altera p̄ſumpta tunica cauti⁹ ē
tenēda ne pēdeat indecēter. vt manū in ſinu
teneri vix a pxie aſtātib⁹ pcipi valeat. Am
bas aūt man⁹ in ſinu tenere q̄ȝ irreligioſuȝ
ſit. palā oīb⁹ eſt. cū vel vnū diu teneri vix
excuſat ipa neceſſitas. Dānati eſt corporꝭ
⁊ mēbroꝝ officia exeq̄ nō valētis. manicas
nō regere deſluētes. Et quidē cū interi⁹ a
ſua cuſtodia ſoluiť mēſ. ⁊ mēbra forꝭ ad om
nē actū inordinate moueť. ⁊ tā in veſtib⁹ q̄ȝ
in aliȷ̄s diſcipline cura negligiť. Incōpo
ſitio corpis. qualitatē indicat mētis. Sunt
⁊ alia circa modos portādi vitāda. Sūt in
quit q̄dā ſtulti q̄ quondā officioſo artificio
veſtimēta ſua circa ſe cōponūt. Aliȷ̄ iactādo
⁊ ventilādo pānos ſuos. leuitatē mētis ſue
ex ipa ſui habit⁹ mobilitate oñdunt. Aliȷ̄ in
cedētes ſinuoſo ſirmate terrā vertūt. ⁊ lim/
bis depēdētib⁹ imo retro ꝯſequētib⁹ caudiſ
in ſilitudinē vulpiū veſtigia ſua obducūt. ⁊
quocū̄q̄ȝ preterint q̄ſi turbo tēpeſtatis pul/
uerē cōcitāt. Diſpoſitio habit⁹ aliqn̄ rōne
opis. aliqn̄ rōne ꝯſortiȷ̄ variať. reſpectu q̄ꝝ
habēda eſt ꝯſideratio diſcipline. Ad exer
citium opis tā ꝓpter expeditionē q̄ȝ ꝓpter cu/
ſtodiā mūdicie. honeſta ꝓut res exigit p̄pa/
ratio veſtis req̄riť. vt patet ſcȝ q̄ntū neceſſe
fuerit ſuccingať. manice ꝓ retrahāť. et ꝓut
expedierit cōponāť. ne ſup man⁹ vel ſup reȝ
ipam q̄ tractať recidant indecēter. precipue
ad puatas cuſtodiēde ſūt manice diligēter.

Diſpoſitio hmōi tolerabilis imo cōmen
dabilis eſt in puato. q̄ tamē in publico ma/
xime corā extraneis nō eſt decēs. Qn̄ er/
go corā extraneis aut corā cōuentu pcediť.
q̄ȝtū res patiť ad diſpoſitiōem cōmuneȝ eſt
habit⁹ tā in manicꝭ q̄ȝ in aliȷ̄s reuocandus.

Caput ſi nudū fuerit. capucio ꝯgruit ami
ciri. In oī ſiquidē publico loco ſiue cho/
rus ſiue refectoriū. ſiue ali⁹ fuerit loc⁹ fratꝝ
ꝯgregatiōe pn̄te. ⁊ multo magꝭ inť extrane/
os. operto decēter capite religioſus ē admo
dum vir honeſt⁹. vbi ob reuerētiam alicu⁹

miniſterij vel pſone aliter ſit agendū Nō ca
puciū tamē ſiue corā fratrib ſiue corā extra
neis.nimis ī capite ſine rōnabili cauſa ꝓfū/
dandū eſt Opta ſub capucio facies q̄ndā
hypocriſis notā infert.ꝛ aliorū in ſe oculos
ſua ſingularitate ꝯuertit. Decet ḡ caput ī
publico.nō faciē opiri In lotiōe q̄ꝫ pedū
ille cui p xp̄o tale miſteriū exhibet. operto ſi
pōt cōmode capite. humilit̄ ꝛ ſine multilo/
quio debet eſſe.ꝛ caritat̄ obſequiū cū timo
re ac deuotiōe ſuſcipe. Nec debet q̄s ibi vel
alibi tibias nimis exponere.ſꝫ mag̃ tunica
circūcingere diligēter Turpe eſt em̄ religi
oſis pſonis.carniū nuditate occurrere. Ca
uet ois honeſt⁹ ne ei⁹ vnq̄ꝫ appareat caro nu
da.niſi q̄ꝫtū ꝯpulerit neceſſitas manifeſta.

De ſctō legit̄ q cū neceſſe haberet fluuiū
trāſuadare.rogauit ſociū ſuū vt paululuꝫ a
ſuo ſeparet̄ aſpectu.ne ſuā inuicē corpis nu/
ditatē vterqꝫ ꝯſpiceret. Receſſit ſoci⁹. nihil/
omi⁹ tm̄ ille ſeip̄ꝫ cū nudare ſe vellet erubuit
Cogitantē tm̄ in alterū fluuiū.virtus diuia
trāſpoſuit. Haud dubiū .honeſtatē dn̄s ac
ceptauit. Pānos q̄ꝫ interiores. ꝛ q̄ vltra
cōmunē ſeu regularē formā.ſiue in veſtib ſi
ue in alijs indulgent̄. q̄ntū neceſſitas patit̄
occultari oportet. Vn̄ nec almucia palā ex/
tra capuciū.religioſe portant̄. Reſtat de
vſus habit⁹ ꝯtinuatiōe.ꝛ mūdicie in eo ꝯſer
uatiōe videre. Vſus habit⁹ put habitus p
ſpeciali ſigno religiōis accipit̄.ꝯtinu⁹ dꝫ eſſe
vt religioſus frater nō ſit vel modicum ſine
ip̄o niſi neceſſitas euidēs eū cogat Secu
laris pſone nuditas ꝛ religioſus ſine habitu
cōparāt̄. Cauēdū etiā ne habit⁹ dū ſedet̄
aut genuflectit̄ aliquā inquinamēti maculā
cōtrahat.ꝛ ſi quā ꝑter aliquā cauſam aliq̄n
ꝯtraxerit.vel ꝑter ſudorē mūdificari citiuſ
debet maxime ſi loco fuerit apparēti. Propt̄
hoc immūdicia illa q̄ ī oris capucij circa ge/
nas cōtrahit̄ ex ſudore.debet cū diligētia re
moueri. Feda religio. q̄ innititur feditati.

Culpat̄ quidē ꝛ cult⁹ mūdicie nimi⁹ ꝛ ne/
glectus.

De diſciplina in officinis inter fratres.
Capitulū XXVI

Eniqꝫ in officinis.maxie in refecto/
d rio.in oratorio.dormitorio. ceterſqꝫ
q̄s cōſueuit frequētare ꝯuent⁹. etiaꝫ
ad latrinas diſciplinate ſe habeāt et quiete
Nunq̄ꝫ p ſuſurriū vel tumultū occaſione
opis alicui⁹ frēs orātes ſtudētes aut q̄eſcen
tes impediāt. In oratorio nemo aliquid
agat niſi ad qḋ factū ē.vnde ꝛ nomē accepit
Vnde ſi forte aliq̄ etiā p̄ter horas ſtatutas
ſi eis tp̄s vacat orare voluerint.nō eis ſint ī
pedimēto q̄ ibi aliquid agendū putauerint

Cū p dormitoriū fratrib quieſcētib va
dunt.plane imo q̄ſi furtiue incedāt. Tūc
parādo lectū vl' alio quouis mō quieſcētes
rep̄henſibilit̄ inq̄etāt. Surgētes a lecto
ip̄m decēter opiant.ne velut irrationabiliū
cubile remaneat iparat⁹. De puatis loq.
ſi cui turpe videt̄.turpi⁹ nouerit turpe aliq̄d
ibi cōmitti. Ibi nō cōgruit vt quaſi mox ge
licidio perituri .amict⁹ acceſſorij ſarcinā de
ferāt.ibi religioſus cū ſummo ſilētio.ꝛ opto
ꝓfundo capite debet eē. Ibi ꝯfabulari et p̄/
ter neceſſitatē hac ꝛ illac capite diſcoopto re
ſpicere religioſoꝝ eſſe nō dixerim.ſꝫ ſcurraꝝ
Ibi ſeruāda in manuū ꝛ veſtis diſpoſitione
honeſtas . Ibi honeſt⁹ quiſqꝫ diligēti alijs
opa cauet.ne p ip̄m aut p ei⁹ incuriā aliquiſ
offendat̄. Ibi cauendū eſt eis ne ſtātes vri/
nent.vel a loco min⁹ honeſte recedāt. Sed
nec p ortū eſt facile vrinandū vel alibi.vbi ſi
ue a ſocijs ſiue ab alijs poſſit videri.quia vt
ait quidā . Multa p̄nt honeſte fieri que nō
poſſunt honeſte videri. De ſingulis ad di
ſciplinā p ſingulas officinas ꝛ loca ſpectāti/
bus.vix aut nunq̄ꝫ ſingulariter poſſet ediſſe
ri. Ad multa tm̄ haberi poteſt diſcipline cō/
ſideratio ex p̄dictis. In hoſtijs aūt offici
narū.aut vbi fratrū cōmunis eſt trāſit⁹.ma
xime circa itroitū puataꝝ. vn̄ ad neceſſaria
eūtes ꝛ redeūtes reſpici poſſunt.nunq̄ꝫ ho/
neſti fratres faciāt ſtatiōem. Quādo etiā
intrāt ꝛ exeūt officinaꝝ ſecretioꝝ hoſtia poſt
ſe claudāt.ne ſupuenictes extranei ꝛ intran
tes fratres inueniāt iparatos. Nunq̄ꝫ ex
traneos licet familiares ad viſitandū offici
nas inuitēt. Si q̄n tm̄ ad aliquoꝝ inſtantiā
eas oſtendere pmittant̄.domos tm̄ cōinio/
res nō intra p ſingula loca ſeu āgulos per/
agrando.ſꝫ ab hoſtijs expedite q̄ntū hone/
ſtas pmiſerit oſtēdentes quicq̄d eorū aſpe/
ctui ſubtrahere poterūt ſubtrahāt ꝛ ſurent̄
Nō eſt religio vbi oīb omia patēt In
locis cōmunib vbi fratrū occurrerit freq̄n
tia.nullo modo detineāt aduētantes In
firma hec puulis exprimēs. grandiū ocilla
nō vito.ſed vbi proficit.paruiducend⁹ eſt il/
luſor.

De mō ꝯuerſandi ī omī loco ſecularium.

Capitulū XXVII

n Unc vidēdū qualit̄ in villa. itinere.
eccia. ⁊ domo. ⁊ locutōe ⁊ comeſtiōe.
ſit nouis frib⁹ int̄ extraneos ꝯuerſā
dū. Si qñ exeūt domū. hñda ē eis cuſto/
dia diſcipline. reſpectu ſocietatꝫ ⁊ ſui So
cietas ⁊ ſolaciū ⁊ honeſtas. religioſe cōuenit
dignitati. ꝓpter h̄ in villa p̄cipue ſeniorꝫ cū q̄
fuerint veſtigijs ſꝑ inherētes. ſe ab eo etiam
ſub vno tecto nullaten⁹ ſeparēt. qñ ad min⁹
videri ſꝑ ab ipo libere poſſint Seipos āt
q̄ſtū ad circūſpectiōꝫ. locutiōꝫ. habit⁹ ⁊ mē/
broꝝ diſpoſitōꝫ i diſciplina ꝯtineāt. Non
circūſpiciāt i vicis ciuitatꝫ. vt ſapiens docet
Auertāt oculos ſuos ne hauriāt vanita/
tes. a ſeculariū collocutiōib⁹ prudent̄ abſti
neāt Man⁹ ſuas religioſe ꝯponāt Nū/
q̄ꝫ int̄ hoies diſcoopto capite vl̄ almuciati.
vel alias indiſciplinate icedāt. Sꝫ nec ſecu/
lariū vl̄ religioſoꝝ domos ſubito ignorāti/
bus eis itrocāt. ſꝫ vocādo ab hoſtio. vl̄ pul
ſando. vl̄ alio quoq̄ mō ꝓpoſitū ſeu volūtatē
ingrediēdi ꝓnunciēt. Uir erudit⁹ ait ſapiēs
foris ſtabit. ſꝫ nec ſine ductore. ꝑ ſeculariuꝫ
domos. vl̄ ꝑ religioſoꝝ officinas ē vagādū.

De mō ꝯuerſandi i itinere ꝯſtitutis

Capitulū XXVIII

s I fuerint extra villas in itinere ꝯſti
tuti. ⁊ q̄ſtū ad ſocietatē ⁊ q̄ſtuꝫ ad ſe/
ipos caute ſe debēt ⁊ religioſe habe
re. Q̄ſtū ad ſocietatē debēt ſibi a mlīerib⁹
a ſcurrꝫ. ⁊ rōe ꝑiculi a ꝑſonis ꝺ maleficio no
tatꝫ attēdere. Taliū ꝑſonaꝝ ſocietas ſingl̄a
ris. religioſis virꝫ niſi forte ad horā ꝑ aīe cā
nō ꝯuenit. debēt ſe tñ prudent̄ a ꝯſortijs hu
iuſmodi ſegregare. Ipi aūt frēs in itinere ſe
ab inuicē ñ debēt nimis diſiūgere. qñ ad mi
nus mutuo ſe videre ⁊ audire facile poſſint
Nō eſt tutū aut decēs religioſis q̄s cōgruit
binos ire. alteꝝ ab altero lōgi⁹ ſepari. Tal̄
q̄ꝫ ſeꝑatio eis i ꝑiculū. ⁊ occurrētib⁹ cedit in
ſcandalū. Quātū ad ſeipos debēt i factꝫ ⁊
v̄bis diſciplinate ſe gerere. In factꝫ dꝫ ho/
neſtas deuotio ⁊ diſcretio apparere. ꝓpt̄ ho/
neſtatē diſſolutōes tā manuales q̄ꝫ alias q̄
curſitādo vl̄ alit̄ quomodolibꝫ fieri pñt pe
nit⁹ vitēt. Multa eī ex h̄ incōuenientia vt
exꝑtū eſt pñt ſeq̄. hoīb⁹ frequēter de q̄b⁹ nō
aduertit̄. vidētib⁹ q̄ agunt. Nō ſunt brachia
notabilit̄ denudāda. nec veſtes nimiū ſucci
gēde. vl̄ alit̄ irreligioſe tenēde Ceteꝝ ad
deuotos ꝑtinet frēſ. eccl̄ijs qñ trāſeūt iuxta
ſpas. necnō ⁊ crucib⁹ deuotꝫ inclinatiōibus
reuerētiā exhibere. Cimiteria v̄o abſq̄ꝫ orō
ne ꝑ defunctꝫ nullaten⁹ ꝑtrāſire. Diſcreti
onis ē. agēda q̄ꝫ ꝑuia deliberatōe metiri. ⁊ ñ
agēda cauere. q̄r q̄ de futuro nihil p̄medita
tur. in oīa incaut⁹ incidit. Moderād⁹ eſt
ꝑ ſeniorꝫ ꝯſiliū labor itineris. ne ſpm̄ deuo/
tiōis extinguat Audiēda eſt miſſa. ſancte/
q̄ꝫ exhortatōis ꝑ ꝓpl̄o ſi affuerit ſ̄mo fiēd⁹. ⁊
añ oīa ſꝑ in p̄mis diuini pēſum officij deuo/
te ſoluēdū. ne frēs ſe magꝫ curſores q̄ꝫ religi
oſos exhibeāt. ⁊ ꝯ religionis ꝓpoſituꝫ de ac/
ceſſorio p̄ncipale facere cōuincant̄. In ſo
lēniorib⁹ feſtis eſt ab itineratiōe ceſſandum

Cauēda ē ꝑ vias dormitio tāq̄ꝫ ꝑiculoſa
⁊ indecēs. nec ē tarde vl̄ apud infames ho/
ſpitādū ꝑſonas. Diſciplinā v̄boꝝ debent
attēdere tā in materia q̄ꝫ i ſono. Si occur
rerint hoies debēt eos hūilit̄ ſalutare. Se
nioꝝ erit coitinerātib⁹ ⁊ his cū q̄b⁹ aliqñ lo
qui ꝯtigerit. aliq̄d ad edificatōꝫ vl̄ ꝯſolatōꝫ
ꝓponere. peccātes in eoꝝ p̄ñtia. nō rigide ſꝫ
cū modeſtia ⁊ hūilitate corriꝑe. ⁊ ad bonū ꝑ
rōnes ⁊ dulcē allocutōꝫ inducere. ⁊ q̄dāmo
do oī creature ſcdm̄ euāgeliū p̄dicare. San
ctus philipp⁹ eunuchū in itinere baptizauit
Beat⁹ martin⁹ latronē ſecū itinerātē cōuer/
tit. Si v̄o nō affuerint de deo v̄ba fratꝝ cō
uenit eſſe. Ipe nāq̄ꝫ itinerātib⁹ ⁊ loquētib⁹ ꝺ
ſe diſcipulis. itineratōis fact⁹ eſt comes. Tē
exēpla patꝝ vl̄ alia q̄uis bona. q̄ vl̄ accēdāt
affectū. vl̄ ſaltē inſtruāt intellectū. ſūt ad la/
boris alleuiatiōꝫ narrāda. Turpiſſimuꝫ eſt
neſcire tꝑs niſi friuolis ⁊ fabuloſis narrati/
onib⁹ detinere ve tacētib⁹ de te dñe. qm̄ loq̄
ces muti ſūt. Solent frēs letanias. pſal/
mos penitētiales. cāticū g̃duū. ⁊ ſilia. aut ſi/
mul. aut q̄libet ſingl̄r freq̄ntare. ⁊ maxīe añ
tertiā. aut certe i ſanctꝫ meditatōib⁹ occupa
ri. Deniq̄ꝫ q̄tiēs mutue collatōis iteruenī
unt v̄ba. ſonū oīno decet eſſe demiſſuꝫ. Pro
inde clamoſam locutōꝫ q̄ nūq̄ꝫ decet religio
ſam ꝑſonā penit⁹ vitēt. maxīe int̄ frutecta ⁊
nemora exiſtētes Siquidē iuxta vulgare
ꝓuerbiū. Nem⁹ aures. ⁊ cāp⁹ ſeu planicies
oculos hr̄e dicūt̄ Ab oīb⁹ ḡ q̄ corā ſecula
rib⁹ dicere nolūt. i locis dumoſis ⁊ nemoro
ſis oīno abſtineāt. niſi forte aliq̄d q̄i ſub ſilē
tio ⁊ latinis v̄bis dicere velint. Miſerabileſ
ꝯfuſiones q̄buſdā min⁹ cautꝫ pl̄ies ex h̄ ac/
cidiſſe ferūt̄. Nō cātēt in itinere i cātu ma/
xime ſeculariū cātionū aliq̄. licet bona. cum

laici nõ intelligãt niſi ſonũ. Et pter hec religioſum nõ decet in cãtu extraordinarie vocẽ efferre. Si q̃ forte diſſolutões aut clamoſas diſputatões. vel alia altercatiões. vel alia q̃ offenſiõis materiã extraneis dare poſſũt. vitare int homies negligãt. nequaq̃ eos timoratos dixeri. aut zelũ religionis habere Qui religionis ſue ſcãdalo nõ occurrit. honori ꝓprio detrahit ⁊ ſaluti. Qui fidelis religionis eſt filꝰ. neq̃q̃ eiꝰ ſcãdalũ ꝓuiduc.

De mõ ꝯuerſandi i eccl'ijs ſeculariũ.

Capitulũ XXIX

Peruenietes ad religioſoꝝ vl' ſecl'arium loca. cũ ad eccl'iã ſi i loco fuerit venũt. in igreſſu eccl'ie. illũ ſecũ ꝟſiculũ memorãtes. Introibo in domũ tuam adorabo ad tẽplũ ſctm̃ tuũ in timore tuo. ⁊ nudato capite ſignũ crucis ſup ſe cũ reuerẽtia faciẽtes. añ altare vl' in alio loco orõni cõgruo ad quẽ declinauerit ſenior, ꝓſternere ſe humilit debẽt. Ubi q̃ntũ deꝰ dederit deuote orãtes. pariter ab orõe ſurgẽtes. pcedere poterunt ad ea q̃ neceſſe habuerint iuxta ꝓpoſitũ exequẽda. Eccl'iam nãq̃ ſic euãgelici ⁊ eccleſiaſtici viri ſp ꝓus ſi cõmode poſſumꝰ viſitare debemꝰ. ſctoꝝ pr̃m q̃ nos in ordine p̃ceſſerũt. imo ipiꝰ ſaluatoris exẽplo. quẽ beatꝰ euãgeliſta Mattheꝰ hierl'm ciuitatẽ ingreſſum. refert tẽplũ dñi adijſſe. Sup quẽ locũ dicit expoſitor q ingreſſus vrbẽ p̃mo tẽplũ adijt. dãs formã religioſis. vt q̃cq̃ imꝰ p̃mum domũ orõis ſi ibi eſt adeamꝰ. Miſſarũ ſollẽnijs vl' alias diuio officio cũ extraneis aſſiſtẽtes gerãt ſe humilit ⁊ honeſte. Nõ ſtẽt in ſedibꝰ ſuis velut magnates. aut q̃ſi layci laſſi de officio nõ curãtes. ſȝ ad librũ neceſſe fuerit ⁊ honeſte poterũt accedere. officiãtes cũ maturitate tñ ac modeſtia tã in voce q̃ in geſtibꝰ obſeruata humilit iuuẽt. Et ſi ppter euitandũ diſcurſũ. ad librũ nõ duxerint accedendũ. nihilominꝰ tñ cõia q̃ nouerint. poterũt cũ alijs honeſte ſine nimia vocis exaltatiõe cãtare. Ad cantãdũ aũt aliq̃d ſequeſtratũ. ſicut eſt all'a. rñſoriũ. vl' aliud q̃dlibet. nequaq̃ cũ ſecularibꝰ ſe ꝯbinẽt. ſi vitare poterũt bono mõ. Tũc etiã nõ ſolũ in p̃dictis. verũ etiã in honeſto ſe hñdi mõ. q̃ntũ ad diſciplinã aſpiciẽdi. loquẽdi. habitꝰ ⁊ vniformitatis. honeſtatis q cuſtodia eſt habẽda.

Rephenſibile ẽ ibi vagis circũſpicere oculis aut collocutiõibꝰ. dũ miſſe officiũ celebrat intendere. qđ tũc etiã ſecularibꝰ clericis ius canonicũ interdicit. aut ꝑ aliquã rẽ habitꝰ ſecularitatẽ ptẽdere. vñ ibi nõ decet capuciũ int hoies extrahi niſi ad euãgeliũ. vel ad alia ꝑ q̃bꝰ ex approbata ꝯſuetudie cõit fieri ꝯſueuit

Deniq̃ ꝓpter vniformitatẽ dũ interſunt officio. ſolliciti ſint circa duo. Unũ eſt nẽ diuerſitate ſua in his q̃ ab honeſtate nõ diſcrepãt. alios ſcãdaliſent. vt videlicet ad magnificat in veſpis. ad q̃cũq̃ vult in p̃ma. vel ad alia hmõi. ceterꝭ cũ reuerẽtia ſtãtibꝰ ipi non ſedeãt. licȝ illõ officiũ tũc ipi nõ dicãt. Aliõ ẽ vt in ſtãdo. ſedẽdo. ⁊ ſe ꝓſternẽdo ſint inuicẽ vniformes vt parit ſtẽt. ſedeãt ⁊ ſe ꝓſternãt.

Qui cor vnũ ⁊ aiam vnã debẽt hr̃e. Diſformes exteriꝰ nõ debẽt eſſe. Uniformitas moꝝ. vniformitatẽ iuuat ⁊ indicat animoꝝ.

Seniorꝭ ꝯſuetudini debet ſe ſociꝰ hũilit ꝯformare. Religioſoꝝ morẽ cũ eis officiantes ꝟuamꝰ. cũ alijs inclinationũ ritꝰ ignaris feſtiuo tpe ad oĩs collectas vultu ad altare ꝟſo cũ reuerẽtia ſtãtes ad hr̃e ꝟginis ⁊ ſanctoꝝ dũtaxat. q̃ ſpẽali ex more veneratõe colunt noĩa inclinamꝰ. in feria ꝟo ſimus ad oĩs orões ꝓſtrati. ad p̃fatiões ȝ ſp ⁊ q̃n dicit agnꝰ dei. morꝭ eſt ſtare. verũ tñ ſi q̃n apud extraneos duxerint celebrãdũ. modũ ordinis ſui in celebrãdo vniformitatis occaſiõe nõ varient. nec ipm dimittãt. niſi alit facere cogat neceſſitas. Ne velut inſtabiles ⁊ modũ ꝓprium nõ hñtes cũ varijs eccl'iaꝝ ꝯſuetudibꝰ temerarie varient. Pñt tñ in bñdictõibꝰ poſt miſſam iuxta morẽ p̃rie faciẽdis. ⁊ in oĩbꝰ hmõi q̃ mõ nõ p̃iudicãt regulari. eccl'iaꝝ i q̃bus fuerint ꝯſuetudies obſeruare.

De diſciplina in hoſpitio ſeruãda

Capitulũ XXX

In hoſpitijs domo cũ fuerint ſtudeãt ſe in oĩbꝰ gerere humilit ac prudẽter circa cuſtodiã diſciplinẽ. hũilitatẽ erga ꝑſonas in ꝯuerſatiõe oñdãt. ꝑſonis maioribꝰ hũilit deferãt. ꝑſonis hũilioribꝰ et paupibꝰ tãq̃ ꝯfratribꝰ ſuis ſocialiter ⁊ benigne loquãt. Cõuerſatio q̃ȝ ſignũ aliq̃d ſuperbie nõ p̃tẽdat. Nũq̃ ad p̃ma ſe ingerãt loca. nec tñ ad ea vocati ꝓrſus refugiãt. ſenioris tñ fris quẽ ꝑponere debẽt ſp i oĩbꝰ honore ꝟuato. Qđ honori vl' certe delitijs deſeruire videt. hũilit vtiq̃ declinat. ⁊ hõeſtũ modeſtia recuſat. Ubi aũt ſeniorꝭ aut ſocioꝝ accedit inſtãtia. cedere magis q̃ diutiꝰ repugnare optet. Parẽdo porro q̃ obſtinatiꝰ repugnãdo ꝟuat hũilitas. Rephẽſibil

difficultas vbi palā nutui obuiat ſenioris.
Lectos ſeculariū nō aſcendāt indifferen
ter ꝑ diē.nec familiā hoſpitij obſeqꝉoꝝ exac/
tione moleſtēt Decet paupes paucꝫ eē ꝯtē
tos.ipi qꝫ neceſſitati ē ꝓ loco ⁊ tpe detrahen
dū Nūqꝫ hoſpitū familiaritas vl' alicuiuſ
affinitatꝫ ꝓpinq̄tas ꝓſumptōꝫ inducat.vt in
domo ꝑcipe.curioſa q̄rere.aut de factis do/
mus.aut familie indagādis vl' diſponēdis
ſe iteꝝ itromittere velint q̇ ꝓprie rei familia/
ris curā vt dō ſeruirēt liberiꝰ abiecerunt.
Prudētiā q̇dē neceſſariā hn̄t vt ſint i ſui
cuſtodia circūſpecti. Vn̄ apl'us. In ſapia in
quit āбulate ad eos q̇ foris ſūt. Et dn̄s. Ca
uete ait ab hoibꝫ. Caute ḡ in diſcipline cēſu
ra.nō ſolū in publico veꝝ etiā in ꝑuato ſeha
beāt Nullū ait q̇dā putauerꝫ locū ſine te/
ſte. Narrabat q̇dā frat' ſe in q̇buſdā ſecl'a
riū domibꝫ occultas dep̄hendiſſe feneſtras
ꝑ q̄s ea q̄ in domibꝫ ill' exiſtētes agebāt.ipiſ
nō ꝑcipiētibꝫ poterāt apte videri. In eſta
te meridiano tpe dormitōnis iacētes.aliq̄d
ſi pn̄t ſup habitū opimentū ſaltē vſqꝫ ad cin
gulū habeant.ne qn̄ dormiūt eos indecent'
q̇dē int' hoies diſcoopiri ꝯtingat Erube/
ſcēdo nimis q̇buſdā et h̄ accidiſſe feruntur
Habēda vbiqꝫ prudētie circumſpectio ⁊
cautela circa ꝑſonas. loca. negocia. ⁊ res ſi
q̄s habuerint reponēdas. Circa ꝑſonas
vt ſe nimis hoibꝫ nō ꝯmittāt q̄ꝫtūcūqꝫ fami
liares fuerint aut ꝓpinqui Attēdāt ſibi in
oibꝫ q̄ dicūt aut faciūt Spūalis ille q̇ oīa
dijudicat. ⁊ ipe a nemie iudicat'.om̄e opꝰ ſu/
um trina q̇dā ꝯſideratōe ꝑueniet. Primū q̇
dē an q̄d poſſū liceat.deinde an deceat. po/
ſtremo an expediat. In oibꝫ ſemetipos ſi
cut dei miſtros exhibeāt. Sint i aſpectu
geſtu ⁊ oī actiōe ſua ſerij.religioſi. ⁊ modeſti.
ſic̄ decet ſctōs. Verūtn̄ modꝰ q̇dā eſt reli/
gionis.ſupſticioſum eē nimis non oportet
Habit ꝯgruū int' homies modū diſcretō
ꝑſonaꝝ. Statꝰ ⁊ q̄litas hoim.differētijs
differētiā exigit ꝯſuādi Habet ſe prudēs
cū differētibꝫ differēt.cū oibꝫ tn̄ caute Erit
ſimplex nō ſtolidꝰ.humil' nō deiectꝰ.māſue/
tus nō blādꝰ.hilarꝫ nō laſciuꝰ. affabilis nō
vaniloquꝰ aut ſcurril'.q̇nimo intereſt ſapiē/
tis ſic ſi res exigat a rigore iterdū remitti.vt
modū tn̄ modeſtie nec i ipa remiſſiōe dimit
tat Pōt ḡuitatꝫ cēſura remitti ꝓ tpe.nō di
mitti. Imputāda tn̄ remiſſio vbi nulla decē
tie vl' vtilitatꝫ intētio Prudēs dn̄i fuꝰ vti

litatis fructū ex ſua nouit remiſſiōe afferre.
Ad h̄ qm̄ attēdēda eſt honeſtꝫ ꝯgrua ꝑſo
naꝝ honeſtas.honeſtioribꝫ ſp̄ adhereant.
Mulieꝝ tā ꝓpinq̄ꝝ q̄ꝫ aliaꝝ caute ꝓut po
terūt ſocietatē declinēt. eaꝝqꝫ familiare ni/
mis obſequiū. ⁊ tactū oīno refugiāt Nul/
la rōe ſuſtineāt q̄ pedes ſibi a muliere lauēt'
Nudā aūt mulierꝫ manū tāgere ad eiꝰ ca/
put vl' corpꝰ vbilibꝫ abſqꝫ neceſſaria euidēt'
cā manū extēdere.ab oī prſus religiōis ho/
neſtate quis dubitat alienū Quādo reli/
gioſus cū muliere ſedet aut loq̇t'.manꝰ ſuas
occultare ⁊ a ſe retrahere dꝫ.q̄s etiā q̄ncūqꝫ
cū ꝑſonis extraneis loq̇t'.ſil' iūctas ⁊ velut i
uicē colligatas l' alias religioſe decꝫ haberi
Locutio diſciplinā req̇rit Nūqꝫ mulie
rem q̄ꝫtūcūqꝫ ſibi affinitate ꝯiūctā.ſiue ſoro
rem ſiue neptē.q̄ꝫtūcūqꝫ pueriles Nunqꝫ
etiā facile mr̄em ꝓpriā oſculent'. Fugiant
oīno femineą oſcula milites xp̄i. cū oſculuꝫ
etiā viris offerri nō deceat.niſi forte vbi d̄ ꝓ
prio pr̄e vel alijs honeſtis ꝑſonis.moris ex
actu ſine ſcādalo vitari nō poteſt Religio
nis ꝑſonā religionis honeſtas.os indifferē
ter oſculis cōicare nō patit'. Deniqꝫ ꝑicl'o
aīe mulieꝝ habet' ſocietas. Igit' vt docꝫ q̇
dam ſanctꝰ.vbiqꝫ geſtāda eſt cū mulieribuſ
nō ꝯtinuāda pn̄tia.ſꝫ q̄ſi trāſeunt' femis ex
hibēda eſt acceſſio q̄dammō fugitiua Tu
tiꝰ ē n̄ poſſe perire q̄ꝫ iuxta ꝑiculū nō periſſe
Illū aūt nec caſtū dixerim nec honeſtuꝫ.
q̇ mulierē aut tāgere aut tactū eiꝰ admittere
nō abhorret. Quō tāgere licet q̄d intueri n̄
licet. Ad cuſtodiēdā cordis mūdiciā.exte
rior q̄ꝫ ſenſuū diſciplina ē ſeruāda. Loca
q̄ ꝑiculi vl' ſuſpitōis materiā dare pn̄t caute
declinēt nec ſoli cū muliere in locꝫ hmōi vel
ad horā morent' Dn̄a q̇dā vt fert' dū duo
frēs ad eiꝰ domū diuertiſſent.alteꝝ ſeorſuꝫ
vocauit in camerā.q̄ſi ſecreto ſibi aliq̇d locu
tura. Quē ingreſſum mox ad turpitudinē ꝓ
uocās.aſſeruit firmit' ſe ꝯtinuo ꝯ ipm quaſi
ei violentiā inferentē niſi ſtatim ſibi acq̇eſce
ret clamaturā. Tūc doctꝰ a dn̄o frat' anteq̄ꝫ
mulier i vocē clamorꝫ ꝓrūperet.ad frēm ꝯſoci
um q̇ cū pluribꝫ ꝑſonis i atrio domꝰ erat al
ta voce clamauit.libꝝ ſibi ꝯtinuo afferri re/
quirēs.ſicqꝫ adueniēte frē neceſſe hūit mu/
lier ab hmōi nepharia ſollicitatiōe ceſſare. ⁊
frat' hoim ꝯfuſionē euaſit Nōnulli ob cau
ſam ſil'em ꝯfuſi turpit' ⁊ v̄berati ḡuit' fuiſſe
dicūt'. Qui aūt cauet laq̄os. ſecurus erit.

Qui aūt nō cauet. eſt aut ſtultiſſim⁹ aut per
uerſus. nec eſt ei⁹ excuſatio admittēda De
nocte ſi p domos hoſpitij ad neceſſaria exe
unt. ſimul ſiquidē ⁊ cū lumīe vt filij luc͛ eant
Ceteꝝ d͛ mūdanis ſeculariū negocijs ex
pediēdis. religioſus temerarie ſe nō debet ī
tromittere. Si de aīe negocio agit͛ appone/
dū eſt quidē ꝯſiliū ab his q̄ habēt officium ⁊
peritiā ꝯſulēdi. alias nō eſt militātis deo. ſe
iteꝝ occaſione ꝓpinquoꝝ vel amicoꝝ. ſecula
rib⁹ īplicare negocijs. q̄ mūdo moriēs abdi
cauit. Impi⁹ eſt q̄ aīe ſue ꝑ parētib⁹ ſuis ē
crudel͛. Sȝ nec ſeculariū lr̄e ad portandū l͛
ꝑſentandū alicui recipi debēt. niſi de ipſarū
tenore op⁹ forſitan aliqd̄ pietatis habēte cō
ſtiterit. Nec religioſis vere͛ expedit ꝙ ꝟbo
rum etiā ſine lr̄is ꝑ negocijs hmōi baiuli fi
ant vl͛ internūcij ſȝ ſi ſup talib⁹ requirant͛. h
ꝑ alios q̄s deceat fieri replicēt. Circa reꝝ
cuſtodiā ſiue libros ſiue alia ſecū detulerint
nequaꝙ̄ negligētes exiſtāt. ſȝ oīa. libros ꝑci
puc anteꝙ̄ eos deponāt de manib⁹ vel de ſi
nu. certe fideliꝙ̄ ꝑſone cōmendēt. que a ſui/
bus ⁊ a canib⁹ q̄ libros vt expiētia docuit d͛
ſtruūt. ⁊ coopture corio n̄ obſtāte corrodūt
cuſtodiat diligēter. Ipe ꝙ̄ ꝑſone quib⁹ res
hmōi cōmittūt͛ ſunt ſup his inſtruēde No/
ctib⁹ tn̄ ꝯſultu ꝓpter picula in loco certo pro
pinꝙ̄s habeant͛. Quidā quos recōmēdaue
rat libros. repētino ſupueniēte incēdio per/
didit.

De diſciplina ꝟboꝝ inter ſeculares. Capitulū XXXI

Diſciplina in ꝟbo eſt iunioꝛib⁹ et no/
uis ꝑcipue int͛ extraneos obſeruan
da vt tarde caute ac demiſſa voce lo
quāt͛. Tarde vt vſꝙ̄ ad iterrogatiōȝ tace/
ant. interrogati rn̄ſionē ſenioꝛi relinquant.
Niſi forte in ſpēali ſup leuib⁹. maxīe ad ꝓpri
am neceſſitatē ſpectātib⁹ vt de cibo et potu
⁊ ꝯſimilib⁹ reqrant͛. De talib⁹ pōt quiſꝙ̄ ꝑ
ſe nō tn̄ ꝑ ſocio ſine aſſenſu ipī⁹ rn̄dere Cō
munē reqrit aſſenſum rn̄ſio q̄ de cōi neceſſi/
tate ꝓfert͛ Caute. vt cū ꝑmeditatōe loqn
tur. vt ꝑmo bis ad limā ꝙ̄ ſemel ad linguaȝ
veniat ſermo. maxīe ſi ſenioꝛe forte occupa/
to. de oꝛdine. de ꝑſonis abſentib⁹. de rumo/
rib⁹ vel notabilib⁹ alijs reqrant͛. De fact͛ oꝛ
dinis vt de mō ieiunādi. de ſilētio vl͛ d͛ alijs
reqſiti. ſenouos in oꝛdine dicāt. ſeniorē req/
rendū ꝑrendāt. Ne forte dū ſapiēter ⁊ bn̄ re
ſpōdere ſe putāt. ſtultū aliqd̄ ⁊ qd̄ oīno dici
nō opoꝛteat dicāt Secreta oꝛdis ꝙ̄tum
cūꝙ̄ religioſo vl͛ familiari nō reuelēt. nec ſta
tutū aliqd̄ publicēt niſi qd̄ forte cōmode ce/
lari nō pōt. Idipm aūt nō ſtatutū nō prece/
ptū. ſȝ tm̄ oꝛdis intra domū ꝯſuetudinē vo
cent. vt ꝑ eoꝝ rn̄ſum tētōnis debitū exclu/
dat͛ etiā extra domū. ne ſeculares ſi qn̄ ꝯtra
riū videāt reputēt fratres ſui oꝛdinis tranſ
greſſores. cū tn̄ multa poſſint licite ex oꝛdi/
nis vel ſupioꝝ diſpēſatione mutari Oꝛdi
nē noſtrū nunꝙ̄ ad pticularia deſcēdēdo. ſȝ
ſi neceſſe fuerit ī generali ſolū abſꝙ̄ alioꝝ oꝛ
dinū collatiōe vl͛ obtrectatiōe cōmendent.
Peſſim⁹ laudādi mod⁹ ſeipm cū alioꝝ in
iuria ꝑdicare. Peſſima vicij corruptela d͛
tractio. q̄ aīam maculat. deū offendit. ꝓxi
mū ſcādaliſat Et qꝛ vt ſcriptū eſt. ſmo ob
ſcur⁹ in vacuū nō ibit. ⁊ tumult⁹ murmura/
tionum nō abſcōdet͛. his corā quib⁹ detrahi
tur ſcādalū excitat͛. Cōſtat aūt vt ſanctuſ
loquit͛ vbi ꝟitas ī cauſa neceſſaria n̄ eſt. nec
licite ſcādalū a quolibȝ poſſe cōmitti. nec iu
ſte ꝑcipi. nec inoxie cōſentire. Si de ꝑſo/
nis abſentib⁹ ꝑſerti religioſis ſiniſtre aliqd̄
ſuggerat͛. ſp ꝑ abſētiū pte loqntes. nullo mō
ad fauēdū detractoꝛib⁹ inclinēt͛. Accidit ali
qn̄ quoſdā mag͛ ad tēptandū ꝙ̄ ex aīmo d͛
his obloq̄. Narrabat vt fert͛ ſenioꝛ q̄daȝ
fide digniſſim⁹ ad ſe qn̄ꝙ̄ ſecularē veniſſe. q̄
aduerſus q̄ſdā religioſos plurimū iuehi vi
debat͛. Cui frat͛ viriliter ſe opponēs. eū q̄ti/
ens aduenit eadē ſp ꝯſtātia repulit. ⁊ icuſa/
tos ꝓ viribus excuſauit. Mirat⁹ oblocutoꝛ
beniuolā ſenioꝛis ꝯſtantiā. aperuit tandē ſe
id ad ꝓbandū d͛ mutua illoꝝ oꝛdinū chari/
tate feciſſe. adijciēs ſe de oꝛdine ſenioꝛ͛ iſti⁹
q̄ ꝑ alijs aduocabat. cū q̄dā incuſati ꝑus oꝛ
dinis frē ob cāmꝯſilem oblocutū fuiſſe. fra
trē aūt illū oblocutiōis ꝟba in ꝑmis aliqn̄/
tulū. deinde ꝟo remiſſi⁹ refellentē. tandē ob
loquēti ceſſiſſe. ſup q̄ idē ſecular͛ nō modi/
cū offenſus. apd̄ illos n̄ eſſe charitat͛ ꝟitatē
aſſeruit. q̄ ad iuicē detractiōȝ admittere nō
curaſſent. deniꝙ̄ religioſus n̄ eſt. q̄ detracti
onib⁹ paſcit aut paſcit͛ alienis. Caueāt et
ne ſint rumoꝝ licet bonoꝝ ⁊ veriſimiliū de/
latores Religioſos viros paſſim rumige
rulos eſſe nō decet Falſitas q̄ frequētiſſi/
me rumoꝛib⁹ ieſt. vl͛ q̄ ꝑ ſecūdarios relatoreſ
apponit͛. ꝑmis eaꝝ auctoꝛib⁹ ipurat͛. Vincē
illō. Rumores fuge ne icipias nou⁹ auctoꝛ
hri. Sint ī locutiōe honeſti ⁊ ſerij. nec ſe

in ſecularib⁊ ad riſum mouētib⁊ verbis ſe
culares oſtēdāt Seruū dei de deo loq̇ de
cet vt fiat qđ ſcriptū eſt. Si q̇s loquiꝛ qua/
ſi ſmones dei. alioq̄n ꝟba vana. mētis ape/
riūt vanitatē Ex abūdantia cordis os lo
quiꝛ. Circa vocꝭ ſonū in locutiōe attēdāt
vt (put tactū eſt alibi) ſit demiſſus pariter ⁊
ſuauis Viciosiſſimꝰ plane religioſo loq̄n
di modꝰ ſi notabiliꝛ ſuā in loquela cōmuni
vocē exaltet. Sufficiat ei ꝙ ꝓxime ſibi aſtā/
tes poſſint loquētis itelligere verbū Sa
piētis eſt loq̇ ſuauiter ⁊ demiſſe. Nox aūt
amplioꝝ vocis depreſſionē req̇rit. Nox ē tē
pus ſilētij ⁊ q̇etis In nocte maxime poſt cō
pletoriū in alta vt plus ꝟba erūpere ſilētij g̃/
uitate neglecta. ſecularium eſt religionis n̄ cu
rantiū honeſtatē. Proinde honeſti frēs vbi
cūq; fuerint religioſe ſp̄ in q̇b⁊ poterint ac ſi
eſſent in fratꝝ collegio cū ſilētij ſui obſerua
tione ꝑmanebūt.

De diſciplina comedēdi inter ſeculares
Capitulum XXXII

P Recipue decet vt cū extraneis come
dētes honeſte ſe habeāt. vt nec in ci
bo nec i modo comedendi vl' mora.
aut in alijs q̄ diſcōueniūt ſup mēſam. vt ē ꝟ
boꝝ mltiplicatio aut exterioꝛ corꝑis vl' ha/
bitus diſpoſitio ihoneſta poſſint de irregu/
laritate notari. Circa cibū attēdāt ꝙ ꝓpt
quātitatē vl' qualitatē de gule vicio iudicari
nō poſſint. De pmo ſapiēs ait. Vtere q̄ſi
hō frugi his q̄ tibi apponūꝛ. ne dū mltū mā
ducas odio habearꝭ. Vn̄ inter ſeculares n̄
expedit appoſitā ſp̄ portionē totā comedere
aut penitꝰ euacuare ſcutellā. ne forte id ma/
gis hoīes voracitati q̄ꝫ neceſſitati attribuāt
Int̃ cetera ē habēda ſp̄ tꝑantia circa po/
tū. Turpiſſimū eſt ſi de nimia potatōe notē
tur. Religiōis q̇uis inſignia p̄ferēs. meribo
li nomē ignominioſe ſortiꝛ. hoc viciū hoīez
corā deo ⁊ hoīb⁊ vilē reddit. Ad notā hu
ius vicij fugiendā cauere debēt ne poſt refe
ctionē. etiā ſi vinū ſepiꝰ offeraꝛ frequēter bi/
bāt. aut poſtq̄ꝫ in cōi potatū eſt. ſeorſuz ſine
vrgēte neceſſitate potū in puato req̇rāt. nec
oīno ꝙ potꝰ vbi dormiꝛ remaneat patiātur
poſt cenā nō ſunt ad ꝟba ⁊ pocula vigilie ꝓ/
trahēde. Vigilare ad ignē ſitim ꝓuocat ⁊
bibitare cōpellit. grauat corpꝰ. exhaurit ſpi
ritū. tps in ꝟbis pene impceptibili ſubdu/
ctiōe ꝯſumit. tēpeſtiue ad orōem ſurgere. of
ficij debitū deuote vt expedit ſoluere nō per
mittit. Et q̇ ſero ſobrietatꝭ nō obſuat ſniāz
mane frequēter ſuſpēdiꝛ a diuinis Vſita
tū eſt hoſti hoīes ad prunas ſeducere. Ad
prunas dn̄z ſpreuit rex ioachim. negauit pe
trus. ⁊ ne nob̄ ꝯ nocturna p̄dicatiōe ad pru
nas ꝓpter fructū vl' interrogatiōes hominū
blādiamur Ad prunas ioachim q̇dē audit
ſmones dn̄i ſꝫ cōtemnit. Ad prunas petrꝰ
de xp̄o interrogatꝰ offendit. O q̄ties eſt ſe/
rotinis neceſſaria ꝟbis correptio matutina
mane p̄dicāt docti. ſero ꝯcionāꝛ indocti. Et
in his oīb⁊ honeſtiꝰ alibi q̄ꝫ ad ignē ⁊ pocu/
la p̄dicaꝛ. Si hoīm inſtet deuotio ꝑ exem/
plis. ſenioꝝ itererit ꝓuidere vt narratōe vna
paucis ve alijs ſi expediat ꝟbis inſtātie ſatiſ
fiat. Verūm̄ mutat iterdū cauſa ꝯſiliū. nec
lex imponiꝛ vnctiōi. vitāda tn̄ vigilia q̄ occa
ſionē ꝟbis aut potatiōi miniſtrat. Qui vici/
um cauere ꝯſiderat vicij occaſionē p̄caueat
Studeāt ḡ in cibo ⁊ potu ſobrietatē ſer/
uare. ſicut ſui dei ⁊ religioſe viuētes Sic
omnes cupiditates carnis abſtinētia reſe/
canꝛ. ita oīs ꝟtutes edacitatis. vicio ꝯſtru
unꝛ Immūdi ſpūs ſe ibi inijciūt vbi ampli
us vidēt cibū ⁊ potū Circa ſecūdū multū
attēdere ſibi debēt ne videlicet cibos appe/
tāt delicatos. Qui vinum ⁊ pinguia diligit.
nū q̄ꝫ in ꝟtutū poſſeſſiōe ditabiꝛ. Hoꝝ q̇dez
ꝑmittiꝛ vſus. abuſus ⁊ ꝯcupiſcētia ꝓhibeꝛ.
Semp itaq; placeat eis lautioꝛib⁊ ꝑcere
cibis. De groſſioꝛib⁊ cibis ⁊ facili vel valde
tēperato potu. neceſſitati vtcūq; ſatꝭfieri pt.
q̄ꝫq̄ꝫ ⁊ ip̄a neceſſitas int̃ hoīes ſit artanda.
Qui de religiōe cēſeꝛ. modeſtiā dꝫ religi/
onis hr̄e. vt ſit i tꝑantia ſpeclm alioꝝ Spe
ctaculū facti ſumꝰ mūdo ⁊ angel' ⁊ hoībus.
Felix abſtinētia q̄ palato iperat delicato.
Decet vas celeſti grē mācipatū a ſeculi il
lecebris abſtinere. Nō erubeſcāt aquā ꝓ
vino petere ſi habuerint tꝑando. q̇n potiuſ
erubeſcere debēt ſi vinū biberint nimis for
te. Aquā req̇rere ⁊ minꝰ limphato vino vl'
modicū ſp̄ ꝓ bibētꝭ neceſſitate apponere. deo
placꝫ. ꝓximū edificat. religioſū honeſtat. aīe
ſil' ⁊ corꝑi eſt ſalubre Vex q̄ꝫ turpe ſit pau
perib⁊ hoīb⁊ cibaria q̄rere lautioꝛa ⁊ appoſi/
tis nō eſſe ꝯtētos. ꝯ mō p̄parādi cibū diſpo
nere. aut quō p̄pareꝛ req̇rere. potū vel cibuz
aliquē in ſpāli laudare vt de eiſdē amplius
apponaꝛ. aut ſuas int̃ extraneos medicinaſ
oſ̄dere quis ſane mētis ignorat. Modꝰ
q̇ꝫ honeſtꝰ ē in comedēdo habēdꝰ vt nō ar/

dent aut cū nimia feſtinatiōe comedat. vel
aliās indecent. Morā in mēſa facere reli
gioſum nō eſt. Caueāt ne alijs a comeſti/
one ceſſantib. ipi comedēdo vl' loquēdo mē
ſam detineāt. cū nō ſit hominū ſed magis pe/
cudū ſup mēſam ruminādo diuti⁹ immora/
ri. Poſſunt tamē q̄ neceſſe habēt caute cum
modeſtia ſibi in pncipio mēſe alijs cōmuni
ter comedētib puidere. Ad hoc vbiqȝ vt
ait ſanct⁹ frenāda eſt lingua pceps. maxime
ī cōuiuio. ne ſcʒ ad loquendū ſupflue vel in
diſcrete laxet. Taciturnitas ait Hugo i/
ter epulas idcirco neceſſaria eſt. quoniā lin
gua que om̄i tp̄e ad peccatū pna labit. peri/
culoſius tamē cū p crapulā inflāmata fue/
rit. ad loquendū relaxat. Diſcretiōem ī ver/
bis eadē ibi rō pſuadet Sup mēſam aūt
cū ſocio loq̄ aut corā illiteratis latinis ibid
vel alibi verbis vti. dn̄m quoqȝ dom⁹ vl' ali
os quoſcūqȝ ad comedendū vel bibēdū fre
quenti⁹ inuitare nō decet Subit aīmo q
quedā matrona cuidā eā frequēter inuitan
ti. dixiſſe fert. Fuiſti inq̄t aſinari⁹ ruralium
ꝛ imperitoꝝ q̄ ſepe aſinos puocare nouiſſēt
eſſe. prius innuēs his q̄ inuitatiōes pſonis
diſcretionē habētib inculcare ſolēt Opor
tet etiā diſciplinā in corpis ꝛ habit⁹ diſpoſi/
tione ſeruare. vt comedētes ſe nō appodient
ſup mēſam vel accubitādo vel alio quocūqȝ
mō iordinato ſe gerāt. Dū comedūt caput
in capucio nulla ratiōe pfundent. ſed aper/
ta comedāt facie Ceterū religioſos ꝛ pau
peres de mēſa aliena viuētes. de portione ſi
bi appoſita encenia familie faciēdo. patriſſa/
milias in domo gerere vices. canes vel mu
rilegos de mēſa paſcere benedicta. a q̄ non/
nulli etiā abſtinēt ſeculares. nō congruit
Pncipalis huiuſqȝ inciſio nil his note ipin
gens q̄ ſub inſtitutionib alijs militant. aut
p diuerſis locis ꝛ diuerſitate cauſarū diuer
ſa ordināt inſtituta. Honeſta quidē ſan
cta om̄is traditio que p prudentiā ſeniorū
in timore dei cōmuniter tradit. cōmuniter
obſeruatur. pfecto ex cōmuni ſurgit inſtitu/
tione religio. honeſtas ex ordinatione cau/
ſatur Omne ordinatū decorū eſſe neceſſe
eſt.

Explicit prima pars principalis.

Incipit ſecūda pars que eſt de genera
li exhortatione.

Rincipali hui⁹
p opuſculi pticula expedita. ſecū
daria hec pauca epilogat ꝛ ſup
plet q̄dā vt q̄lit novi xpi diſci/
puli ad deū. ad ſe. ad pxim. ꝛ ad res etiā q̄s
aliq̄n tuare vl' tractare ɔtingit ſe habeāt. q̄b
differētiaꝝ iudicijs ꝺ ſua ɔuerſiōe diſcernāt
q̄lit deniqȝ ipi ad pfeſſiōʒ recepti ſe gerere ꝺ
beāt vl' breuit in aliq̄b inſtruāt.

De ordinatiōe reſpectu dei.

Capitulum I

Ante oīa cor ſuū p purā ɔfeſſiōʒ mū/
a datū dignū dō hitaculū pparēt. illō
excolāt. illud exornēt. nihil ibi ſordi
dū vl' obſcuꝝ. nihil ibi vel ad horā reſidere.
qō dilecti ſui oc'los offendere valeat patiāt.
Tēptatiōes ꝛ cogitatōes malas hūilit ꝛ pu
re ɔfiteri nō differāt. veret hoſtis ɔciliū ſuū ī
gerere nō zelāti. puidēdū eſt eis vt q̄ iā ſunt
ſupni regis milites annotati. ſecū om̄ino fir
ment ꝛ ſtatuāt ſe vſqȝ in finē ei fideliter fui/
turos. nec vllis ab eo tēptationib tribula/
tionib ꝛ anguſtijs deinceps receſſuros. Iu
raui ait pheta ꝛ ſtatui cuſtodire iudicia iu/
ſticie tue. Religionē ſanctā ad quā eos dn̄s
ſua miſeratiōe vocauit. feruētiſſimo ac fide/
liſſimo ſtudeāt amore diligere. ꝛ ei tāqȝ ſpe/
cioſiſſime ac deo dilectiſſime ſpōſe fide inui
olabili adherere. Quecūqȝ ſibi ſiue pſpera
ſiue aduerſa ɔtigerint. deū ſp deuotis efferāt
laudib. vt ſiue ceſpitēt. ſiue cadāt ſiue aliaꝫ
quācūqȝ moleſtiā ſiue leſionē incurrāt. ſp in
ipoꝝ ore reſonet diuina laus. ſp vl' bn̄dictus
de⁹ vel aue maria. vel aliq̄d qō ad laudē dei
ptineat dicāt. Et hoc in ɔſuetudinē ducere
ſtudeāt Nulla vnq̄ negligētia obmittendū
Quicq̄d ſpecioſitatis vel delectabilitatis
in creaturis inuenerint. q̄cq̄d circa ſtatū hu
mane ɔditiōis vl' diſpoſitōis acciderit. totū
ſp aſſumāt in materiā laudis dei. ꝛ de om̄i/
bus q̄ occurrerint deuote ſtudeāt cogitare
In ipo ſuaꝝ oim opationū initio dn̄m i/
uocare. ꝛ ſuā ad ipʒ ītētōʒ dirigere aſſueſcāt
Inſtēt oratiōi feruēter. q̄ nouā ī orto dn̄i
plantulā fouet. puehit ꝛ ɔfirmat Diſcāt ꝫ
vna ſaltē diei vel noctis hora tp̄s ꝛ ociū vē/
dicare. quādo ad ſe reuerſi mētiſqȝ cubiculū
introgreſſi. orēt in abſcōdito patrē ſuū q̄n
in corde cōtrito ꝛ humiliato vniuerſoꝝ do/
mino familiarit aſtent. Mane aūt aſtabat
pheta dn̄o. q̄ qui mane vigilauerit ad deū

ſinueniet eū Surripiēda erit carni.⁊ ſi for
te nō ſemꝑ.ſepe tamē ſomni reqes matutini
cū illa hora xp̄s reſurrexerit.tūc eſt tempꝰ al
lidendis ad petrā ꝑuulis . mortificāde car/
ni ⁊ recreādo ſpūi oportunū. Tunc ſpiritu/
les auicule dulcē deo in cordis organo ex/
hibēt melodiā. Ad hec ⁊ alie tēporis et ꝗe
tis oportunitates que occurrūt minime ne
gligēde ſunt Poſt horas canonicas non
ſtatim oratoriū exeāt.ſ; in orōne aliq̄ntulu;
ſubſiſtētes qualit opꝰ dei ꝑegerint cogitent
an tepide vl feruēter defectꝰ ſi q̄s ibi cōmiſe
rint tūc emēdent. grēq; deuotiōis ſe offerāt
infundēde.quā ſi dn̄s dederit nō repellant
Hoc aūt in om̄i orōe obſeruēt vt qđ orā/
tes dicūt.ex aīo ſꝑ dicāt. Nō vocibꝰ ſ; re/
bꝰ agit apđ deū Porro ꝗ ad orōe; ē negli
gens ſue nimiꝝ ingratitudis ⁊ tepiditatis ē
teſtis Fruſtra ꝑfectꝰ virtutū ſine oratōne
ſperat. Ad ea que ad cultū dei ꝑtinēt ma/
gno corde ⁊ ꝓmpto corꝑe accingant. Ad
diuinū officiū audito ſigno ſtatim om̄ibus
occupatiōibꝰ omiſſis accelerēt. Si i lect;
fuerint ſtati; ſurgāt. nec vltimū aliquatenꝰ
ſignū expectēt. Oratiōe aliqua vtilit ꝑue/
nit officiū Qui ſic ex ſtudio ꝑuenit. in bn̄
dictiōibꝰ meret dulcedis maioris deuotōiſ
⁊ grē ad ipiꝰ executionē ꝑueniri. Eccleſiā
intraturi manꝰ ſi neceſſe habuerint lauent.
Veſtes maxie in die religioſe cōponāt ne
irreuerēter aut indecēter introeāt aulā dei.
In eccl'ia deo pſallētes creatorē ſuū totiſ
viribꝰ cū reuerētia debita laudēt Officiu;
ſuū in choro ⁊ extra nō ꝑfunctorie quidem.
aſininis vt dicit labijs. ſ; deuote ſemꝑ ⁊ in/
tegre dicere ſtudeāt.nec aliā ei occupatōem
admiſceāt. Ceſſent manꝰ . oculoꝝ euagatio
reprimat vt mens ab exteriori cura penituſ
libera ſoli valeat deo vacare. Dies vl' ho/
ra que negligēt officiata ꝑtranſierit nequa/
q̄; vlterius poterit reuocari.cū tempꝯ ſeq̄n
tis officiū ſuā nihilominꝰ diligentiā ⁊ deuo
tionē requirat. Nec ſibi de gratuitis oratiōi
bus blādiant. ſi circa neceſſarias que ꝓmo
niq; iuxta ſancti verbū pure ſemper ac ſtre/
nue debēt laudibꝰ diuinis intēdere. Pu/
re quidē vt dū pſallūt nihil aliud cogitēt q̄;
qđ pſallūt. Strenue vero vt ſicut reuerē
ter.ita ⁊ alacriter deo aſſiſtāt . non pigri. nō
ſomnolēti.nō oſſitātes.nō parcētes vocibꝰ
non ꝑſcindētes verba dauitica non integra
tranſiliētes.nō fractis ⁊ remiſſis vocibꝰ mu
liebre q̄ddam blanda verba de nare ſonan/
tes ſed virili vt dignū eſt ſonitu ⁊ affectu ſpi
ritus verba depromētes. Reuerentiā in
officio honeſta corꝑis diſpoſitio que mētis
deuotionē nō mediocriter ꝓmouet atteſtat
In choro nō ſtent in ſtallis ſuis molliter
aut quaſi fractis renibꝰ reſoluti Quando
poſt pſalmū vel hymnū ſancte trinitati reue
rentia exhibet.humiliter ⁊ decenter inclinēt
Tunc em̄ tardius ſurgere. ſegniter ac certe
difformiter inclinare. vt quādo corꝑe ꝗde;
demiſſo ſufficiēter.vultꝰ tamē indecent eri/
gitur.oculis erratice circūlatis. imperfecte
quoq; ad memoriā trinitat; inclinatiōis ve
nerationē exoluere quaſi ſit honoris differē
tia in ꝑſonis irreuerētie arguit ⁊ teporis.
Etiā extra choꝝ ſtent ad officiū ꝑterq; ad le
ctiones ⁊ officiū mortuoꝝ.ſpecialiter tamen
lectiōibꝰ plane dictis de dn̄a tm̄ exceptis ir
reuerētes ⁊ pigros ſe nouerint ſi debitaſ đo
laudes ſedendo vel iacēdo exoluāt . niſi ne/
ceſſitas euidēs cogat Si quādo ꝑ viam
officiū dixerint.⁊ ſi nō vacant cōtinue dum
illud dicūt ab itineratiōe quieſcere ſaltē ad
collectā ꝓcedentiū collectiuā.quādo omino
tota eſt in deū intētio colligēda i vno ſiſtāt
loco.⁊ ſi tempꝰ exegerit ⁊ locus ꝑmiſerit.cu;
reuerentia genuflectāt vt in oratione cōmu
ni totū officiū venerent. Diſpoſitio cor/
poralis honeſta deuotiōis ꝓuocat affectu;
⁊ deſignat. Nō fruſtra ſanctꝰ Martinus
oculis ac manibꝰ in celū ſꝑ intentus oraſſe
deſcribit. Intrinſec; motibꝰ geſtꝰ exteri/
or atteſtat Q̄uis extra ꝯuentū ꝯuentua/
lis in om̄ibꝰ diſcipline nō ſeruet diſtrictio. ī
oībꝰ tm̄ religioſi oꝑibꝰ religiōiſ d; veſtigiū re
lucere. Debēt ḡ ad opꝰ dei corpꝰ honeſte
diſponere.ad collectā ⁊ trinitat; memoria;
vel modicū inclinare.ordinē in ꝓſequendo
ſeruare.occupationē ⁊ interruptionē vitare
Ad miſſas poſtpoſitis om̄ibꝰ tanto ma/
iori ꝓmptitudine ac deuotione miniſtrent.
q̄to deo ibi familiariꝰ fuit. Calicē ⁊ cor/
poralia ſi tetigerint reuerēter ⁊ mundiſſime
tractēt.manuſq; poſt tactū hmōi anteq̄; ap
ponant cōmunibꝰ lauēt Corpꝰ dominicū
recepturi ante vt decet ampliori cōfeſſionis
orationis ⁊ tam a cibis q̄m verbis tempe/
rantie ſtudio acceptum deo ſatagant ho/
ſpitium preparare. Infuſam autem ob tan/
ti hoſpitis gratiā.reuerentiā in gra꞉ꝝ actiōe

attendāt. Nō minor eſt ꝟtus ꝙ̄ querere par/
ta tueri.

De ordinatiōe reſpectu ſui Cap. II

Ceterꝝ feruorē ſcm̄ ⁊ q̄ndā debēt ma
gnanimitatē aſſumere. vt ad ꝟtutū
exercitia ſtrenui ac deuoti opa bōa
freq̄nt̄ ſuperogare ꝯtēdāt. Tūc ei vicia fide
lit̄ extirpata diſcedunt ſi ꝟtutib; cedāt. alio/
q̄n ve ſi cedūt ad tēps eiecta. Nā redeūt niſi
ꝟtutes in locꝭ vicioꝝ q̄ fuerunt depulſa ſuc
ceſſerint. Nō multū ꝓderit oīa reliquiſſe
niſi ꝟtutū paſſib; tota xp̄m intētiōe ſeq̄mur.

Quid iuuat expeditū eſſe ad curſum nec
currere. exiſſe ad opꝰ ⁊ opis obliuiſci. Nō
intrātib; vineā ſ; opantib; merces dat̄. Et
cū in vſu ꝟtutū oīm pfecti eſſe nō valēt. i ali/
qua ſaltē ſe ſtudeāt ſpēalit̄ exercere. ⁊ illā q̄n
ta pn̄t pfectiōe obſeruare. Feruorē noui
cioꝝ nō decēt ille miſicordes i ſeipis diſcre
tiones ⁊ diſcretionū diſpēſatiōes faciles. q2
indulgētie ſuo iudicio nō ſunt admittende.
nec tn̄ recuſande ſunt alieno. A ſeipſo i ſe
ip̄m rigida dz eſſe cēſura ⁊ diſtricta ſeueritaſ

Ad regentē vl̄ ꝯſulentē lenis ⁊ obediēs i
oib; hūilitas. ſi alterꝝ deſit. vt i deſide ⁊ tepi/
do nō ſpero curſus pſeuerātiā. vel i p̄cipicio
timeo ruinā Sint occultatores ꝟtutū. ſi
cut alij vicioꝝ. Nō tn̄ in p̄ncipio ardua ſiue
multa p̄ſumāt. Nec ſine licētia aliq̄d nota/
bile attēptēt. ſ; a minorib; ꝟtutib; paulatiz
ad maiores ꝯſcēdāt. Hereditas ad quā fe/
ſtinat̄ in p̄ncipio. i nouiſſimo bn̄dictōe care
bit. Cōem ordīs obſeruātiā ſequant̄. pfe
ctiōi in ſilētio ⁊ i alijs inſtitutꝭ pleniꝰ obtinē
dis inſiſtāt. a q̄ nec exēplari leuiū. vel negli/
gentiū aliq̄ꝝ diſſolutiōe diuertāt. Optīa
religioſi pfectio. pfecte cōia q̄q; ꝯuētualia ſ/
uare. Porro h religionē offendit q̄ religi
onis violat inſtituta. Turpis ois ps vni
uerſo ſuo nō ꝯgruēs Cauet vir ꝯſtās ⁊ ho
neſtꝰ ne ꝯſuetudinū ordīs temerariꝰ viola/
tor exiſtat. alias i victu ⁊ morib; nouitatꝭ no
ta ⁊ ſingularitatꝭ erit diuerſitas fugienda.

Añ oīa caueāt ne ꝓ inchoato iā; bono
ſubrepat ſupbia. vt ſe alijs p̄ferāt ⁊ ſe aliq̄d
eſſe putēt. Perit oēe qd̄ agit̄ ſi nō ſollici
te i humilitate cuſtodit̄. Exteriorē geſtu/
um diſciplinā nō negligāt. Diſciplina cer
uicē ſubmittit. deponit ſupcilia. ꝯponit vul/
tum. ligat oculoſ. cachinnos cohibet. mode
rat̄ linguā. frenat gulā. irā ſedat. format ĩceſ
ſum. Sit ğ aſpectꝰ verecūdus ⁊ ſimplex.
riſus ſine cachinno. vox ſine clamore. inceſ/
ſus ſine tumultu. Erecto vel diſcooperto
paſſim capite manib; diſſolutis vel habitu
nō incedāt. Sit eis grata quedā nō ſcur/
rilitas ſeu curioſa vrbanitas. quib; ſancta q̄
dam ruſticitas bn̄ ſedet. Salua ſp modeſ/
ſtia honeſtatꝭ. Sint ad loquendū tardi.
⁊ in voce demiſſi. ⁊ in ꝯgregatōib; aut ſenio
rū p̄ſentia vix niſi ꝓ pn̄ti neceſſitate vel iter/
rogati loquant̄ Nō ſint diſputatores. nec
facile de auditꝭ p̄ſertim ſeniore p̄ſente ſentē/
tient. Stulti ſic̄ ſunt in ſenſu leues. ita ⁊
in verbo p̄cipites. Infra tps ꝓbationis
cū extraneis ſiue religioſi ſiue alij fuerit abſ
q; licentia ⁊ dato ſibi ſocio nō loquāt̄ Re
ligionis initiū eſt lingue frenū. Si quis pu
tat ſe religioſum eſſe nō refrenās linguā ſu/
am. huiꝰ vana eſt religio. Rem aliquā lic;
paruā ſicut acū. ſiue aliud occulte. hoc eſt ſi/
ne licētia recipe vel habere. quaſi furtu; ab/
horreāt. Supfluitatē in cibis ⁊ veſtibus
⁊ in alijs quibuſcūq; ꝯſtanter deſpiciant.

Pauptatē ⁊ parcitatē quandā in oībuſ
que ad corpꝰ ptinēt amplexātes. Vicioſe
ꝯſuetudini viriliter ⁊ feruēter reſiſtāt. nec cā
in his que gule viciū ſapiūt ſuccreſcere pati
antur. Extra cōmunē refectiōe; ad come
dendū ⁊ bibendū vix eos inflectat ipa neceſ
ſitas. Sepe qd̄ neceſſitatis eſſe videt̄. eſt
vicij. Vltra duas vices in die puerorū
ſeu pecudū more comedere. potū extraordi
narie frequētare. religionis tēperantiā ⁊ de
corem euidēter offendit. Que rogo reli/
gio. que pauptas. ſi mox vt eſuris. mox vt ſi
tis. volito pares. ſatias appetitū. nec eum vſ
q; ad ſtatutā horam ſcias cōpeſcere. Si
quādo tamē extra horā exactus neceſſitate
quis bibit. ſedendo ⁊ ſocio p̄ſente id faciat.

Non decet vt ſtando ſine teſte bibas.

Si plures fuerint. oēes dum bibit̄ ſile/
ant. Statiq; vt biberit ſurgāt cū aliqua lau
de dei. Reprehēſibilis admodū cōfabu/
latio vel mora ſuperflua iuxta potū. Nū/
q; ocio torpeant. ſ; ſemper aut lectioni aut
orationi vel officio addiſcendo. aut alijs nō
que ipi elegerint. ſed que iniuncta fuerint fa
cienda intendant. Spiritū tamen deuo
tionis exteriores non exhauriant actiones

Deuotus frater nunq; totus comedat.
totus dormiat. aut totus in exterioribus
occupetur. Sed ſiue comedat ſiue aliud
faciat. ſanctum in animo aliquid ſp voluat

vnde ſpūs recreēt In ſomnū q̄z iturꝰ ſem
per aliquid in memoria ſecū deferat in quo
placite quidē obdormiat. quod nonnūq̄m
iuuat ſomniare. ⁊ vigilātē excipiēs ī ſtatum
heſterne intētiōis reſtituat Lectū īτratu/
rus ꝑ diurnis offenſis orōem ſꝑ aliquā faci
at. veniā petat. pectꝰ ꝑcutiat. crucꝭq̄z munitꝰ
ſignaculo ſuū deo ſpiritū humilit̄ recōmen/
det. q̄ a ſomno ſurgēs. cū aliquāta ſe denuo
laude cōſignet Et ſi forte eū luxurie pom
pa cōcuſſerit. recordet̄ dilectū ſuū poſitū ſu/
per lectū doloꝝ. ⁊ vniuerſum ſtratū eiꝰ ī car
nis infirmitate verſatū. Hec dicēs in corde
ſuo. Dn̄s meꝰ pēdet in patibulo. ⁊ ego volu
ptati operā dabo. Sicq̄z īuocato noīe ſal
uatoris. ⁊ gemināđo ſepiꝰ nomē ſalutis. ceſ/
ſabit quaſſatio.

De ordinatiōe circa primum.

Capitulū III

a D hec qualit̄ ſe habere ad ꝓximū de
beāt Hugo docet. Sup̄ioribꝫ inq̄t
obediētiā. timorē. obſequiū. ⁊ venera
tionē exhibere debemꝰ. cū eq̄libꝫ pacē ⁊ con
cordiā cuſtodire. inuicē obſeq̄o. beneficio. ⁊
honore p̄uenire. In oī actiōe ⁊ ꝟbo ſup̄iorē
eis locū tribuere. ⁊ ſi qn̄ fortaſſis in aliq̄ ne/
gocio p̄ire eos cogāt̄. cū oī hūilitate ⁊ reue/
rētia q̄ facienda ſūt nō p̄cipe ſꝫ demōſtrare.
⁊ ſi eos p̄cedere ꝯtingat cū alacritate ⁊ deuo
tione q̄ſi ex neceſſitate ſubiecti obedire. In/
ferioribꝫ ſꝑ bn̄ficiū ⁊ auxiliū īpēdere. venera
tionē nō exigere. ſocietatē atq̄z eq̄litatē ama
re. Maioribꝫ ait debemꝰ ꝑ timorē ſubdi.
eq̄libꝫ ꝑ caritatē obſeq̄. minoribꝫ ꝑ eq̄litatē
ſociari ſeu coeq̄ri Igit̄ deuoti frēs ſenio/
res ſuos reuereant̄ vt dn̄os. diligāt vt parē
tes. Qui p̄ſunt ī dn̄o ſunt ꝭm aplm ampliꝰ ī
charitate habēdi Sane iuxta Hugonē
reuerētia ſine amore ſuilis eſt ⁊ amor ſine re
uerētia. puerilis iudicari debet. ꝓpterea do/
cet ſanctꝰ vt trāſeūte maiore. minor ſurgat.
⁊ det ei locū ſedēdi. Nō p̄ſumat inquit iuni/
or cōſedere niſi p̄cipiat ei ſenior ſuꝰ. Prior ħ
ponit ꝯuerſio vel gradꝰ officij ſeniorē. q̄z q̄ꝫ
⁊ etas ſit iuxta legē dn̄i honorāda. ſic eī ſcri/
ptum eſt. Corā cano capite cōſurge. ⁊ hono
ra perſonā ſenis. Diſcretio tamē caute ꝓ
loco ⁊ temꝑe ac ſine reuerētie cōgrue detri/
mento. venerationē modificat Habēdus
eſt modꝰ in oīibꝫ. nec vicioſam quidē ſuꝑ/
ſtitionē admittēs. nec ſuꝑſtitionis euitande
pretextu. humilitatis aut morū ſanctionē

euacuās. Obediētie ſe totos ſubijciant.
Sit homo interior totꝰ deo. ſit exterior
totꝰ p̄lato ſubiectꝰ. Quicq̄d ſuperior eis
vel p̄poſitus vel inſtructor iniunxerit. qua/
ſi diuinitꝰ imperatū. ſtatim vt veri obedien/
tie filij deuote adimpleāt. quicq̄d ſtatuerit
immobiliter ſeruēt. ſcienterq̄z aliquid tranſ/
gredi ſacrilegiū putent. Credāt ſalutare.
quicq̄d ille p̄ceperit Perfecta obedientia
eſt in incipiēte maxime indiſcreta. id eſt. non
diſcernere quid vl̄ quare precipiat̄. ſed tātū
ad hoc niti vt fideliter ⁊ humiliter fiat quod
a maiore precipit̄. Nouiciū prudentē. in/
cipientē. ⁊ ſapientē. in cella diu poſſe cōſiſte/
re eſt impoſſibile ⁊ in cōgregatione durare.
Stultus fiat vt ſit ſapiens. Secure
ꝑ oīa obedit̄ vbi contra deū nihil precipi
tur. Diſcāt ergo volūtates ꝓprias frange/
re. alienoq̄z iudicio ⁊ imperio ambulare.
Nulla ars ait ſanctꝰ abſq̄z magiſtro diſci
tur Ad illud inq̄t tendit oratio vt tuo do
ceam te arbitrio nō viuendū. ſed viuere de/
bere in monaſterio ſub vniꝰ diſciplina patrꝭ
conſortio multorū. vt ab alio diſcas humi/
litatē. ab alio patientiā. hic te ſilentiū doce/
at. ille manſuetudinē. Nō facias quod vis.
ſubijciaris cui nō vis. Laſſus ad ſtratū ve/
nias. ambulanſq̄z dormites. nec dū expleto
ſomno ſurgere cōpellaris. Nihil abſq̄z in
ſtructoris cōſciētia vel quocūq̄z eant. cui ab
alijs etiā ſuperioribꝫ demādata ſibi ſignifi/
cent In quibꝫ ſufficit ip̄e. ſemꝑ eius licentia
ſint cōtenti. ꝓ his que inferioris ſunt nō paſ
ſim recurrit̄ ad maiorē. Fratres omnes.
⁊ ſe inuicē honore ⁊ obſequio p̄uenire. ⁊ co/
rum defectū in officijs humilioribꝰ imple/
re cōtendant. Seniores fratres verſicu/
los dicere. de lumīe ſeruire. librū ad officiū
tenere. vel huiuſmodi humilia in choro ⁊ ex
tra. quantū in ſe fuerit nō permittāt Om
nibꝫ ſe ſubijciētes humiliter propter deum
nō quod ſibi vtile putent. ſed quod alijs am
plexantes oīibꝫ libenter obediāt. omnibꝫ
ſatiſfaciant ꝓut poſſunt. vt in omnibꝫ quibꝫ
vtitur trāſitoria neceſſitas ſupereminеat q̄
permanet charitas. Quicquid agūt fide/
liſſime cū diligētia faciāt. ⁊ tanq̄z deo non q̄
ſi hominibꝫ ſeruiētes. non eſtimēt alios fra/
tres qui diutiꝰ in ordine laborauerunt. ſe/
cum ex equo laboribus occupandos. pre/
ſerti cū de ſe hūilit̄ ſentiētes pie d̄beāt crede
q̄ ſancti viri plꝰ deo placeāt quieſcentes q̄z

ipſi quātūlibȝ laborātes Erubeſcāt ſe neſcire.qđ in obſeq̄is religioſo eſt ſciendum. Qđ neſciūt.ſtatim exercitio mḡrante addiſcant Sint p̄cipue ad ſeruiendū cōmunitati p̄mptiſſimi Si lumē in eccl'ia vel ī officinis.aut aqua in fratrū lauatorio deſit ꝯtinuo de his ⁊ ſimilibꝫ neceſſitati ꝓuideāt.

Ad obſequiū aduenientiū fratꝝ.q̄ ſic angeli.imo ſic xp̄s in eis veniēs ſunt ſuſcipiendi.cū oīmi deuotōe feſtinēt. Et qꝛ fratribꝫ hoſpitibꝫ ſcḋm qđ religionis honeſtas ⁊ conſuetudo req̄rit.ꝓus orandū eſtq̄ȝ fratribꝫ ſocienꝰ in pace.q̄ȝ cito ab oratione ſurrexerint ad eoꝝ deoſculādas manꝰ maxime ſi fuerit ſacerdotes deuote occurrāt ⁊ humiliter genuflectāt.nullū fratrē ꝓprio appellāt nomine nec niſi fuerit patrie ꝯſuetudo tuiſent Nulli ꝓrſus q̄ntū in eis eſt materiā p̄ſtēt moleſtie alicuiꝰ.ſed oīa q̄ neceſſaria ⁊ vtilia eſtimāt bono pietatis ⁊ charitatꝭ cōponāt. Quid pace honeſtiꝰ.quid vnitate iocundiꝰ.aut cōmodiꝰ ſocialitati.q̄d charitati meliꝰ aut p̄cioſius inuenitꝰ Glorioſiſſimū q̄dē ⁊ potiſſimū liberalis aīe ⁊ cōſciētie bone indiciū.pacem ꝓximi cuſtodire.Omnē q̄ntū poſſibile ē fratrū ſcādali occaſionē vitare.verecundari ſi ſociū vel ꝑ ſubreptionem offendis. Si quē aduerſum ſe frēm motū vel leuiter ſenſerint.quieſcere neſciāt quouſq̄ȝ ipm̄ humili ſtuduerint ſatiſfactione placare. Ad extraneos ſi q̄n ꝓcedunt.in verbis eoꝝ.inceſſu ⁊ habitu modeſtia fulgeat diſcipline.breuiter ⁊ pauca loquanꝰ.caput decent operiant.manꝰ abſcondāt.mulieris oīno quātumlibet ꝓpinque.oſculū ⁊ nude manus cōtactū penitꝰ vitēt. Pro pſonis que in domo vel in via fratrū ſe orōnibꝫ recōmendāt ſtatim poſt earū abſceſſum orationē faciāt ſpecialem. Defunctis fratribꝫ audito eorū tranſitu q̄ncitiꝰ poſſunt ſubueniāt. ⁊ debitū ſaltē obſequiū ſoluere nulla occaſione poſtponant.Talia ſiquidē nō abſq̄ȝ ꝯtimeſcēde offenſe ꝑiculo negligunꝰ.

De rerum cuſtodia

Capitulum IIII

r Es quas tenēt precipue libros.mūde teneāt ⁊ honeſte. A tactu libri nudā cohibeāt manū.que licet munda.tamē quia poroſa.ipſum facile inficit ⁊ đturpat. Turpe eſt nudos paginarū marginibꝫ imprimere digitos.vel ipſos vel certe laternā ſuper librū legendo deducere. Sed ſemper pānus ſi aſſit digito ſupponatur.alioquin ita caute tangāt ⁊ leniter.vt tāgentes quaſi nō tangere videanꝰ.librū ſuperflue apertū nō teneāt vel incaute relinquāt

Firmacula libro paululū ſtricto ſi violētia laxētur apponāt. Violentiā ſonitus probat. Indignus eſt libro qui negligit cuſtodire. Solent incurij quidaȝ libros digitis.⁊ veſtes ſaltē in manicis munde ſeruandas.ſordibꝫ ⁊ pulueribꝫ vel rebus quas tractant pene indifferēter exponere.ipſas vero extreme frequēter vilitati expoſitas. vix valent a ſocioꝝ cibo.vix ab altari. vix etiaȝ ab ipſis calicis mappulis ꝓhibere. Qui ipſis placere ſordibꝫ cupiūt.cuſtodie curā curioſitatis cōdemnant infamia.ſueq̄ȝ viciū incurie.virtutis ſpē colorare nitunꝰ. Grauia hec homini erudito. Qui mūdicia gaudet. honeſtatis pulcritudine delectatur.

De profectu ⁊ defectu nouiciorum ſiue de differentia conuerſorum.

Capitulum quintum

a Ecedit hinc neophitorū conuerſio. differens intuenda. Sunt enim quidā tractabiles.ſimplices.deuoti timoroſi.qui nihil ſibi chriſto chariꝰ eſtimātes.volūtates ꝓprias ei ſacrificant. voluntarie ꝓmpti.ad nutū nutu citius obedire.ad difficilia quelibet ꝓpter chriſtū equanimiter pferēda parati.ſue quoq̄ȝ integritatis ſolliciti.cor ſuū ꝑ purā cōfeſſionē ⁊ aſſiduā orationē mūdare nō negligūt. Sunt in exteriori ꝯuerſatiōe diſciplinati ⁊ humiles. ſtudēt ſe in oībꝫ officioſos ⁊ amabiles exhibere. Si quidē ſtudere ꝓpter deū amari. charitati ſeruire ē. Hi ſ₃ ſunt altiſſimi filij. fideles ſancte religiōis ꝓpagines.fratrū leticia.cōſocioꝝ ſolatiū.ſui gl'ia inſtructoris. Nā gloria patris eſt filiꝰ ſapiēs. Sūt ⁊ alij dure ceruicis.diſcipline māſueſcere neſciētes. tepidi curioſi.ſuperbi. qui q̄ȝ ſuauis eſt dominus nō guſtantes.ſeculari dūtaxat depoſito habitu.non affectu.adhuc in moribꝫ. in verbis in geſtibus.⁊ ꝓpriarū pertinacia volūtatum ſeculo fidē ſeruant. vt monſtro mirabilius ſub religioſa veſte hominē videas ſecularē Hi ſunt filij diffidentie adulterina plantatio.fructus inutiles ⁊ acerbi. ſociorum onꝰ et ſcandalum ſui afflictio et confuſio inſtructoris. Iuxta illđ Ira patris filiꝰ ſtultꝰ ⁊ ꝯfuſio p̄ris đ filio idiſcipliato. Ponēda ſūt pauca torporꝭ ⁊ curioſitatꝭ ⁊ ſupbie p̄dcoꝝ idicia

vt cognita deuitēt Cautioꝛ i bōis ābl'as ſi
ꝛ mala nō lateāt Tepid⁹ in ꝯuerſatiōe.oci
oſa ꝟba.ꝛ vanas cogitatiōes noxias eſſe nō
ꝯſpicit Vitat' grādibꝫ. reliq̄ oīa vix repu
tat iputāda Ebetati cordis ipē ad ꝯſciaꝫ
de offenſis vt timoꝛꝫ filial' ignar⁹.timoꝛatoſ
ꝛ ꝯſcie puritatē amātesſ.fatuos ꝛ ſupſtitioſoſ
ſentētiat.Qꝫ ſi a toꝛpoꝛe mētꝫ euigilauerit.ea
q̄ leuia exiſtimabat.q̄i hoꝛrēda atqꝫ atrocia
ꝑtimeſcit.Vacu⁹ gr̄a ꝛ tepid⁹.qꝺ eſt gr̄e.ſeu
min⁹ neceſſarie tētiōis.qꝺ diſcipline.qꝺ mo
rū.qꝺ ꝟtutꝫ ꝑfectio ꝯciliat.negligēs illꝺ diſ/
ficile vl' certe ſupfluū arbitrat̄.egre doctrinā
ad talia patit̄.Doctoꝛē nimis ꝑfectū ironi/
ca irriſiōe ꝓnūciās Nēpe ſtult⁹ ſui pr̄is di
ſciplinā irridet.vt pateat qꝺ iuxta ſapiētem
dꝛ.Cōpedes i pedibꝫ ſtulto doctrīa Aial'
hō nō ꝑcipit ea q̄ ſunt ſpūs dei.Tepid⁹.i cō
uerſatōe r̄miſſus.publicos moꝛes. ꝛ docto
ris monita negligit. ea q̄ di ſūt lāguide opa
tur.ſi qꝺ inchoat bonū.vix ꝑficit.tarꝺ ad di
uinū officiū ꝛ q̄qꝫ ꝯuentualia occurrit. ocio
gaudet.laboꝛe vl' modico ledit̄.ꝛ facile ſe in/
firmū vl' ad modicū ſe fatigatū p̄tēdit. ſed ꝛ
amoꝛe ꝓuato ſe diligēs.q̄ carnis ſūt ſapit et
ꝓſeq̄t̄ ex affectu.Alioꝝ q̄ꝫ defectibꝫ n̄ ꝟtuti/
bꝫ herēs.ſi q̄d min⁹ vl' negligēter actū inſpe/
xerit.illꝺ i exēplū ad ſue velamē tepiditatis
aſſumit. Ficta ei ꝛ i deuota ꝯfeſſio.rara ꝛ bꝛe
uis ꝯpūctio.inſipida ꝛ ſine intētiōe oꝛō.icir/
cūſpecta ꝛ ſine edificatiōe lectio. obedientie
moꝛoſa ꝛ ſine deuotiōis affectu vix aliq̄lis i
pletio Multos ei remiſſa ꝯuerſatio in ꝓ
ſtinos erroꝛes r̄ducit.ac viuēdi toꝛpoꝛe r̄ſol
uit.vt nōnūq̄ꝫ ex oꝛe dn̄i euomāt̄ Curio/
ſus n̄ curāda curat.neceſſaria negligit.et ſui
oblit⁹.aliena ꝯſiderat notat ꝛ exploꝛat . Si
qꝺ inſonuerit ꝟbū āhelat ſollicit⁹ ad ſciēdū
ꝛ honeſtate poſtpoſita id ab inuitis ꝛ celare
volētibꝫ iuerecūde req̄rit.locꝫ ſibi nō
ꝯceſſis.ꝯgregatiōi ꝛ collocutiōibꝫ fratꝝ ſe i/
gerit nō vocat⁹ Cū eū abeſſe putauerꝫ.adeſt
impudēs lateri. adeſt auri.vt nec ſecretū va
leas occultare ſmonē Obſuat āguloſ.va
gis circūſpicit ocul'.heret ad ſingl'a q̄ occur
rūt. Cōmunes obſidet trāſit⁹.ſupuenientī
um ꝛ foꝛēſiū gaudet occurſu.rumoꝛibꝫ ꝛ ſe/
cularibꝫ ꝟbis hauriēdis ꝛ referēdis ītendit
Res ſibi nō deputatas curioſe reuoluere n̄
quieſcit.lr̄as etiā alienas ſi caſu apertas inue/
niat inſpicere nō veret̄. q̄s tamē licet apertas
q̄libet inuētas vix aliq̄s niſi ſupioꝛ licite in/
ſpicit. vl' aliȷ̄s inſpiciēdas exponit. Rerū
quoqꝫ apparat⁹ cura ſupflua curioſitatis vi/
cium clamat Signa ꝟo ſupbie ſanct⁹ pro
ſper enumerās. Hos inq̄t dolēdos enūcio
quos iā cōuerſos ſupbia occulte captiuat.
Hi ait ſenioꝛū ſuoꝝ nō obſeruāt imperata.
ſꝫ iudicāt de ſuis negligētȷ̄s.obiurgati aut
rebellant inſolēter.aut murmurāt. Sim
plicitatē ſpūaliū fratrū irridēter exagitant.
p̄ferri ſe etiā melioꝛibꝫ impudēter affectāt.

Obſequia delata faſtidiūt.negata perti/
naciter querūt. Natales moꝛibꝫ āṗonūt
minoꝛes ſuos elati deſpiciūt. cōferri ſibi ali
quos poſſe nō credūt. Nō ſeruāt in obſe/
quio reuerentiā.in ſermone modeſtiā. i mo
ribꝫ diſciplinā.habēt in intētione ꝑtinaciaꝫ
in coꝛde duriciā.in ſermocinatōe iactātiam.
Sūt in humilitate fallaces.in locutōe moꝛ
daces.ſubiectōis impatiētes.temerarȷ̄ i au
diēdo.clamoꝛoſi in loquēdo.faſtidioſi i ad/
uertēdo.p̄ſumptuoſi i docēdo.effrenati de/
foꝛmit̄ in cachinnādo.hec ſunt infert ſuper
bie graſſantꝫ idicia. Supbus ſe ad oms
ꝓꝓꝛie volūtatꝫ impulſus accōmodat . nec ſe
alȷ̄s ſed alios ſibi applicare cōtendit.facile ſi
bi ꝯtumeliā iudicat.ad quā irrogādā ē va/
lidus.ad tolerandū infirm⁹ Et ſe grande
aliq̄d eſſe putās.deferre ſocȷ̄s dedignatur.
legibꝫ ſubdi ꝛ culpā recognoſcere ꝓꝓꝛiā eru/
beſcit.Et licet iuxta oꝛdinis moꝛes ſe rege/
re neſciat.in ſuis oculis tamen ſapiēs ꝛ per
fectus.ad alioꝝ inſtructōnē ſue p̄ſertim opi
nioni ꝯtrariā ſtomachat̄. rep̄hēſus offendi
tur nūc inſufficiētiā vel friuolā .nunc moni
toꝛis modū calumniās . vt ſi ꝑſuadere ali/
quid velis. mod⁹ artē monitio ſtudium exi
gat quo allegationū obſitus ſpinis ſicut eri
cius.vel irrefragabili ratiōe.vel auctoꝛitate
nō dubia capiat̄ Fit igit̄ ad obtēperādū
difficilis ꝛ ad coꝛrectionē impatiēs.adeo in
terdum vt ſe diſcipulū abnuēs.ipm etiā de/
putatū ſibi refugiat inſtructoꝛē. Hec om
nia ſerui dei quaſi peſtē moꝛtiferā deteſtāteſ
ꝑfecte ad dn̄m cōuertant̄. iuxta illud Deu/
teronomȷ̄. Perfectus eris ꝛ ſine macula cū
dn̄o do tuo Ve duplici coꝛde.ꝛ pctōꝛi t̄raꝫ
ingrediēti duabꝫ vȷ̄s . Si quis ꝟo ſufficiē/
ter expectat⁹ ꝛ monit⁹.moꝛes coꝛrigere ac re
ligionis foꝛmā induere negligit . p̄ſertim ſi
rebellis aut cōtencioſus extiterit.nō eſt ꝓfi/
cientiū numero aggregādus . Infidelis ſi
decedit, diſcedat ne vna ouis moꝛbida cō/

tagione mortifera totũ gregẽ cõtaminet. ꝑuerſus ⁊ inſolẽs in onus religionis ⁊ diſſolutionem admittitur.

De nouiter ꝓfeſſis in ordine
Capitulum VI

a D ꝓfeſſionẽ admiſſis ſit q̃ꝫ maxīe cura ne defluãt. ꝑfecti quidem magna ſe diſcretiõis ſubtilitate ꝯſpiciũt. ne ad deteriora vnq̃ꝫ vl' in ope vel in cogitatõe dilabantur. Si curare pua negligim⁹. ſenſibiliter ſeducti. auderet etiã maiora ꝑpetram⁹. ſuſcepta etiã examinis tpe diſciplinã prudẽs nõ abijcit. imo nec ſuũ ꝯtinuo q̃ſi iam ſibi ſufficiẽs deſerit inſtructorẽ. Eget rectore nouicius. eget nou⁹ directore ꝓfeſſus. Uanus ⁊ fictus vt inſtructoris curã euaſerit inſoleſcit. aſſumit cornua. fit ꝓſumptuoſus et audax. ⁊ quaſi vacca laſciuiẽs a ꝑma informatione declinat. Ceſſat oratio. tepet deuotio. ꝯfeſſio pctõꝝ negligitur. vt putes eum aut ſui oblitũ. aut nõ habere peccatũ. facit q̃deꝫ dilata cõfeſſio vt negligẽs mund⁹ appareat licet nõ exiſtat. dũ culpas abſorbet obliuio abſoluit. Multiplicantur dũ nõ curantur offenſe. multiplicate ne diſcernantur ⁊ corrigãtur impediunt. Multitudo peccatoꝝ ipedit ne videantur. Uñ piger tũc eſt maxīe vicioſus. cuꝫ vicia nõ agnoſcit. Sic filia fatua i deminoratiõe erit. Juſtoꝝ aũt ſemita q̃ſi lux ſplẽdẽs ꝑcedit ⁊ creſcit vſq̃ꝫ ad ꝑfectã diẽ. Profeſſi g̃ ꝓfiteantur ꝑfectũ. ꝑſumptiõeꝫ ꝓſcribãt. dabit ad h̄ humilitatꝭ ⁊ pauꝑtatꝭ ꝯſtãtia pſeuerãs affectũ. ⁊ curaꝝ abiectio terrenaꝝ. exercitatõ charitatꝭ. ⁊ q̃ cõplectitur oĩa ꝯſideratiõis attẽtio. Sũma religioſi ꝟtus humilitas que ipm curat ꝑficit ⁊ ꝯſuat. Sine hũilitate nulla ꝟtus. nulla ꝑfectio aut acquiritur aut ſuatur. ꝟtutũ ſiquidẽ bonũ qõdã ac ſtabile fũdamentũ hũilitas. Nempe ſi nutet illa. ꝟtutũ aggregatio. illa nõ eſt niſi ruina. Et q̃m ad hũilitatẽ hũiliatio via ẽ nõ erubeſcãt hũilia. Nec hũilitatꝭ officia facile reſpuãt. ac ipoſita recõmẽdẽt. Dis ab eis ꝓſumptõis audacia ꝓſcribatur. Antiq̃oribꝫ fribꝫ i ordĩe d̄ferãt ſꝑ eoꝝ reſpectu ſe iuniores ⁊ nouicios reputẽt. Ad exteriora vl' honorꝭ alicui⁹ officia ꝓuehi nõ affectẽt. Multos ꝓpera nimis promotio a ꝟtutũ iã ꝑfectu ꝑ viciuꝫ elatõis deicit. Qui mõm deſerũt ait ſctũs ad exteriora officia vehi ñ debẽt. niſi ꝑ hũilitatẽ diuti⁹ in eiuſdẽ mõi ꝯtẽptu ſolidẽtur. Et q: nouoꝝ ⁊ iunioꝝ tẽtatio ſolet ẽẽ facile ſuperbire neſcire modũ hũilitatꝭ ſuare. ⁊ ſi forte in aliq̃ ꝓſint. officij metas excedere. ac d̄ mĩmis grãdia iactitare. attẽdãt ſibi ſuꝑ his vigilãt. Nõ pt intimo ꝯſcie teſtimonio gl'ari veraciter. niſi qui gloriolas ꝑfcẽ reſpuerit. Pauꝑtas i oĩbꝫ placeat ne iteꝝ ſiue i libris ſiue i alijs reꝝ ſe velint ſarcinul' onuſtare. ꝑfecta reꝝ abiectio. a cura expedit mẽtẽ. ab infectõe affectuꝫ. Nẽo in xp̄i expeditõe liberior. nil hñte. Si aliq̃bꝫ egeãt. ſtudeãt pcitati. Sup oẽs diuitias. diuitẽ fac pauꝑtas. Nec q̃ꝫ i victu ⁊ i his q̃ carnis ſunt. maxīe ãplectãda. Nõ ẽ euãgelici paupis gaudẽre ſupfluis. luxibꝫ idulgere. ⁊ qd̄ nec diuites pñt ſꝑ velle i oĩbꝫ abũdare. nec penuriã ſcire pati. familiaritates ſupfluas fugiãt. Eſto ait q̃dã oĩbꝫ benign⁹. nemini blãd⁹. paucꝭ familiarꝭ. oĩbꝫ equ⁹. Et ſãct⁹. Tria inq̃t religioſũ quẽlibꝫ decẽt. pauca loq̃. paucos h̄re familiares. ⁊ multũ orare. vbi ml'ti familiares. ibi ml'te locutõẽs. ⁊ ſibi li ſinglares. Si familiarẽ admittꝭ. ſit quem etas mores diſcretõ ⁊ honeſtas iſignit ⁊ cõmẽdat. Familiaritas ſi fuerit ordĩata. nõ erit blãda iproba pueril'. Eſt modeſtia q̃ dã in ſctã familiaritate ſeueritas ẽ ⁊ iuſticie rectitudo. vt nulla tẽ⁹ viciũ foueatur. nec ꝑ amico in co ꝓxim⁹ offẽdatur. Noli ait ſapiẽs ꝑ amico fieri ꝓximo ĩmic⁹. Seculariũ d̄niq̃ꝫ familiaritas idiſcreta ꝛligioſi q̃etẽ ml'tiplr inq̃etat. Nulli⁹ gr̃aꝫ munuſcul' ꝯparẽt. Si q̃d forte alicui vl' cã exacti neceſſaria. ꝓrſus religionis lege licẽtia ꝑob tẽta obtulerit. honeſtas rei ⁊ vilitas ꝑcij. ꝛligioſoꝝ ⁊ paupũ exeniũ ẽẽ ꝓbẽt. Nõ freq̃ntẽt ꝓpinq̃s. ac exterioribꝫ ſe iplicẽt curꝭ. ſꝫ ſalutꝭ ꝓprie mẽores agẽde potꝰ pnie vacẽt. Nõ cadat a mẽte ꝓfeſſio. ſꝑ ad q̃d venerit cogitẽt. Pñẽnt qd̄ d̄ q̃bꝫdã ait. s. greg⁹. Sepe inq̃t nõnulli apte puitatꝭ vias d̄ſerũt. ſctitatꝭ hitũ ſumũt. moꝝ vt ꝑma limia bñ viuẽdi ꝯtigerit. obliti quid fuerit affligi iã ꝑ pniaꝫ d̄ ꝯſũmatꝭ neq̃tijs nolunt. laudari ãt d̄ inchoata iuſticia appetũt. ꝑeſſe etiã ceterꝭ melioribꝫ ꝯcupiſcũt. Et p⁹ pauca in rebꝫ ait ml'tiplicibꝫ occupati atq̃ꝫ ipa occupatõe ꝯfuſi. ñ ſolũ ꝑpetrata mĩme deplorãt ſꝫ adhuc q̃ d̄plorẽtur exaggerãt. Scdm aplꝫ nẽo militãs d̄o iplicat ſe negocijs ſeclã. vt ei placeat cui ſe ꝓbauit. De ſcõ legitur. q: q̃nto magꝭ ſe ab hũanis curis ⁊ colloq̃s ſeq̃ſtrabat. tãto illi vicinior ⁊ ꝓpinq̃or d̄s erat. Uitãda maxīe colloq̃a mlieꝝ. nõ pt toto corde bitare cũ d̄ño q̃ mulieꝝ acceſſibꝫ copulatur

Charitatis obſeq̄a libēter impēdāt Cha
ritas ſꝑ reddita.ſꝑ detiet debitorē. Nec au
tem quō negeꝛ amicꝭ q̄ etiā debeꝛ inimicis.
Poſtq̄ vł orōi vacauerint.vł ad ſtudiū
ſe dederint.ad ſuiendū fratribꝫ ſurgāt. et ſi
neceſſe fuerit officiales nūc hūc.nūc illū.di/
ſcrete tm̄ ꝛ.put oportuerit iuuēt. vt ſm aplí/
cam doctrinā ꝛ vitā.manibꝫ ſuis laborātes
qđ bonū eſt.alioꝝ fratꝝ etiā corꝑalit̄ ſi fieri
pōt ꝑticipātes laboribꝫ.in charitatꝭ ſꝑ exer
ceanꝛ opibꝫ.ꝛ cibū corꝑis non abſq̄ labore
comedāt corꝑali.vt h̄ ſctā ꝯſuetudo ipos in
hūilitate cuſtodiat.ī fraterna dilectiōe ꝛ oī
ꝑfectiōe ꝯfirmet. Qui cōibꝫ inſtant.ſuiſq̄
obſeq̄is alios portāt.ſūt corꝑali ſimul ꝛ ſpi
rituali ſuffragio ſupportādi. Merito ſin/
guli ꝓ his orāt.q̄ ꝓ cōitate laborāt. In ſpūa
libꝫ bonis martha ꝑticipet cū maria.q̄ vtriq̄
ſūt ſorores.ꝛ eq̄ ſit ꝑs deſcēdentꝭ ad p̄liuꝫ.ꝛ
ꝑmanētꝭ ad ſarcinas. ꝛ ſilr̄ diuidāt. Qui
nob corꝑalit̄ obſequūꝛ.iuſte ſortē in neceſſa
rijs ſpūalibꝫ aſſequūꝛ. Rurſū cōitatꝭ opi
bꝫ.familiaria nemo p̄ponat. Caritas (de q̄
ſcptū eſt) nō q̄rit q̄ ſua ſunt.ſic itelligiꝛ. qꝛ cō
munia ꝓprijs.nō ꝓpria cōibꝫ an̄ponit. Cō
ſideratiōi deniq̄ an̄ oia ꝛ in oibꝫ vigilāduꝫ.
q̄ ad finē ꝛ directiōꝫ attēdit. Finis ad quē
nr̄a tēdit ꝓfeſſio.regni dei vł poti⁹ ipe deus
Directio.ſ.illa q̄ tēdiꝛ.mētis ē puritas.ad
ipm p̄ncipaliter directa. Herēdū iugiꝛ his
duobꝫ. Neceſſe ē eīm mentē ꝯſiderare.q̄ re
currat.cui q̄ p̄ncipalit̄ inhereat.nō herētē ꝑ
ſinglas horas atq̄ momēta ꝓ incurſuū va/
rietate mutari. atq̄ ex his q̄ extrinſec⁹ acci/
dūt in illū ſtatū ꝯtinuo trāſformari q̄ p̄mus
xima ꝯtēnentes.ꝓſtinū tm̄ affectū in mīmis
retētātes. Poſtremo videm⁹ ꝓ ḡphio.ꝓ acu
calomoq̄ ꝯmoueri. Iraſcūꝛ mobilit̄ ꝛ inflā
ſi ꝯtēplationē mūdi cordis fixā teneret. nū/
q̄.ꝓ ꝑuis rebꝫ admitterēt qđ ne ꝓ magniſ ac
p̄cioſis icurrerēt opibꝫ.eaſdē penit⁹ abijcere
maluerūt. Vn̄ liq̄t ꝑfectū nō ſtatim facul
tatū ſeu dignitatū abiectōe ꝯtingi.vbi fue/
rit caritas illa cui⁹ apł's mēbra deſcribit.q̄ i
ſola cordis puritate ꝯſiſtit. Nā q̄d eſt n̄ emu
lari.nō inflari nō irritari.ꝛ reliq̄.niſi cor ꝑfe
ctū atq̄ mdiſſimū deo offerre.ꝛ itactū a cū
ctis ꝑturbatiōibꝫ cuſtodire. Quicq̄d ḡ nos
ad hāc puritatē p̄t dirigere.tota ꝟtute ſectā
dū eſt. Quicq̄d āt ab hac p̄t retrahere.q̄ſuis
necessariū ꝛ vtile videaꝛ.vt ꝑniciosū ꝛ noxiū
deuitādū. Sine via tēdētibꝫ.labor ē iti/
neris nō ꝓfect⁹. Oꝑanꝛ ꝛ ſeruāt q̄ maxie
puritatē ꝑfecta hūilitas.ꝛ expeditio mētis a
terrenis. Erit deniq̄ vt pur⁹ anim⁹ pura
deū orōe frequētet.frequētādo guſtet.guſtā
do ꝓbet q̄ ſuauis ē dn̄s Erit deniq̄ vt di
uino inebriat⁹ amore.totā in deū ꝯſideratōꝫ
inflectat.toto ī ipum deſiderio ꝑgat.nil ei ſit
dulci⁹.nihil iocūdi⁹ ī hac vita q̄ vacare ꝛ vi
dere qm̄ ipe eſt ds.qđ ē in ꝑtibꝫ ꝯſideratiōis
potiſſimū. Affecta ſic aīa ꝯp̄hēdit ample
ctiꝛ ꝛ ſtringit ꝛ tenet dicēs. Tenui eū nec di/
mittā. Puritas itaq̄ via ē regia per quā ad
ſpōſi amplex⁹.ꝑ quā tandē ad p̄riaꝫ ꝑueniꝛ
Per hāc tādē veri iſraelite de ꝟtute in ꝟtutē
donec videaꝛ d⁹ deoꝝ in ſyon deſiderij greſ
ſu indeclinabili gradiunꝛ.xp̄m ſuꝑ om̄ia di
ligunt.nihil ei⁹ amori p̄ponūt in via quē ha
bituri ſunt mercedē in patria Et nūc ego
qui licet admodū imꝑfectus ꝛ rudis.ꝑ obe
dientiā tm̄ erudiēdis ſimplicibꝫ aliqua h̄ do
cumēta cōgeſſi.pulcrū depingēs hoīem pi/
ctor ſed⁹.eos ſupplex ꝑ dn̄m obſecro. vt me
ſibi.ꝛ ſi min⁹ ꝓficuū.tamē beniuolū attēden
tes.in orōibꝫ ſuis mei meminerint peccato/
ris.quaten⁹ orātibꝫ eis.meoꝝ veniā peccato
rum aſſecut⁹.in potētias dn̄i vna cū eis me
rear introire.ipo miſericordiaꝝ dn̄o id pre/
ſtante.cui eſt honor ꝛ gloria in ſecula ſeculo
rum Amen.

Explicit Speculū diſcipline

Sequuntur mora

lia quedā documēta extracta ex ſpeculo di/
ſcipline ſub tribꝫ metris infra in rubro cōp̄/
henſa ꝓ nouis ꝛ iunioribꝫ.in corde.collocu
torio ſiue locutiōe.ꝛ in choro maxime p̄ alijſ
intuēda. Et p̄mo de cordis diſciplina om̄
dēdo vicia.ꝛ quo ad fugā earū ē diſcernēdū.
Frater mi chariſſime cuꝫ bene hec fugeris
cordis diſciplinā habebis. Ideo int⁹ et ex/
tra his q̄ ſequūꝛ vel alijs renūcia. Primo
res peculiareſ. Secūdo reatū peccati. Ter
tio vagationē mētis. Quarto vecordiam
Quinto ꝓpriā voluntatē. Sexto p̄ſumptio
nem. Septimo irreuerētiā. Sine q̄bꝫ in re
ligione nr̄a frat̄ q̄libet ad oꝑandū bn̄ cēſeꝛ
expedit⁹. Cū deo vale frat̄ ꝑamāde.
Frater hoſpes ven!⁹.iſto dogmate tēt⁹
Res,re,va,ve.p.p̄.ir.hinc ſugito mi vir.

¶ Incipit vtiliſſima quedā ep̄l'a eximij et deuoti doctoris Bonauēture. q̄ eſt quaſi q̄dam regula ⁊ inſtitutio oīm pie ⁊ ſpūalit̄ in xp̄o viuere volētiū. ⁊ diſtinguit̄ in. xxv. memorialia. vt inferi⁹ patebit.

Prologus.

In chriſto ſuo dilecto. F. Bonauētura d̄ balneo regio cōfrater ei⁹ in dn̄o. Qualicūq̄ hoīe veteri iā exuto. xp̄o viuere ⁊ mori mūdo. Dn̄ dilecte mi frat̄ ī dn̄o adhuc me in p̄ſentia tibi poſito mihi inſtātiſſime ſupplicaſti. vt te ī poſteꝝ aliq̄bꝫ lr̄is exhortatōiſ viſitarē. Noui frat̄ q̄ hec dicēs ardētes prunas ꝯgeris ſuper caput meū. Verūtamē affectuoſe inſtādo duricie mee ſupbiā ſupplici humilitate viciſti. inter̄m vt ip̄e iā ꝑmitterem qd̄ optabas. Q̄uis mag̃ dignū foret hec me a te quidē ſuſcipe q̄ʒ me tibi hmōi deſtinare Quia tn̄ inſtātia tue deuotiōis me cōpellit ſtultū fieri in p̄te iſta. ſic̄ potero qualitercunq̄ experiar qd̄ hortar̄. Nō tn̄ tibi alia ſpecialia ſcribēs niſi ea q̄ rudia ⁊ ſimplicia mihi ip̄i colligere ꝓponebā. ex q̄bꝫ iā plurima bene noſti. Sʒ interim alloquēs dilectiōem tuā chariſſime. cū null⁹ ſic̄ experiētia certa docʒ ꝑfecte deo ſuire poſſit. niſi diſſoluere omnino ſe ꝓcuret a mūdo. oportet ſi ſeq̄ volum⁹ dn̄m ſaluatorē. voci noſ p̄phetice obedire. vt ſcʒ pctōꝝ colligatiōibꝫ diſſolut̄ diſſoluam⁹ faſciculos dep̄mētes. quaten⁹ a terrenis actibus diſſoluti ſeq̄mur liberis greſſibꝫ redēptorē. q̄ꝛ iuxta ap̄li teſtimoniū. nemo militans deo dʒ ſe negocijs ſecularibꝫ implicare. Nūq̄ʒ ḡ de aliqua re creata niſi inq̄ʒtū noſtꝝ excitet diuini amor̄ ⁊ dilectiōis affectū. cor noſtꝝ eſſe ſollicitū ꝑmittam⁹. q̄ꝛ multiplex reꝝ labentiū varietas pl⁹ debito ruminata nō ſolū aīm diſtrahēdo. pacate mētis gratā interrūpit quietē. veꝝ etiā in aīmo gignēdo phantaſias. turbulēte quaſſatiōis moleſtia importune īpellit eandē. ſʒ poti⁹ affectionis oīm terrenoꝝ ſarcina oneroſa depoſita. abſq̄ retardatiōis grauedīe curram⁹ ad illū q̄ nos ſalubriter inuitat. in q̄ eſt aīaꝝ opulēta refectio ⁊ pax ſūma q̄ exupat omnē ſenſum. Venite ad me inq̄t om̄es q̄ laborat̄ ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiā vos. O dn̄e q̄ indigeſ q̄re vocas. q̄d tibi cōmune nobiſcū. O vere pietat̄ vox. Venite ad me inq̄t. ⁊ ego reficiā vos. O dei nr̄i dignatio admirabil̄. O charitas ineffabil̄. Quis em̄ aliq̄n fecit talia. q̄s vnq̄ʒ audiuit. q̄s vē ꝯſpexit ſilia. Ecce īuitat inimicos. hortat̄ reos. allicit ingr̄tos. Venite inq̄t ad me om̄es. Et diſcite ad me. Tollite iugū meū ſup vos. ⁊ inuenieṫ requiē aīabus veſtr̄. O v̄ba dulcia. v̄ba deifica. ⁊ penetrabiliora om̄i gladio ancipiti. intima p̄cordioꝝ euiſcerātia. nimiaq̄ repleta dulcedine vſq̄ ad diuiſionē aīe ꝑtingētia. Expgiſcere nūc o aīa xp̄iana ad tāte benignitat̄ amorē dulcedinis tāte ſaporē. ⁊ ad tāte ſuauitatis odorē. Certe q̄ iſta nō ſentit infirm⁹ eſt. alienat⁹ eſt. iā ꝓximat morti. Inardeſce queſo o aīa mea. pigueſce amore. dulceſce ſapore. ne mo te ꝓhibeatītrare. tenere. guſtare. Quid ampli⁹ querim⁹. q̄d vltra expectam⁹. q̄d deſideram⁹ ī hac vita. Habem⁹ in xp̄o oīa bona. Sʒ heu o inſania nr̄a mirabilis. O infirmitas miſerabil̄. O veſania deteſtabilis. Nā vocamur ad requiē. ⁊ ſeq̄mur laborem Inuitamur ad ſolatiū ⁊ q̄rim⁹ dolorē. Pro mittit̄ gaudiū ⁊ appetim⁹ merorē. Mirabil̄ ꝓrſus infirmitas. miſeraq̄ ꝑuerſitas. Iam oēs īſenſibiles facti ſum⁹. ⁊ q̄ſi deteriores ſimulacris. hn̄tes oculos ⁊ nō vidētes. aures ⁊ nō audiētes. rōem ⁊ nō diſcernētes. amaꝝ dulce ⁊ dulce amaꝝ ponētes. O de⁹ vn̄ nob tāte ꝑuerſitat̄ correptio. vn̄ nob tāte offenſionis ſatiſfactio. Certe nihil tale inuenit̄ in nobis niſi tuo munere tribuat̄. Tu em̄ ſol⁹ potes nos corrigere. tu ſol⁹ p nr̄is delictis ſatiſfacere. q̄ ſol⁹ noſti figmētū nr̄m. ſal⁹ ⁊ redemptio nr̄a. q̄ ſolū illis h̄ facis q̄ ſe miſos ꝯſpiciētes in imis. a te ſolū releuari ꝯfidūt. Leuem⁹ ḡ ad deū mētis nr̄e oculos in directo. ⁊ videam⁹ vbi nūc ꝓſtrati ſum⁹. Dn̄ q̄ p priū ſuū caſum ignorat. ſurgere min⁹ curat. Cognoſcētes v̄o clamem⁹ in fortitudine ad deū de ꝓfundis vt nobiſ adiutricē porrigat miſericordie ſue manū q̄ abbreuiari nunq̄ʒ poterit ad ſaluandū. Nō q̄ſo ꝯfidētiā amittam⁹. magnā remūeratōʒ habentē. Adeam⁹ thronū grē ei⁹ cū fiducia. fructū noſtre fidei reportātes. ſalutē ſcʒ aīaꝝ nr̄aꝝ. Nulla nob inſit cūctatio. Iā em̄ vita nos vocat. ſal⁹ expectat. tribulatio cōpellit itrare. Quid ḡ ſamim⁹. q̄d pigritam⁹. q̄d moras ꝯtrahim⁹ Feſtinem⁹ ingredi in illā requiē iocūditat̄ eterne. vbi ſunt magna ⁊ inſcrutabilia. q̄ꝝ nō eſt numer⁹. Aſcēdat q̄ſo hier̄l'm cor noſtrū. ſuſpirem⁹ ad patriā noſtrā. tēdam⁹ ſurſum ad miſerā nr̄am. Introeam⁹ in potentiā dn̄i. ec

ſſtueamur noſtꝝ regē in ea regnātē. ⁊ lique
ſcāt in miſeratiōibꝫ eiꝰ corda nr̄a. Agamꝰ il
li grās toto corde q̇ defectū nr̄e ingratitudi
nis nō ꝯſiderās. ſue nō abſtulit a nob̄ miſe/
ricordie pietatē. deſideriū nobis tribuens
ipiꝰ viā currere mādatorū. quā ſine deſide/
rio nulꝰ currere pōt. qḋ quidē munꝰ nō eſt
vilipēdendū. ſꝫ grē reputandū. cū p̄pheraꝝ
ille eximiꝰ aſſerat cōcupiſſe q̇ ait. Cōcupi/
uit aīa mea deſiderare iuſtificatiōes tuas ī
oīn tp̄e. Sꝫ qꝛ hocipm̄ deſideriū aliqn̄ ni/
mia tepiditate nr̄e īcurie ⁊ negligētie laſſa/
ſcit. cogitaui quedā incitatiōis huiꝰ memo/
rialia annotare in q̇bꝫ fugiēda pateāt ⁊ ſeq̄n
da. que q̇dē cū affectu affectuoſe ſpeculātes
p̄ſtino vigore reſumpto tā diu infatigabiliť
v̄tutibꝫ ⁊ gratijs ī charitate diuīa creſcamꝰ.
quoaduſq̧ ꝑfectū veniat deſideriū collium
eternoꝝ. Ponanť aūt memorialiū p̄dictoꝝ
p̄us quedā generalia. poſtmodū ſpecialibꝫ
ſubſequētibus.

Memoralia generalia.

Sunt ḡ hec quedā v̄tutes ꝓbate in iuue
nibꝫ ⁊ ſcale ſalutꝫ. ꝑ quas ſine dubio ad
ꝑfectiōem v̄tutū ⁊ culmē glorie poſſunt aſcē
dere fideliter exercitati ꝑ eas. videlicet ſctā
verecūdia in cūctis rebꝫ ⁊ actibꝫ ſuis. tardi/
tas loquēdi. ꝓmptitudo obediēdi. freq̄nta/
tio orōnis. fugere ociū ⁊ diſſolutiōes. pure ⁊
frequēter ꝯfiteri. libēter ſeruire. ⁊ infructuo
ſum ꝯſortiū deuitare. Hec nāq̧ ſunt marga
rite fulgētes q̄ poſſeſſorē ſuū deo ⁊ angeľ fa
ciūt gratioſū. Dū aūt ei placuerit q̇ te ſegre/
gauit ex vtero m̄ris tue. vocauitq̧ ꝑ grāꝫ ſu
am. vt ī te reuelet imaginē filij ſui. de miſera
bili ſ̄uitute egyptiaca trāſferēs te in liberta
tē filioꝝ dei. iāq̧ in viā noui hoīs incepis pe
dem ponere. q̄ inť timorē ⁊ amorē hūilitatꝫ ē
ſemita ꝯſtituta. tūc ꝑ eandē hūilitatꝫ viā ad
eminētiora ꝯſcēdēs. poterꝫ te ī altioribꝫ exer
cere ex q̇bꝫ certa memorialia ſubſcribūť.

De cōcupiſcentijs mortificandis

Primum

Oportet ḡ aū̄ oīa te cupientē veſtigia ſeq̇
ſaluatorꝫ. vt ſpeꝫ tuā totā fixā ī dn̄o ha/
beas. d̄ oībꝫ hꝰ mōi ꝯſolatōibꝫ peitꝰ d̄ſperās

De vicijs extirpandis

Secundū eſt vt ab oībꝫ vicijs ⁊ ꝯcupiſcē
tijs maľ. inquantū ſuſtinet hūana cōdi
tio. teip̄m ſtudeas penitꝰ emūdare. vt fermē
to veteri totiꝰ malicie ⁊ nequitie expurgato.
ambules ī nouitate vite pꝰ xp̄m. qꝛ niſi p̄us
hmōi catenas iniq̇tatꝫ ꝯfregerꝫ. aīa tua in te
nebrꝫ aggregata ad celeſtia n̄ potit eleuari

De colligatiōibꝫ reſecandis

Tertiū eſt. vt a teip̄o diſſoluas oēm col
ligationē extrinſecā. vt ſana ⁊ pura mē/
te poſſis deo colligari.

De tribulatiōibꝫ cū patiētia tolerādis

Quartū eſt. vt amore altiſſimi ⁊ ſpōſi tui
xp̄i oēs mūdi huiꝰ ꝑſecutōes eq̄nimi
ter feras. imo ſi poſſibile ē ꝑ voto ſuſcipiēs
ſolū in xp̄i paſſionibꝫ delecterꝫ. renuēſq̧ om
nē tꝑalē leticiā. ī ip̄is tribulatōibꝫ hilareſcaſ
oēs reputās tibi eſſe ad purgationē pec/
caminū. ⁊ lucrū aīe tue p̄paratas.

Ut de nulla re cōquereraris

Quintū vt cū creatorē tuū ⁊ oīm te ſenti
as offendiſſe. rōꝫ tibi fieri nō poſcaſ ab
aliq̄ creata.

De pauꝑtate ſuijp̄iꝰ

Sextū. vt habeas deſpectui temetipſuꝫ.
cupiēs ab oībꝫ deſpici. zelanſq̧ ſacratiſ
ſimā pauꝑtatē in oībꝫ que ad te ſpectant.
Aſperitatē. vilitatē. ⁊ parcitatē habeas q̄n/
tū potes. nō tn̄ in alijs req̇ras ſꝫ potiꝰ letus
⁊ gaudēs dōi ꝯſolatiōe fraterna. eis ſicut
oportet obſequēdo ⁊ miſtrādo aſſiſtas. oīs
ꝯſolatiōis eos reputās eſſe dignos. niſi qḋ
abſit. ita tibi in aliquo pateret diuīa offenſa
q̄ oīn excuſatiōe careret. de qua cōpatiēdo
⁊ timēdo ex intimo corde dolcaſ q̄ꝫtū potes

De honoribus fugiendis.

Septimū eſt. vt oīn tp̄e in timore ſtans
blādicias hꝰ ſeculi. honores. gľias vel
fauores. auraſq̧ vane gľie quaſi mortiferas
peſtes oīo fugias toto poſſe. ſtanſq̧ conti
nuo ī teip̄o. oīn hora habeas te ſuſpectum.
qꝛ ſi tuijpſiꝰ victoriā fuerꝫ aſſecutꝰ. nuliꝰ ho/
ſtis interiꝰ vľ exteriꝰ tibi nocebit.

De humilitate vera

Octauū eſt. vt amore illiꝰ q̇ cū ſit domiꝰ
oīm celeſtiū terreſtriū ⁊ infernoꝝ. ꝑ no/
bis aſſumpſit viliſſimā ſerui formā ī ea ſub/
ijciens ſe volūtarie hoīm poteſtati. humiliā
do teip̄m oēm hoīem reputes tuū dn̄m ⁊ te
veriſſime reputes ſeruū oīm. ⁊ in oībꝫ cir
ca hoīem te reputes ſicut ſeruū. Sic ei trā/
q̇llitatē ⁊ pacē cū oībꝫ ꝑpetuā obtinēs. ſcā
dalū penitus ignorabis.

De pace anime ⁊ quomodo habeť.

Nonū. vt nihil corꝝ tāgas q̄ te ſpiritua
li vtilitate nō tāgūt. h̄ eſt. de nulla re cu
res vel īplices te ī aliq̄ exteriꝰ vel interius q̄/
quo mō vbi nō inuenis aīe tue lucrū. nec in
hmōi te ab aliq̄ implicari ꝑmittas.

Uiginti quinqꝫ memorialia

De cuſtodia ſenſuum

DEcimũ. vt viſui atqꝫ oībꝫ ſenſibꝫ corpīſ
omimodã cuſtodiã ponas. ita vt nihil
ꝓrſus velis videre vľ audire aut tãgere. niſi
vtilia aīe tue. Linguã etiã diligẽtiſſime re/
ſtringas vt nihil loq̄ris niſi interrogatꝰ. vel
neceſſitate vľ vtilitate euidẽti coactꝰ. ⁊ tunc
cũ reuerẽtia aīi ⁊ timorꝭ dulcedine breuiť ⁊
ſubmiſſe ſi potes. ſꝑ deuitãs ꝓlixitatẽ ꝟboꝝ
coꝝ occaſiões iuxta poſſe ꝓſcindẽs.

De ſolitudine ⁊ vigilijs

UNdecimũ. vt gratã ſanctãqꝫ ſolitudinẽ
deſiderãs. omĩ tꝑe oꝑatiõez vigiliaruz
habeas ꝓcioſam. in ipis ſꝑ offerẽs deo ora/
tiones tuas cũ attẽtione ꝟboꝝ. deuotionis
feruore ⁊ humilitate ꝓfunda.

De diuino officio

DUodecimũ. vt cũ debes diuinũ officiũ
celebrare ita factꝰ ĩ teipo q̇etꝰ obliuiſca
ris oīm terrenoꝝ. q̄tenꝰ fixa mẽte celeſtibꝫ i/
ſiſtẽs myſterijs cũ tãta illud deuotiõe. reue
rentia. gaudio. ac timore ꝑſoluas. q̄ſi inť an
geloꝝ agmina ꝯſtitutꝰ diuino ꝯſpectui lau/
des ꝓſentialiť offeras cũ eiſdẽ.

Q ſuꝑ omĩa habeas in deuotiõe virginẽ
glorioſam.

TErtiũdecimũ. vt glˀioſam reginã domi
ni nr̄i mr̄em bñdictaz in ſũmo habeas
omĩ tꝑe venerati ōis affectu. ⁊ ĩ cũctis ad eã
neceſſitatibꝫ ꝑiculis ⁊ ꝑſſuris tãqꝫ ad refu/
giũ tutiſſimũ te ꝯuertas. ipiꝰ tutele ꝓſidium
flagitãdo. eãqꝫ in tuã ſuſcipiẽs aduocatã de
uotiſſime ac ſecure tuã ei cãm cõmittas. q̇a
mr̄ eſt miſericordie. q̄ridie ſtudẽs ei ſpẽalem
⁊ ſingularẽ reuerẽtiã exhibere. Et vt tua de/
uotio ſit ei accepta ⁊ reuerẽtia g̃ta. ipiꝰ puri/
tatẽ ⁊ mũdiciã omĩ ꝟtute mẽte ⁊ corꝑe illiba
te in teipo ſeruãdo toto conatu nitarꝭ hũili
tate ⁊ mãſuetudine eiꝰ veſtigia imitari

Quõ fugiẽda ſunt ꝯſortia mulieꝝ

QUartũdecimũ. vt vbicũqꝫ mulieres et
ꝟgines ⁊ iuuenes q̇ſcũqꝫ ꝓter neceſſita
tis vľ manifeſte vtilitatꝭ cauſaz deuites. Et
vnũ vbicũqꝫ fueris elige tibi pr̄em viꝝ q̇dẽ
ſanctũ diſcretũ ⁊ piũ. doctũ potiꝰ experiẽtia
oꝑis q̄ ſublimitate ꝟmonis. q̇ te ꝟbis ⁊ exẽ
plis efficacibꝫ ⁊ ꝓbatis ad diuinũ amorẽ in
ſtruat ⁊ inflãmet. ad quẽ in cũctis neceſſitati
bus tuis poſſis hr̄e recurſũ ⁊ ſpũale ſolam̄.

De fuga accidie ⁊ triſticie.

QUintũdecimũ. vt omnẽ frigiditatẽ acci
die ⁊ triſticie in q̄ latet via ꝯfuſionis. q̄
ducit ad mortẽ. a teipo ſũmo ſtudio depel/
lens. interiꝰ exteriuſqꝫ ſerenꝰ ſꝑ ⁊ trãquillus
exiſtas. nulli vllo mõ ꝯtradicas ľ reſiſtas in
aliq̄. ſꝫ potiꝰ omĩ modo. ꝑ omĩa omĩbꝫ acq̇/
eſcens dũmodo diuine laudi vel ſaluti ani/
me nõ obſiſtat.

Q de omĩbꝫ habeas bonũ exemplũ

SExtũdecimũ. vt omẽs affectiões tuas
ac volũtates ꝯformes diuĩe voluntati.
Omĩa te edificẽt. neqꝫ te dedificet aliq̇d iſ
mũdo puritatꝭ ⁊ ĩnocẽtie gr̃a diuini tibi mu
neris elargite. nec alioꝝ plꝰ debito defectibꝫ
ꝑturbatꝰ. iniq̇tati addẽdo iniq̇tatez. alienis
ſordibꝫ polluaris ne dũ cupis alios de pela
go liberare. deteriꝰ ipe corruas in ꝓfunduz.
Potiꝰ igiť omĩa q̇bꝫ nõ potes ſine detrimẽ/
to ꝓdeſſe oꝑiens charitate benigna illi ſum
me ſapiẽtie derelinquas q̄ nouit bona ď ma
lis eligere q̇buſcũqꝫ. ſicqꝫ in bonis oꝑibꝫ pa
riter atqꝫ malis ſpiritualẽ dño ꝯcedẽte pote
ris reꝑire ꝓfectum.

De cuſtodia cordis

SEptimũdecimũ. vt cor tuũ ſeruãs om/
ni cuſtodia. ſolqꝫ ſpiritualibꝫ exercitijs
deditũ. nulle ibi reꝝ viſibiliũ imprimanť cõ
cupiſcẽtie. vt creaturis omĩbꝫ alienũ libere
poſſit vacare omniũ creatori.

De charitate ad ꝓximos.

OCtauũdecimũ. vt imaginẽ ac ſimilitu/
dinẽ maieſtatis diuine ꝯſiderãs ĩ cun/
ctis hoibꝫ. ita omẽs diligas ĩtime charitatiſ
affectu. omniũqꝫ ⁊ maxime infirmoꝝ ⁊ q̇rũ/
cũqꝫ indigentiũ curaz geras. dũmodo circa
ſpũalia tibi nõ fiat nociua diſtractio. ſic bo/
na mr̄ diligit atqꝫ curat vnicũ filiũ ꝓdilectũ

De orõibꝫ cũ oꝑibꝫ ſanctis.

NOnũdecimũ. vt cõtinue mentẽ tuã ita
habeas ordinatã cũ deo ꝙ omẽ opꝰ tu/
um atqꝫ exercitiũ tã mẽtis q̄ corꝑis ſit orõ.
omĩaqꝫ ſeruitia ⁊ maxime hũiliora cũ tanto
facias charitatꝭ feruore. ac ſi ea xp̄o corꝑali
ter exhiberes. Qđ certe debes ⁊ potes ꝟaci
ter cogitare q̄m ipe dixit ĩ euãgelio. Qđ vni
ex minimis meis feciſtꝭ. mihi feciſtis.

De obedientia ſancta

VIceſimũ. vt honorẽ ⁊ reuerentiã omni
bꝫ tã debitã q̄ deuotã ſanctiſſime obe/
diẽtie normã. nõ ſolũ magnis veꝝ etiã mini
mis quaſi pupillã ſtudeas ſꝑ ſeruare illeſaz
obediẽs quidẽ nõ ſolũ maioribꝫ. vt ꝓlatꝭ. ve
rũ etiã minoribꝫ omĩbꝫ te ſubijciẽs quibuſ/
cũqꝫ. abnegãdo teipum ꝓ xp̄o. In bonis et

indifferētib⁊ ſemꝑ alteri⁹ ſtudeas facere voluntatē. in nullo ꝓbens te alicui oneroſum. ſed poti⁹ in charitate xpi diligēs vniuerſos teipm cōmunit̄ oīb⁊ gratū reddēs. Affabilitates amicitias ⁊ familiaritates fugias ſingulares. Sūmopere caueas ne vnq̄ꝫ ꝟbo vel facto vel geſtu alicui⁹ rancoris. odij. clamoris. iniurie. turbatiōis. murmuratiōis. detractiōis. ſcādali. ⁊ adulatiōis. ⁊ q̄ꝛūcūqꝫ ſimiliū. aliqua rōne vl̄ mō ꝑ te vel aliū cauſa vel occaſio fias.

Ꝙ ꝯſolationes ⁊ tribulatiōes occulte teneas.

Vicesimūprimū. vt virtutes vel gratias ſpūales quas in te vel ꝑ te diuina miſericordia oꝑari dignat̄. tribulatiōes ⁊ prelia ꝯtutiſqꝫ ꝓpoſitū vel ſimilia ab oīb⁊ abſcōdere ſtudeas q̄ntū potes. his tamē exceptis que ꝓprio ſacerdoti in ꝓpria debēt accuſatōe detegi. niſi forte alicui tuo ſpeciali ac ꝓbato amico ea ſpūalis vtilitatis grā reuelares. cuius cōſiliū vel doctrinā in hmōi credas tibi poſſe valere. Sollicit⁹ ſemꝑ ſis furati tempus vbiqꝫ vt poſſis ſolite oratiōi ⁊ meditationi ſancte vacare vt ſedēdo ſolitari⁹ eleuatus ſis deſiderio ad ſupna.

Ꝙ deū ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ habeas ī memoria

Vicesimūſecundū. vt ſolut⁹ ab omnib⁊ creaturis tāto mētis conatu deſiderijqꝫ feruore circa tuū creatorē intēdas. vt q̄ſi omniū inferioꝝ oblit⁹. q̄cquid agas ⁊ vbicūqꝫ ſteteris. ⁊ q̄buſcūqꝫ negocijs implicueris. die ac nocte ⁊ oīi mométo ⁊ hora deū ſemper habeas ī memoria. credēs ⁊ cogitans te verissime corā eo. ⁊ ipm cogitās vndiqꝫ te aſpicere. Hec aūt cogita cū magna reuerentia ac timore parit̄ ⁊ amore. ⁊ cū magna diſcretione. nūc añ pedes immēſe maieſtatis ei⁹ ꝓſtrat⁹. corde amariſſimo pctōꝝ veniaꝫ poſtulādo. nūc ſacratiſſime paſſiōis filij dei gladio cōpaſſiōis. corā ei⁹ cruce vulneratuſ cū eo. lachrymoſus ⁊ flebilis apparēdo. nūc toti⁹ vite illi⁹ decurſuꝫ. obliquitati tue velut rectitudinis lineā ꝓponēdo. nūc inenarrabilia ⁊ immēſa dei beneficia mēte ꝑtractanſ gratiaꝝ actiōib⁊ inſiſtēdo. nūc ſtimulis ipi⁹ amoris ardētiſſime punct⁹. ipm in creaturiſ oīb⁊ intuēdo. nūc potentiā. nūc ſapiētiam nūc bonitatē ⁊ clementiā ei⁹ attendēs. cum deuotiſſime in cūctis oꝑib⁊ ſuis collaudando. nūc deſiderio patrie celeſtis attract⁹. ad ipm gemebūdis ſuſpirijs anhelādo. nūc circa nos viſcera ineſtimabilis charitatis eius aſpiciēs. letabūda quadā exceſſiua admiratione corde ac aīmo in ipo deficiēdo. nūc te ꝓcipitē. nūc te fugientē. nūc te ruentē. nunc deū te timentē. ſubleuantē. retinentē ⁊ attrahentē. nūc deū te ingratū ꝑ oīa cōcernentem cōſiderās. ineffabilib⁊ diuine miſericordie viſcerib⁊ tibi patefactis. nimio in eo charitatis ardore te cōferens. totū te fletib⁊ reſoluēdo. nūc ꝟo occultiſſima. ꝓfundiſſima. ⁊ ſumme arcana nimiūqꝫ ſtupenda iudicia iuſticie ei⁹ diligēter attendēs. cū in oīibus fidelis ⁊ cōſtans cū ſummo amore ingēti qꝫ timore ac tremore. diſcret⁹ ſupplex ⁊ humilis venerādo. ꝑ oīb⁊ aūt cōtinuā ⁊ viuam memoriā ipi⁹ ſacratiſſime paſſionis in aīo ⁊ corde tuo ferēs.

De ſolicita cuſtodia ſuipſi⁹

Vicesimūtertiū. vt ſuꝑ cuſtodia tua vigilans oīi tpe ab antiqui hoſtis fraudibus. q̄ ſepe ſe in angelū lucis trāſfigurās oī tempe ⁊ in oīi via homini laqueū tendit et retia. vt aīmas noſtras valeat captiuare ſolicitudine te cautiſſima tuearis. venantiū laqueos fugiēs ſicut paſſer. tātaqꝫ puritatꝫ humilitate ſancta ī oculis tuis fias vt ne ſubtiliſſima ei⁹ retia te valeāt cōtinere. a quibuſ ſane tūc poteris liberari illeſus. cū effectus fueris iſrael. cōtinue mentalib⁊ ocul' videns deū. quia nō dormitabit neqꝫ dormiet eiuſ cuſtos.

De pura confeſſione peccatoꝝ

Vicesimūquartū. vt tenēs indefeſſum īſtituti ſancti rigorē. ſacris ardoribus celeſtiū deſiderioꝝ ſuccēſus. mētis ⁊ corporis mūdicie pulcritudinē. innocētie puritatē. cōſcientieqꝫ teneritudinē ꝯſeruās. cura diligētiſſima caueas ne vnq̄ꝫ tepēdo in aliquo reſipiſcas. Ad qđ quidē diligenti⁹ ⁊ puri⁹ cōſeruandū. quotidiana diſcuſſione ſepties ī die examines vitā tuā. ſemꝑ añ vel immediate poſt quālibet horā canonicā. cōſiderās ⁊ diſcutiēs attētiſſime qualit̄ de hora in horam ambulaueriꝫ digne corā deo ſine macula ī iuſticie ſemita. Et quia nemo eſt q̄ ſic diſciplinā ⁊ iuſticiā obſeruet. vt nihil penitus negligat vel omittat. ideo neceſſariū ē vt ad penitētie lauacrū recurrēs cū dolore ⁊ gemitu ſepiſſime tue accuſationi inſiſtas. In qua quidē accuſatiōe ſeu cōfeſſione integre ꝟaciter ⁊ pure ſine oīi velamine excuſatiōis vl̄ occultatiōis ſeu palliatiōis ꝑ ordinē oēs

tuos retegẽdo defect⁹ ſacerdoti ꝓprio tãqȝ do
debes intimare narrando ꝓus omiſſiones
quas in his q̃ ſunt ad deũ feciſti. ⁊ maxime
in oratiõe quantũ ad duplicẽ ei⁹ partẽ. men
talẽ ſcȝ ⁊ vocalẽ. deinde defectus ĩ obſerua/
tione iuſticie q̃ ad proximũ. poſt cõmiſſiões
quas egiſti ex mala cuſtodia ſenſuũ. ⁊ ſenſi/
bus adiacentiũ affectionũ ⁊ cogitationum.
Hãc autẽ cõfeſſionẽ ſemꝑ debet cõtritio et
ſatiſfactio comitari. vt doleas videlicet de
omĩbꝫ offenſis. nõ ſolũ de magnis. ſed etiaȝ
de modicis. ⁊ dolẽdo caueas iterare culpaȝ
ſemꝑ ſtudẽs cauſas ⁊ occaſiões peccati pre/
ſcindere quãtũcunqȝ ꝑ amorẽ videãtur tibi
cõiuncte. q̃a tũc iuxta ſaluatoris ſentẽtiam.
eruend⁹ eſt oculus ſcandalizans id eſt. occa
ſiones peccati vitãde. que quidẽ apparẽt no
bis delectabiles nimiũ. etiã ſi multũ nobis
diſpliceãt earũ effect⁹. Unde fortiſſimũ eſt i
hac pugna bellũ. Et ideo oportet ſꝫm dei p̃/
ceptũ eſſe cecũ ſurdũ ⁊ mutũ. ⁊ inſenſibilem
ad omĩa in quibꝫ nõ inuenit anima lucruȝ.
Ut autẽ diuinorũ p̃ceptorũ eiuſqȝ diſcipli/
ne celeſtis obſeruantiã in ſupradictis et ce/
teris aliĩs ſolicit⁹ intendas. ac feruenti⁹ ac/
cendariſ. ſtudeas hec quinqȝ ſemel ad min⁹
inter diẽ ⁊ noctẽ. affectuoſe ⁊ moroſe omĩ tẽ
pore ſincera mẽte tractare. q̃ȝ ſcilicet ſit bre/
uis vita noſtra. q̃ȝ lubrica via. q̃ȝ mors in/
certa. que premia iuſtis. que ſupplicia paran
tur iniuſtiſ. vt nõ ſit ſeruitiũ ſine timore. nec
gaudiũ ſine tremore.

Quales eſſe debem⁹ in noſtra reputatõe
q̃uis ꝑfecti.

Uiceſimũquintũ ⁊ vltimũ. vt cũ diuina
gratia largiẽte omĩa bene feceris. te ſer
uum inutilẽ ⁊ peccatorẽ recognoſcẽs. omni
beneficio dei reputes te ĩdignũ. ſemꝑ robu
ſtiſſimã fidẽ tenẽs. replet⁹ charitate diuina
fiducia magna ſperãs ab ip̃o miſericordiſ/
ſimo patre miſericordie tibi viſcera aperiri.
vt dũ in foſſam ꝓfunde humilitatis firmiſ/
ſima ieceris fidei fundamẽta. erexeriſqȝ lu/
cidiſſimos parietes cõtinue ac feruide cha/
ritatis decoratos omniũ virtutũ picturĩ. te
ctumqȝ deſiderate ſpei beatiſſime poſueris
glorioſum. tandẽ omĩbꝫ ordinate diſpoſitis
ſumm⁹ ille celeſtis inhabitator dulciſqȝ ho/
ſpes fideliũ animaꝝ. cui⁹ delitie ſunt eſſe cũ
filiĩs hominũ tãdiu tecũ digneť inhabitare
ꝑ gratiã in p̃ſenti ſeculo vel exilio. quouſqȝ
poſt terminũ vite hui⁹ in celeſtis beatitudi/
nis patria glorioſa ſtola ꝑpetue immortali/
tatis indut⁹. claritatẽ vultus ei⁹ cũ omnibꝫ
ſanctis cernere merearis in iubilo. vbi erit
ſumma felicitas ⁊ eterna beatitudo. finis et
cõplementũ omniũ deſiderioꝝ noſtroꝝ.

Cõcluſio epiſtole huius

Hoc verũtamẽ adhuc ſcias chariſſime
frater ĩdubitãter q̈ niſi ꝑfecte abnega/
uerĩ temetip̃m. ſequi nõ poteris veſtigia ſal
uatoris. ⁊ ſine ſolicitudine cõtinua ⁊ labore.
ne pctō naſcēdo. ꝛ ꝙ̄ miſere ꝯtrit⁹ eſt q̄i pec
catoꝛ moꝛiēdo. iuxta illud Job. xiiij. Quaſi
flos egredit̄ ꝛ cōterit̄. O ꝙ̄ candid⁹ ī egreſ/
ſione. ꝛ ꝙ̄ rubicūdus in ꝯtritione fuit flos
iſte. Flos inq̄t angel̄ delectabil̄. flos hoīb⁹
ad vitā putilis. Un̄ Bern̄. ait. Flos ē fili⁹
ꝟginis. flos candid⁹ ꝛ rubicūdus el. ex mi.
flos in quē deſiderāt angeli pꝛoſpicere. flos
ad cui⁹ odoꝛē reuiuiſcūt moꝛtui. Felix ſil/
ua q̄ pducit h⁹ floꝛis virgā. Felix magꝭ vir
ga q̄ pducit hūc floꝛē in ſilua. Felix ſuper
oīa flos. ſine q̄ nulla ſilua nec ꝟga felix eſſe
pōt. Uere feliciſſim⁹ flos in q̄ ſpūs dn̄i ſic
reqeuit. vt ſine ip̄o nullus grā ſpūſſcī ha/
bere poſſit. Teſtat̄ h̄ btūs Hiero. di. Spi/
ritusſanct⁹ q̄ in magna ſilua hūani generis
requiē nō inuenerat. tandē ſup hūc floꝛē re
quieuit. ita ꝙ abſq̄ chꝛiſto nec ſapiēs q̄s eē
pōt. nec intelligens nec ꝯſiliari⁹. nec foꝛtis
nec erudit⁹. nec pi⁹. nec plen⁹ timoꝛꝭ domi/
ni. Hic flos q̄ſi tot hʒ folia q̄t ſunt miniſte/
ria ꝛ exēpla. Si hūc floꝛē hr̄e deſideras. ꝟ/
gam floꝛis p̄cib⁹ flectas. Si flos ē nimis al
tus diuinitate. ꝟga tn̄ eſt flexibilis pietate.
Et ſi flos eſt rariſſim⁹. qꝛ in celo ꝛ in t̄ra nō
inuenit̄ niſi vnic⁹. eſt tn̄ cōmuniſſim⁹ tanq̄
flos nō in oꝛto clauſus ſed in campo omib⁹
trāſeūtib⁹ expoſit⁹. Et iō bn̄ dicere p̄t xp̄s
illud Canti. ij. Ego flos cāpi. Un̄ flos cā/
pi dicit̄. non ſolū ꝓpter h̄ ꝙ oīb⁹ patulus ex/
ponit̄. ſed etiā ꝓpter h̄ ꝙ ſine omi cultura
hūana pducit̄. Hoc bn̄ btūs Bern̄. memi/
nit. cū dixit. Camp⁹ ſine omi humano flo/
ret adminiculo. nō ſeminat⁹ ab aliquo. non
defoſſus ſarculo. nō impinguatuſ fimo. ſic
oīno ſic ꝟginis aluus floꝛuit. ſic inuiolata
et integra caſta marie viſcera tanq̄ paſcua
eterni viroꝛis ꝓtulere. cui⁹ pulchꝛitudo nō
videat coꝛruptionē. cui⁹ glīa in ppetuū nō
marceſcat.

Quarto ꝯſiderem⁹ cariſſimi
floꝛem glīoſe immoꝛtalitatꝭ. De h̄ ſignatū
eſſe pōt Numeri. xvij. vbi dr̄ ꝙ virga aaron
floꝛes ſimul ꝛ fructum habuit. In virga a/
aron recta. ꝟgo maria pōt eſſe figurata. In
virga nāq̄ marie rectitudo. in floꝛe autem
coꝛpis gloꝛificati pulchꝛitudo. in fructu ve
ro aīe ei⁹ beatitudo pōt eſſe ſignata. No/
tandū em̄ eſt ꝙ caro floꝛet in iuuētute ſicut
in Ps̄ dicit̄. Mane floꝛet ꝛ trāſit. flos aūt
perit in moꝛte ſicut dr̄ Iſa. xl. Exiccatuʒ eſt
fenū ꝛ cecidit flos. Refloꝛet ꝛ ī glīoſa reſur
rectōne. iuxta ps̄. Refloꝛuit caro mea. Iſte
flos gloꝛificatōis coꝛpis q̄ſi tot habʒ folia
q̄t coꝛp⁹ gloꝛificatū hʒ dotes ꝛ p̄mia. Et cer
te quidā ſcti doctoꝛes ꝓbabilit̄ ſentire vi/
dent̄ ꝛ rōnabiliter ꝓbare nitunt̄. et fideles
hūc ſenſum pie amplectunt̄. videlicʒ ꝙ bea
ta maria iā cū coꝛpe ſit aſſumpta. ꝛ coꝛp⁹ iā
omnino cū aīa ſit gloꝛificatuʒ. De h̄ nanq̄
Aug⁹. ſic ait. Uera rōne ꝯfitenduʒ cenſeo
mariā in xp̄o et apud xp̄m eſſe. In xp̄o. qꝛ ī
ip̄o viuim⁹. mouemur ꝛ ſum⁹. apud xp̄m ad
glām eternitatꝭ aſſumptā. Un̄ digne credi
mus letari mariā leticia inenarrabili. aīa ꝛ
coꝛpe in ꝓpꝛio filio p filiū ꝓpꝛiū. nec vllaʒ ſeq̄
coꝛruptiōis erumnā. quaʒ nulla ſecuta eſt
tantū filiū pariēdo integritatꝭ coꝛruptio. q̄
oīm integrā pfectāq̄ genuit vitā. ſit cū illo
quē in ſuo geſſit vtero. ſit apud illū illa q̄ ge
nuit. fouit et aluit. Illa maria dei genitrix.
dei miſtratrix. dei nutrix. et dei ſecutrix. de
q̄ qꝛ aliter ſentire ꝙ̄ dixi nō debeo. alit̄ di-
cere nō p̄ſumo. Scdm̄ h̄ g̊ maria iā dicere
pōt. Refloꝛuit ca. m. Et ſm̄ h̄ etiā floꝛē ꝛ fru
ctū ſil̄ hʒ. Floꝛē inquā coꝛpis gloꝛificati et
fructū ſpūs gloꝛificati. Floꝛē vtiq̄ in gloꝛi
oſa coꝛpis pulchꝛitudīe. fructū ꝟo in volu/
ptuoſa aīe btitudine. Notādū etiaʒ ē ꝙ ſm̄
q̄druplicē floꝛē p̄dictū ꝟgo maria q̄drupli
citer ſil̄ habuit floꝛē ꝟginitatꝭ ꝛ fructū fecū/
ditatꝭ. ſil̄ habuit floꝛē honeſtatꝭ ꝛ fructū hu
militatꝭ. ſil̄ habuit in ꝓle floꝛē hūanitatis ꝛ
fructū ditatꝭ. ſil̄ habuit floꝛē īmoꝛtalitatis
in coꝛpoꝛe et fructum beate voluptatis in
anima. Hos igitur floꝛes chariſſimi in vir
ga virginea diligamus. et illos nouos gau
dioꝛum floꝛes de hoꝛto virgineo colliga/
mus. quos vidit. quos collegit. quos no/
bis cōmēdauit beatus Bernardus cū ad
mariā loquens. dixit. Hoꝛt⁹ deliciarū nob̄

eſt tuꝰ ſctiſſimꝰ vterꝰ o maria.q: ex eo mul/
tiplicis gaudij flores colligimꝰ q̃tiẽs reco/
limus mẽte. q̃ꝫ magna mł'titudo dulcedis
ĩmenſo orbi inde ꝓfluxerit. O igit̃ dulciſſi/
ma ṽgo maria.ecce vere dñs tecuꝫ. ſic̃ flos
cũ ṽga ipm̃ ꝓducẽte.fac ğ vt etiã dñs ſit me
cũ.imo nobiſcũ.cõiceꝛꝗꝫ nob̃ florem iſtũ do
minũ noſtrũ ieſum chriſtũ.Amen.

D Ominꝰ tecũ. O dña dño cariſſima
dño familiariſſima dñs tecũ. O do
mina aptiſſima dño digniſſima.do
minꝰ tecũ. Tecũ certe ẜm ꝙ ſup̃ dictũ ẽ.ſic̃
ſol cũ aurora ipm̃ ꝑueniẽte.ſic̃ flos cũ virga
ipm̃ ꝓducẽte.ſicut rex cũ regina in palaciũ
ingrediẽte. Viſo ğ quõ maria ſit aurora ſo
lem et̃nũ.ſolẽ iuſticie ꝑueniẽs. viſo q̃ꝫ quõ
maria ſit ṽga florẽ et̃nũ. florẽ mĩe ꝓferens.
Videamꝰ mõ quõ maria ſit regina ad regẽ
eternũ.ad regẽ gł'e ingrediẽs. Maria ğ ca
riſſimi ẽ regina illa ingrediẽs. de q̃.iij. Re/
gũ.x.dr̃.ꝙ ingreſſa ẽ regina ſaba hierł'm cũ
comitatu multo ⁊ diuitijs. Vere regina eſt
maria.teſtãte btõ Augꝰ.q̇ ait. Hanc ṽe fa/
teamur reginã celoꝝ.ꝑ eo ꝙ regẽ pepit. Au
ctor. Sed de hac regina diſſerui in ẜmõe.
Aſtitit regina ⁊c̃.iõ nũc de eiꝰ ingreſſu diſſe
rendũ eſt. Cõſiderãdũ eſt ğ ꝙ mariã ingre/
dientẽ.egredientẽ.ꝓgredientẽ. ſupgredien
tẽ inuenimꝰ. Egreſſus eſt nature.ꝓgreſſus
gr̃e.ingreſſus gł'e.ſupgreſſus habũdantie.
Egreſſa ẽ naſcẽdo.ꝓgreſſa proficiendo.in/
greſſa ꝑueniẽdo.ſupgreſſa oĩs ſctõs exce/
dendo. Egreſſa ẽ ſine pctõ.ꝓgreſſa ſine ex/
emplo.ingreſſa ſine obſtaculo. ſupgreſſa ſi
ne t̃mino. Prio ꝯſidera cariſſime ꝙ inue/
nimꝰ mariã egredientẽ ꝑ natiuitatẽ ſuã ſi/
ne pctõ. Ipa nãqꝫ p̃t eſſe vas illud de q̃ dr̃.
Prouer.xxv. Aufer rubiginẽ de argẽto.⁊ e
gredieť vas puriſſimũ Rubigo fuit ablata
de argẽto qñ ab originali pctõ maria ſctifi/
cata fuit in vtero.⁊ certe ſic egreſſa eſt tanq̃ꝫ
vas puriſſimũ. Hic diſtinguẽdũ ẽ vas pu/
rũ.vas purꝰ.vas puriſſimũ. Vas purũ in
egreſſu fuit.q̇cũqꝫ ex vt̃o ic ſcificatꝰ ꝓceſſit
ꝙ tñ fomes tã ad mortale q̃ꝫ veniale pctm̃
in ipo remãſit.ſic̃ q̇dã dicũt fuiſſe in hiere/
mia. Vas aũt purꝰ ĩ egreſſu fuit. q̇cũqꝫ ex
vtero ſic ſctificatꝰ ꝓceſſit ꝙ ĩ ipo fomes ẜm
ꝙ ductiuꝰ eſt ad effectuꝫ mortał' pctĩ extin/
ctus fuit.ſꝫ ad veniale remãſit.ſic̃ in btõ io
hãne baptiſta.de q̃ canit eccł'ia. Ne leui ſal/
tẽ maculare vitã famĩe poſſet. Vas vero in
egreſſu puriſſimũ fuit btã virgo q̃ ex vtero
ſic ſctificata ꝓceſſit.ꝙ in ea vt credit̃ fomes
ad effectũ tã mortał' q̃ꝫ venialis pctĩ nõ re/
mãſit.ꝓpter h̃ btũs Berñ.ait. Ego puto ꝙ
copioſior bñdictio ſctificatiõis in eã deſcẽ/
derit q̃ nõ ſolũ eiꝰ ortũ ſcificauerit.verũetiã
vitã eiꝰ deinceps ab oĩ pctõ cuſtodiuit im/
munẽ. Ablata ğ rubigĩe originał' pctĩ.egreſ
ſum eſt ex vtero vas purũ in hieremia.vas
purꝰ in iohẽ baptiſta.vas puriſſimũ in ma
ria. Scđo cõſidera cariſſime ꝙ iuenimꝰ
mariã ꝓgredientẽ ſine exẽplo ꝑ grãm. Vñ
Canti.vj. Que eſt iſta q̃ ꝓgredit̃ q̃ſi aurora
ꝯ.ꝑ.vt luna electa vt ſol. His trib' lumino
ſis vicꝫ aurore.lune.ſoli bñ cõparat̃ maria
ꝓpt̃ tria ĩ ipa luciḋiſſime excellẽtiſſima. Fu/
it em̃ in corde ⁊ mẽte eiꝰ excellent̃ lucida ṽ/
ginitas. Fuit in ṽginitate eiꝰ excellent̃ luci
da fecũditas. Fuit in fecũditate eiꝰ excellẽ
ter lucida ſingularitas. Aurora refrigera/
tiua ⁊ auib' ğta fuit iſta ṽgo maria. Ipa ei
ṽginitate ſua carnis ardoreꝫ refrigerauit.
teſte btõ Berñ.q̇ ad eã loq̃ns ait. Tu ardo
rẽ vetite ꝯcupie ṽtute caſtitatis in tua ṽgi/
nea carne eatenꝰ extinxiſti.vt is in cuiꝰ con
ſpectu nec aſtra mũda ſũt tãte mũdicie car
nẽ tuã iudicauerit.vt eã ſue diuine puritati
agglutinare nõ deſpexerit. Ipa em̃ ṽginita
te ſua auib' celi.angeł' dei ğta fuit . quia vt
Hiero.ait. Semꝑ eſt angeł' cognata ṽgini
tas. Propt̃ h̃ bñ legit̃ Geñ.xxviij. ꝙ ange/
lus in aurora bñdixit iacob. Hic iacob ſpi
ritũ caſtũ p̃t ſignare q̇ frẽm ſuũ.i.corpꝰ ſuũ
ſupplãtauit.h̃ nõ ſolũ a p̃re.ſed etiã ab ange
lo bñdicit̃ in aurora.h̃ eſt in caſtiſſima vir/
gine maria.cui ãgelꝰ dixit Luc̃.j. Bñdicta
tu in mu. Itẽ pulchra vt luna fuit ṽgo ma
ria in lumĩoſa virginitatꝭ fecũditate. Pul/
chritudo em̃ lune ꝯſiſtit in lumĩe recepto a
ſole. Penſa igit̃ q̃ꝫ pulchra luna fuerit ma/
ria.qñ eternꝰ ille ſol totꝰ receptꝰ ⁊ ꝯceptus
eſt in ipa. Maria ğ eſt illa luna in cuiꝰ ple/
nitudine ille vir eccĩe rediit.de q̃ Prouerb.
vij.dr̃. In die plene lune reuerſurꝰ eſt ĩ do/
mũ ſuã. Beata ṽgo fuit luna plena.qñ ei dł
ctum fuit. Aue gratia plena. Item electa vt
ſol fuit maria in lucidiſſima fecunditatꝭ ſin
gularitate.quando non homo purus.non
angelus verus.ſed ipe dei filius. ipe ſol iu
ſticie in ſole poſuit tabernaculũ ſuuꝫ.dum
in maria cõceptus fuit. Valde certe ſingu/
lare fuiſſet.ſi ṽgo purum hoĩem cõcepiſſet.

mu!to aūt ſingulari⁹ fuiſſet ſi ꝟgo angeluꝫ
ↄcepiſſet.ſꝫ ſup̄ oīa ſingulariſſimū fuit ꝙ ꝟ/
go deū ↄcepit.deū pepit. Propt̄ qḋ bn̄ bea
tus Aug.ait. Merito btā maria ſinglari a
nob̄ p̄conio extollit̄ q̄ ſinglare cōmertium
mōo p̄buit.cū tm̄ ſe a celi faſtigia ſublima/
uit.vt ꝟbū in p̄ncipio apud deū manēs de
ſupna celi arce ſuſcipet. Beata igit̄ ꝟgo ma
ria pgreſſa eſt q̄i aurora ↄſurgēs in imitan
da carnis ⁊ ment̄ ꝟginitate electa vt ſol in
adorāda part⁹ ꝟginal̄ dinitate. Tercio
ↄſidera cariſſime.ꝙ iuenim⁹ mariā ingre/
dientē ad gl'iaꝫ celeſtē ſine obſtaculo. Quis
em̄ obſtare poſſet tāte regine cū tāto comi
tatu pgredieti. Ip̄a nāqꝫ ſiḡra ē p reginā ſa
ba.de q̄ dr̄.iij. Reg.x. Et ingreſſa hierl'm cū
comitatu multo ⁊ diuitijs.camel' portātib⁹
aromata.⁊ aurū infinitū nimis.⁊ gēmas p̄/
cioſas. Conſidera in his ꝟbis gl'iam ingre
dient̄ marie in celeſtē hierl'm. Cōſidera di
co ingredient̄ excellentiā. ingredientis po
tentiā.ingrediēt̄ opulētiā. Cōſidera excel/
lentiā in p̄ncipatu.potētiā i comitatu.opu/
lentiā in apparatu. Cōſidera certe excellen
tiā p̄ncipat⁹ regine nr̄e marie in eo ꝙ dr̄.re/
gina ſaba.qḋ interp̄tat̄ clamor. Maria em̄
eſt regina mōi. vbi ē clamor gemebund⁹.ē
etiā regina celi.vbi eſt clamor iocūd⁹. Cla/
mant em̄ in celo ſic̄ dr̄ Apoc̄.iiij. Sanctus
ſctūs ſctūs dn̄s de⁹ omp̄s. Hec ⁊ ip̄a regi/
na clamantiuꝫ cū ceter̄ clamātib⁹ clamare
nō ceſſat.teſtāte Aug⁹.q̄ ait. Tu maria cō/
ciuis celi ciuib⁹.ſine fine choris ↄiūcta an/
gelicis.archangeliſqꝫ ſociata.indefeſſa voce
ſctūs ſctūs ſctūs clamare non ceſſas. Hec
vtiqꝫ ē regina quā pſ̄.deſcribēs ait. Aſtitit
regina ⁊c̄.vſqꝫ.varietate. Hāc reginā ad re/
gnū ſeq̄ p̄nt fiducialiter q̄cūqꝫ ei in mundo
ſuierint fiducialit̄. Vn̄ btūſ Bern. Preceſ
ſit nos regina nr̄a.p̄ceſſit ⁊ tam gl'ioſe ſuſce
pta eſt vt fiducialit̄ ſerui ad dn̄am claman
tes.trahe me poſt te dicāt. Itē ↄſidera i in
greſſu regine nr̄e potētiā comitat⁹ ip̄am ſti
pantis.in eo ꝙ dr̄.cū comitatu multo. In/
greſſa em̄ eſt maria celeſtē hierl'm cū comi/
tatu multo potentiū angelor̄. Vn̄ beatus
Hiero.ait. Legimus q̄ꝫ ſepe ad funera ⁊ ſe
pulturas q̄rūlibet ſcōꝝ angl'os aduenisſe
⁊ aīas electoꝝ vſqꝫ ad celos cū hymnis at/
qꝫ laudib⁹ detuliſſe. Et p⁹ pauca.q̄nto ma/
gis credendū ē militiā angeloꝝ celoꝝ cū ſu
is agminib⁹ feſtiue obuiā veniſſe genitrici

dei.eāqꝫ ingēti lumine circūfulſiſſe. et vſqꝫ
ad thronū olim ſibi an̄ mūdi ↄſtitutōeꝫ pa
ratū cū laudib⁹ ⁊ cantic̄ ſp̄ūalib⁹ pduxiſſe.
Itē ↄſidera in maria opulētiā meritorū in
apparatu muneꝝ p̄cioſoꝝ. Attulit nāqꝫ ſecū
aurū infinitū dilectōis dei ⁊ pximi. gēmas
p̄cioſas ꝟtutū ⁊ donoꝝ.aromata bonoruꝫ
opeꝝ ⁊ exēploꝝ. Parū ē em̄ qḋ de theſaur̄
marie dico.reſpectu ei⁹ qḋ btūs Bern.ma
riā alloquēs dixit. In manib⁹ inq̄t tuis ſūt
oēs theſauri miſerationū dn̄i. Abſit vt ceſ/
ſet man⁹ tua.neqꝫ em̄ gl'a tua minuet̄ ſꝫ au
get̄ cū penitētes ad veniā.iuſtificati ad glo
riaꝫ aſſumunt̄. Ingreſſa igit̄ eſt mr̄ dn̄i ad
gloriā tanq̄ꝫ regina celoꝝ.ingreſſa ē cū mul
to comitatu angeloꝝ.ingreſſa ē cū diuitijs
innumerabiliū meritoꝝ. Quarto cōſide
ra cariſſime ꝙ inuenim⁹ ſupgredientē oēs
ſctōs in ſupabundātia meritoꝝ ⁊ p̄mioꝝ ſi
ne termio.iuxta illud Prouer.xxxj. Multe
filie ↄgregauerūt diuitias. tu ſupgreſſa es
vniuerſas. Supgreſſa vtiqꝫ es. ſupgreſſa
certe es in natura.ſupgreſſa es in gr̄a.ſup-
greſſa es in gl'a.vniuerſas filiaſ. vniuerſas
aīas.vniuerſas itelligētias angelicaſ o ma
ria. Dico ꝙ maria i natura ſupgreſſa ē vni
uerſas filias hoim.dū qḋ natura n̄ admit/
tit.ꝟgo ↄcepit.⁊ ꝟgo pepit.iuxta illud Iſa.
vij. Ecce ꝟgo ↄcipiet ⁊ pa.fi. Et nō ſolū h̄ ꝙ
ꝟgo filiū ſed etiā ꝙ deū pepit ſup oēm natu
rā eſt Iōqꝫ btūs Hiero.ſic ait. Qḋ natura
nō habuit.vſus neſciuit.ignorauit rō.mēs
nō capit hūana.pauet celū.ſtupet t̄ra.crea/
tura etiā oīs mirat̄ celeſt̄.h̄ totū eſt qḋ per
gabrielē marie diuinit⁹ nūciat̄.⁊ p xp̄m ad/
implet̄. Itē ſupgreſſa eſt maria in gr̄a vni/
uerſas aīas ſctōꝝ.dū nō ſolū gr̄a plena ſed
etiā ſupplena fuit.teſte gabriele q̄ pri⁹ dixit
Aue gr̄a plena.⁊ poſtea ſubiūxit Sp̄ūſſan
ctus ſuperue.in te. Si aūt gr̄a plena fuit.q̄
q̄cq̄d ſibi ſupueniēs poſtea ſp̄ūs cōtulit.in
h̄ vtiqꝫ pl⁹ q̄ꝫ plena.in h̄ certe ſupplena fuit
Vn̄ be. Bern̄.ait. Veniēte iā ſp̄ūſcō plena
ſibi.eodē q̄ꝫ ſupueniēte nob̄ ſupplena ⁊ ſup
effluēs fit maria. Iteꝫ ſupgreſſa ē maria in
gl'a vniuerſas intelligētias angelicaſ. Ip̄a
em̄ eſt thron⁹ ille ſaphireus.q̄ ſicut Ezech.
j.legit̄.ſup firmamentū angelicū exaltat⁹ ē.
Propter h̄ beat⁹ Bern̄.bene ait ſic. Aſcen/
dit plane maria ſup omne hūanū gen⁹.aſcē
dit vſqꝫ ad angelos ſꝫ ⁊ ip̄os quoqꝫ trāſcē/
dit.⁊ celeſtem omnē ſupgreditur creaturā.

Sic ergo cariſſimi maria egreſſa ꝛ pgreſſa et ingreſſa ꝛ ſupgreſſa ē. Egreſſa inq̄ ē naſcē/do ad vitā miſeroꝝ. pgreſſa ē pficiēdo i'gr̄a pͥuilegioꝝ. ingreſſa eſt pueniēdo ad regnuꝫ celoꝝ. ſupgreſſa ē excedēdo gl'iaꝫ oīm btōꝝ. Ecce igit̃ dulciſſima virgo maria. ecce vere dñs tecū. ſic̄ ſol cū aurora pgrediēte. ſic̄ ſol cū virga florēte. ſic̄ rex cū regina ingredien te. O igit̃ aurora ſuauiſſima fac vt etiā no/biſcuꝫ ſit ſol ſapie. O v'ga ſublimiſſima fac etiā vt nobiſcū ſit flos gr̄e. O regina poten tiſſima fac vt etiā nobiſcū ſit rex gl'e domi/nus noſter ieſus chriſtus.

b Enedicta tu in mulieribꝫ. Oſtēſuꝫ eſt ſup̄ quō maria pter puriſſimaꝫ vite innocētiā merito p aue ſalutat̃. oñſum qꝫ eſt quō maria pter copioſiſſimā gr̄e af/fluentiā merito gr̄a plena cōmēorat̃. oñſuꝫ inſup eſt quō maria pt̃ ſpecialiſſimā dei p̄ſentiā merito dñs ſecū fore inſinuat̃. Oſtē/dendū aūt nūc eſt quō pt̃ gratiſſimā pſone ſue reuerentiā bñdicta in mł'ieribꝫ nūciat̃. Ecce igit̃ gl'ioſus ille archangelus gabriel gl'ioſaꝫ v'ginē mariā ſalutās gl'oſa ſalutati one ipām decētiſſime ꝯſumauit in bñdicti one dicēs. Benedicta tu in mulieribꝫ. i. bñ/dicta pl⁹ q̄ꝫ oēs mulieres. ac p h̄ q̇cq̇d male dictōis infuſum ē p euā totū abſtulit bñdi/ctio marie. Dicat ergo gabriel. dicat. benedicta tu i muli. Bñdicta inq̄ꝫ pter plenitudineꝫ gr̄e in te venerāde. bñdicta pter multitu/dinē miſcdie p te p̄ſtande. benedicta pt̃ cel ſitudinē pſone ex te incarnāde. bñdicta pt̃ magnitudinē gl'e ſup te cumulāde. Prio penſate cariſſimi quō v'e bñdicta eſt maria pter plenitudinē gr̄e in ipā venerāde. ſicut apte oñdit gabriel di. Aue gr̄a plena. dñs tecū. bñdicta tu in mulieribꝫ. Benedicta tu i muli. Bendicta tu qꝛ plena es tu. Inue niſti'xm̄ grām apud dñm. ꝛ iō tu es benedi cta apud dñm. Uñ btūs Bern. optime de hac benedictōe marie dicit. Per te acceſſū hēm⁹ ad filiū. o bñdicta int̃ mulieres. inuē/trix gr̄e. genitrix vite. mr̄ ſalutis. benedicta tu maria pter grām. Bñdicta inq̄ꝫ pt̃ gra tiā cordis. pt̃ grām oris. pter grām opis. Bñdicta vtiq̄ꝫ in corde pt̃ grām donorū. Bñdicta in ore pt̃ grām labioꝝ. Bñdicta in ope ppt̃ grām moꝝ. Uere bñdicta ē ma/ria ppter grām cordis, ppter grām donoꝝ in corde. ppt̃ quā cor ei⁹ fuit deliciosiſſimū ſic̄ paradiſus dei. ita vt de hac bñdicōe me

rito ĩtelligi poſſit illud Eccle. xl. Gr̄a ſicut paradiſus in benedictiōe. Ibi dicit interli. Fructificās diuerſas ſpecies v'tutum. De his felicibꝫ grāꝝ ꝛ v'tutū bñdictōibꝫ aplus dic̄ Eph. j. Qui bñdixit nos in oī bñdictōe ſpūali in celeſtibꝫ i xp̄o. Si ergo gr̄a mētē hu/manā in benedictōibꝫ v'tutū delicioſam fa/cit ſic̄ paradiſuꝫ dei. q̄nto mag' delicioſiſſi/ma aīa marie fuit ſic̄ paradiſus dei in bene dictōibꝫ donoꝝ ſpūſſcti. imo certe paradi/ſus dei non ſolū mente ſed etiā ventre fuit maria. ꝯtinens in ſe lignū vite ieſum xp̄m. Uñ btūs Bern. ait Uere paradiſus dei tu es. q̄ mūdo lignū vite ꝯtuliſti. de q̄ q̄ mādu cauerit viuet ineternū. Heu q̄ꝫ longe eſt ab hac benedictione marie. cuiuſcūq̄ꝫ mēs nō eſt paradiſus dei in benedictōibꝫ gr̄e. ſed ē ſentina diaboli i maledictōibꝫ malicie. Ta lis em̄ ſicut in pſ. dr̄. Dilexit maledictionē ꝛ veniet ei. ꝛ noluit benedictōnē. ꝛ elonga/bit̃ ab eo. Itē cariſſimi benedicta eſt maria nō ſolū ppter grām donoꝝ cordis. ſed etiā ppter grām labioꝝ oris. iuxta illud pſ. Dif fuſa eſt gr̄a in labijs tuis. ppterea benedi/xit te de⁹ ineternū. O q̄nta i orōnibꝫ deuo/tiſſimis. q̄nta in collatōibꝫ vtiliſſimis gr̄a i labijs marie fuit. O q̄nta ad homīes. q̄nta ad angelos. q̄nta ad dñm gr̄a ſemp fuit in labijs marie. Ipe nāq̄ꝫ de⁹ verba labioruꝫ ei⁹ libent̃ audiuit. teſtāte btō Bern. Qui al loquēs ipām dicit. Cui placuiſti ex ſilentio iā mag' placebis ex v'bo. cū ipe tibi clamet e celo. O pulchra int̃ mł'ieres fac me audi/re vocē tuā. Eya q̄ꝫ veraciſſima. q̄ꝫ ſinceriſſi ma ſp fuerūt marie labia. ꝛ iō vere bñdixit eā de⁹ ineternū. Heu q̄ꝫ longe ab hac ma/rie benedictiōe illi ſunt. q̄ꝝ labia labijs ma rie diſſil'ia ſunt. Illi inq̄ꝫ in q̄ꝝ labijs nō eſt gr̄a diffuſa ſꝫ malicia ꝯfuſa eſt. pterea non bñdixit ſꝫ maledixit. ꝛ maledicet eos de⁹ in eternū Itē cariſſimi bñdicta ē maria nō ſo lū ppt̃ grām donoꝝ cordis. nō ſoluꝫ ppter grām labioꝝ oris. ſꝫ ēt ppt̃ grāꝫ moꝝ ꝯuer ſatōis. Et de hac bñdictōe accipi pt qd dr̄ Hiere. xxxj. Bñdicat tibi dñs pulchritu/do iuſticie mons ſctūs. Mons ſctūs ē ſctā maria. q̄ bñ mōs dr̄ ppt̃ excellētiā meritoꝝ ppt̃ altitudīeꝫ vite ꝛ moꝝ. Hic ē mōs de q̄ ſic̄ i daniele legit̃. Lapis ſine māibꝫ abſciſ⁹ ē. dū xp̄s de maria ſine ope maritali nat⁹ ē. Pulcritudo h⁹ mōtꝭ pulcritudo inq̄ꝫ iuſti/cie. pulcritudo vite ꝛ moꝝ marie tāta fuit vt

merito in canticis de ipa dici poſſit. Tota
pul.es ami.m.ꝛc̃. Pulchra vtiqꝫ in vita.pul
chra in moꝝ diſciplina. ꝛ tota pulchra. To
ta certe tota. Quō tota. Audi Hiero.ait ei
ſic. Quicq̇d ī maria geſtū eſt totū puritas ꝛ
ſimplicitas.totū gr̃a ꝛ veritas fuit.totū mi
ſericordia ꝛ iuſticia q̃ de celo ꝓſpexit. Tali
pulchritudini marie dn̄s merito bn̄dixit.
Heu q̃ꝫ longe eſt ab iſta bn̄dictōe marie.q̇/
cūqꝫ talis ē in oꝑe ꝙ ſicut marie dr̄. Benedi
cat tibi dn̄s pulchritudo iuſticie. ſic ei dici
pōt. Maledicat tibi dn̄s turpitudo ĩiuſti/
cie. O q̃nta maledictio erit cū dicet̃. Diſce/
dite a me maledicti inetern̄ū. Ecce vidim⁹
o chariſſima maria ꝙ tu es vere bn̄dicta ꝑ
pter plenitudinē gr̃e. Bn̄dicta inquā ꝓpter
grām ꝯſcīe ꝛ donoꝝ.bn̄dicta ꝓpter grāꝫ lin
gue ꝛ labioꝝ.benedicta ꝓpt̃ grām vite ꝛ mo
rū. Scd̄o penſate chariſſimi quō ħe be/
nedicta ſit maria ꝓpter celſitudinē ſue bn̄di
cte prolis.ꝓpter benedictū fructū ſui vētrꝭ.
Merito em̄ t̃ra illa bn̄dicta ē.q̃ tā benedi/
ctū fructuꝫ ꝓfert. Vn̄ pſ̄. Bn̄dixiſti do.t̃.t.
Terra illa ē maria.de q̃ in eodē pſ̄.dr̄ Ve/
ritas ď ter.or.eſt Veritas ē xp̄s q̇ ait. Ego
ſum via.ṽitas ꝛ vita. Benedicta ē ꝫ hec t̃ra
ꝓpter bn̄dictū fructū. Bn̄dicta eſt maria ꝑ/
pter benedictū filiū. Vn̄ be.Ber̄.dicit. Nō
qꝛ tu benedicta.iō benedict⁹ fruct⁹ ventris
tui.ſed qꝛ ille te ꝑueniet in bn̄dictōib⁹ dul/
cedinis.iō tu benedicta. Igit̃ maria ꝗ̃ ꝯplē
piā benedicta. Bn̄dicta inquā a dn̄o.ab an
gelo.ab hoīe. Propt̃ prolē vtiqꝫ benedicta
eſt a dn̄o benedictionē ei⁹ oꝑante. bn̄dicta
ab angelo benedictōem ei⁹ nūciāte.benedi
cta ab hoīe benedictōem ei⁹ ꝓphetāte. Ve
re benedicta ꝓpt̃ prolē eſt maria a dn̄o be/
nedictionē ei⁹ oꝑante ſiue donāte. Hoc be
neſignatū eſt.ij. Reg.vj.vbi legit̃. Q bn̄di/
xit domin⁹ obededom ꝓpt̃ archā. Obede/
dom interꝑtat̃ ꝑuus ſanguineus. Et bene
ſignat xp̄m.q̇ ꝑuus nr̄ fact⁹ eſt ꝑuīēs nobis
miſerꝭ vſqꝫ ad ſanguinē. Propt̃ nos em̄ ſer
uus.ꝓpt̃ nos ſanguine⁹ fact⁹ eſt xp̄s. San/
guine⁹ in dorſo ꝑ flagella. ſanguine⁹ in ca/
pite ꝑ ſpinas.ſanguine⁹ in latere ꝑ lanceā.
ſanguine⁹ in manib⁹ ꝛ pedib⁹ ꝑ clauos. H⁹
ſerui dom⁹ fuit maria de q̃ in pſ̄.dr̄. Reple
bimur ī bonis dom⁹ tue. Archa in hac do/
mo locata xp̄m ſignat. Chriſt⁹ ei ꝑuus nr̄.
chriſtus vita nr̄a eſt. In archa vrna aurea
ꝛ mānā. Archa ſctā.carnē ſctāꝫ.vrna aurea

aīam xp̄i p̃cioſiſſimā.mān̄a vero diuinita/
tem dulciſſimā ſignat. Propt̃ hanc archaꝫ
ꝓpter ieſum xp̄m filiū marie dn̄s benedixit
domui marie. O ħe dom⁹ benedicta. ex q̃
oīm ꝓceſſit vita. Ait em̄ Aug⁹. Benedicta
tu ī mulierib⁹ q̃ vitā viris ꝛ mľierib⁹ peꝑiſti
Itē cariſſimi ꝓpt̃ prolē benedicta ē maria.
nō ſolū a dn̄o benedictōem ei⁹ oꝑante.ſed
etiā ab angelo bn̄dictionē ei⁹ nūciāte.ſicut
ptꝫ in gabriele dicēte.dn̄s tecū. Benedicta
tu in mľierib⁹. Quō tecū. Aug⁹.ait. Tecū ī
corde.tecū in vētre.iō benedicta tu ſecū.qꝛ
ſic eſt tecū. Tecū vtiqꝫ.tecuꝫ nō tm̄ ſic crea/
tor cū creatura.ſꝫ etiā ſicut part⁹ cū paritu
ra. Propt̃ partū ei benedicta es an̄ partū.
ꝓpter partū bn̄dicta es ī partu ꝓpt̃ partuꝫ
benedicta es poſt partuꝫ. Vere bn̄dicta q̃
ſic partū effudiſti.ꝙ ante partū. ꝛ in partu.
ꝛ poſt partū ṽgo ꝑmāſiſti.ꝛ iō p̃cipue bn̄di
cta dici meruiſti.qꝛ nō hoīem purū.nō an/
gelū veꝝ.ſed hoīem ꝛ angloꝝ dn̄m peꝑiſti.
Propt̃ qd̄ bene ait Beda ſic. Vere benedi
cta in mľierib⁹ q̃ ſine exēplo muliebꝛꝭ ꝯditi
onis cū decore ṽginitatis gauiſa ē honore
parentꝭ.ꝙ qꝫ mr̄ et virgo deum ac dei filiū
ꝓcreauit. Itē cariſſimi benedicta ꝓpt̃ pro/
lē eſt maria.nō ſolū a dn̄o benedictiōeꝫ ei⁹
oꝑante.nō ſolū ab angelo benedictōem ei⁹
nunciāte.ſed etiā ab hoīe benedictōem ei⁹
ꝓpherāte.ſic̃ ptꝫ in elyzabeth.q̃ exultāte in
vtero ei⁹ infante.repleta ſpūſcō ꝓpherādo
exclamauit di. Bn̄dicta tu int̃ mľieres ꝛ be
ne.fru.vē.t. Iō vtiqꝫ bn̄dicta.qꝛ benedict⁹
fru.vē.tui. ſic ager iō bn̄dict⁹ qꝛ benedict⁹
fruct⁹ ei⁹ ē. Maria em̄ ſrēs eſt ager ille be/
nedict⁹ de q̃ dr̄ Gen.xxvij. Ecce odor fi. m.
ſi.o.a.ꝑle.cui be.dn̄s. De h̄ btūs Hiero ait
ſic. Bene ager plen⁹ dr̄.qꝛ maria plena gr̃a
ꝓnūciat̃.de cui⁹ vtero credētib⁹ fruct⁹ vite
ꝓceſſit. O ħe ager ſuꝑ oēs agros bn̄dict⁹ ꝑ
pter fructū. O vere mr̄ ſuꝑ oēs mr̄es bene
dicta ꝓpt̃ filiū.ſm̄ qd̄ etiaꝫ exclamās beat⁹
Aug⁹.ait. O femīa ſuꝑ femīas benedicta.q̃
virū oīno nō nouit.ꝛ viꝝ ſuo vtero circūde
dit. Ecce vidim⁹ o dulciſſima maria. qꝛ tu
ꝓpter benedictū filiū ventrꝭ tui es vere be
nedicta benedictiōe diuīa.angelica ꝛ hūa/
na. Heu q̃ꝫ longe ab iſta bn̄dictōe marie ſc̃
q̇ ꝓpter maledictū fructū oꝑis ſui maledi/
ctionē īcurrūt diuā.angelicā ꝛ hūanā dum
maledicti a deo. maledicti ab angeľ. male/
dicti ab hoīb⁹ erūt ineternū. Tercio pen/

ſate chariſſimi quō vere bñdicta ſit maria
ꝓpter multitudinē miſcdie ſue. Ipa nāqȝ ꝑ
illā Ruth ſignat̄ de q̄ dr. Bñdicta es a do/
mino filia. qꝛ poſterē miſcdiam poſteriore ſu/
peraſti. Prior marie miſcdia fuit quā exhi/
buit duȝ adhuc viueret in mūdo. poſterior
vero ei⁹ miſcdia eſt quā iā ampli⁹ q̄ꝫ ꝑ mille
ducētos ānos exhibuit de celo. Poſterior
nāqȝ priorē ſupauit. qꝛ iſta illā multitudine
innumerabiliuȝ beneficioꝝ exceſſit. Quis
eſtimare poſſit q̄ꝫ ineſtimabilit̄ maria ꝓpter
miſcdiam ſuā ſit bñdicta cū ineſtimabil̄ ſit
ipa ei⁹ miſcdia. Et q̇s eſtimare pōt q̄ꝫ ineſti
mabilis ſit marie miſcdia ꝓpter quaȝ ipa tā
ineſtimabiliter eſt benedicta. Hinc ē ꝙ be/
atus Bern̄. exclamās dicit. Quis miſcdie
tue o benedicta longitudinē ⁊ latitudinē ⁊
ſublimitatē ⁊ ꝓfundum queat inueſtigare.
Benedicta ergo eſt maria ꝓ ml̄tiplici mīa
quā per eā hō recipit ⁊ recepit. Benedicta
vtiqȝ eſt. qꝛ ꝑ eā de⁹ homini placabil̄ eſt. be
nedicta quoqȝ ē. qꝛ ꝑ eā hō deo acceptabil̄
eſt. bñdicta inſup eſt. qꝛ ꝑ eā diabol⁹ homi
ni ſupabil̄ eſt. Dico chariſſimi ꝙ maria be/
nedicta eſt. qꝛ ꝑ eā de⁹ homini placabil̄ eſt.
ſicut ſignatū eſt in abygail de q̄ legit̄. j. Re/
gū. xxv. Q̄ cū dauid offenſus occidere vel/
let nabal ſtultū. abygail occurrens offenſo
placauit eū. Qui placat⁹ dixit. Bñdictum
eloquiū tuū. ⁊ benedicta tu q̄ ꝓhibuiſti me
ne irem hodie ad ſanguinē. ⁊ vlciſcerer me
māu mea. Nabal ſtult⁹ ſignat pctōrē. Om/
nis em̄ pctōr ſtult⁹ eſt. ſed heu ſic dr Eccs. j
Stultoꝝ infinit⁹ eſt numer⁹. Abygail ma
riā ſignat. interp̄tat̄ em̄ p̄ris exultatio. O
q̄nta p̄ris celeſtꝭ in maria. ⁊ marie in p̄re ce/
leſti fuit exultatio. cū ipſa dixit. Exultauit
ſpūs me⁹ in deo ſalu. meo. Sicut autē aby
gail dñāȝ noſtrā. ſic dauid dñȝ nr̄m ſignat.
Dauid aūt offenſus eſt ſtulto nabal. qn̄ do
min⁹ offenſus ē homī impio. Dauid nabal
ſtulto ꝑ abygail placat̄. qn̄ dñs impio ꝑ ma
riā reconciliat̄. Abygail placauit dauid ver
bis ⁊ muneribꝫ. maria placat dñm p̄cibus
⁊ meritis. Abygail vltionē tpalē. maria ve/
ro eternalē ꝯuertit. Dū illa humanū. iſta ve
ro dīnū gladiū ꝯuertit. Propt̄ h̄ bñ ait ber̄.
Nemo tā idoneus dñā q̇ gladio dñi ꝓ no/
bis manuȝ obijciat vt tu dei amātiſſima ꝑ
quā ꝓmū ſuſcepim⁹ miſcdiaȝ de manu dñi
dei nr̄i. Item chariſſimi maria nō ſolū bñ/
dicta eſt qꝛ ꝑ eā de⁹ homī placabilꝭ eſt. ſed

etiā ideo bñdicta eſt. qꝛ ꝑ eā hō dō accepta/
bilis eſt. eo ꝙ ꝑ ipam benedictā hō benedi/
ctus eſt. Vñ bene Iſa. xix. dr. ꝙ erit iſrl̄ be/
nedictio in medio terre. cui benedixit dñs
exercituū dicēs. Benedict⁹ ꝓplus meus ⁊c.
Mediuȝ terre cui benedixit dñs dici pōt/
beata ꝟgo in q̄ terre medio īchoata eſt ſalu
tis nr̄e bñdictio. iuxta illud pſ. Deus autē
rex nr̄ an̄. ſ. op. ē ſa. in m. terre. De hoc terre
medio btūs Bern̄. ſic ait. Maria mirabili
ꝓprietate terre mediū appellat̄. Ad illā enim
ſicut ad mediū. ſicut ad archanū dei. ſic ad
rerū cām. ſicut ad negociū ſeculoꝝ reſpici/
unt. ⁊ q̇ habitāt in celo. ⁊ qui habitāt ī infer
no. ⁊ qui nos p̄ceſſerūt. ⁊ q̇ nos ſequuntur.
Illi q̇ ſunt in celo vt reſartiant̄. q̇ in īferno
vt eripiant̄. qui p̄ceſſerūt ꝓphete vt fideles
inueniant̄. q̇ ſequunt̄ vt glorificent̄. In h̄ er
go bñdicto terre medio. bñdict⁹ eſt iſrael.
benedict⁹ eſt dei ꝓpl̄us. dū ꝑ benedictā dei
mr̄em deo eſt accept⁹. Quid mirū ſi ꝑ bene
dictā mariā bñdicta ⁊ accepta deo ſit crea/
tura rōnalis. cū etiā ꝑ ipam bñdicta ſit cre/
atura vniuerſalis. Vñ Anſel. exclamās di/
cit. O virgo bñdicta ⁊ ſupbñdicta. ꝑ cui⁹ be
nedictionē benedicit̄ oīs creatura. nō ſolū
creatura a creatore. ſed creator a creatura.
Itē chariſſimi Maria nō ſolū bñdicta eſt
qꝛ ꝑ eā dñs hoī placabil̄ ē. nō ſolū q̄ȝ bene/
dicta eſt qꝛ ꝑ eā hō dō acceptabil̄ ē. ſed etiā
ideo bñdicta eſt. qꝛ ꝑ eā diabolus homini
ſupabilis eſt. Vñ ipa ꝑ Iudith ſignata eſt.
de q̄ dicit̄. Benedixit te dñs in virtute ſua.
qui ꝑ te ad nihiluȝ redegit inimicos nr̄os.
Inimici nr̄i ſunt demōes quos btā ꝟgo ad
nihilū redegit. dū ⁊ in ſe ⁊ in multis alijs vi
res eoꝝ cōfregit. ſicut btūs Bern̄. teſtat̄ cū
ait. Tu bellatrix egregia. om̄is ante facieȝ
tuā militia ſpūaliū nequiciarū in fugā ē cō/
uerſa. Fugiam⁹ ergo frēs ⁊ ꝯfugiamus ad
auxiliū mr̄is dñi in om̄ibꝫ vexatiōibꝫ ⁊ im/
pugnationibꝫ diaboli. Ipa nāqȝ eſt inimi/
cis aīaꝝ nr̄āꝝ terribilis vt caſtroꝝ acies or
dinata. Et heu qꝛ multiplex eſt nr̄a miſeria
ꝓ q̄ benedictiōe marie indigem⁹ ⁊ miſcdia.
ideo hāc bñdictionē inuocem⁹ cū btō Ber̄.
qui ſic ait. Sit pietatꝭ tue virgo benedicta
ipam quā apud deū meruiſti gr̄am notā fa
cere mūdo. reis veniā. egris medelā. puſil/
lis corde robur. afflictis ꝯſolationē. ꝑegri/
nātibꝫ adiutoriū ⁊ liberationē ſctis tuis p̄/
cibꝫ obtinēdo. Ecce vidimus o dulciſſima

maria.qꝛ tu es ꝟe bñdicta ꝑ tua multiplici
miſicordia. Bñdicta inqꝫ es.qꝛ ꝑ te deꝰ hoi
placatꝰ Bñdicta es.qꝛ ꝑ te hõ dõ gratificatꝛ
bñdicta qꝛ ꝑ te diabolꝰ ab hoie ſupatꝛ. Heu
qꝫ lõge ab hac marie bñdictiõe eſt cuicunqꝫ
deꝰ placatꝰ nõ eſt.quicũqꝫ deo gratꝰ nõ eſt.q̊
cũqꝫ a diabolo ſubiugatꝰ eſt.ꝛ iõ talis a deo
maledictꝰ eſt. Quarto pẽſate charissimi q̊
modo ꝟe bñdicta ſit maria ꝓpter magnitudi
nẽ glꝛie ſue.iuxta illud Ezech.iij. Benedicta
glꝛia dñi de loco ſuo. Glꝛia dñi eſt glꝛioſa ma/
ter dñi.q̃ vere bñdicta eſt ꝓpter glꝛiam quaꝫ
hꝫ de loco ſuo duplici. Bñdicta inqꝫ de lo/
co q̊ filiꝰ eiꝰ apud ipam reqeuit i vtero. Bñ
dicta eſt de loco q̊ ipa apud filiũ reqeſcit i ce
lo. Vterqꝫ eñ locꝰ digniſſimꝰ eſt.ſic patet ꝑ
beatũ Berñ.dicẽtẽ ſic. Nec i mũdo locꝰ di/
gnioꝛ ꝟginalis vteri thalamo. in q̊ filiũ dei
maria ſuſcepit.nec i celis regali ſolio q̊ mari
am filiꝰ marie ſublimauit. Bñdicta g̊ eſt ma
ria ꝓpter glꝛiam ſuã.bñdicta vtiqꝫ ꝓpter glꝛiaꝫ
ſuã ſublimiſſimã.copioſiſſimã. ſtabiliſſimã.
Bñdicta dico ꝓpter glꝛiaꝫ ſuã ſublimiſſimã
dignitate.bñdicta ꝓpter glꝛiam ſuã copioſiſ/
ſimã immẽſitate.bñdicta ꝓpter glꝛiam ſuam
ſtabiliſſimã ꝑpetuitate. Dico chariſſimi ꝙ
bñdicta eſt maria ꝓpꝛ gloriã ſuã excellẽtiſſi/
mã dignitate. De hac bñdictõe accipi põt ꝟ
bũ pſ.dicẽtis. Bñdices corone anni.be.tu.
Nota ꝙ eſt annꝰ eq̃nimitatꝫ.annꝰ ſeueritatꝫ
annꝰ benignitatꝫ. Primꝰ annꝰ exulantiũ in
mũdo. Secũdꝰ eiulantiũ in inferno. Ter/
tiꝰ exultantiũ i celo. Primꝰ annus hꝫ dies ꝛ
noctes. Secũdꝰ hꝫ noctes ꝛ nõ dies. Terti
us hꝫ dies ꝛ nõ noctes. Dico ꝙ p̃mꝰ annus
hꝫ dies ꝛ noctes.i.bonos ꝛ malos.q̊ ſimul i
h̃ mũdo ſunt. Tot aũt ſunt dies ꝛ noctes i
hoc ãno q̊t ſunt boni ꝛ mali in mũdo. Se/
cũdus annꝰ hꝫ ſolas noctes.i. ſolos pecca/
toꝛes noctibꝫ tenebroſioꝛeſ. Tot aũt ſũt no
ctes in h̃ anno q̊t ſunt pctõꝛes in inferno.
Tertiꝰ annus hꝫ ſolos dies.ſ.ſolos bonos
die clarioꝛes. Tot autẽ ſunt dies i h̃ ãno q̊t
ſunt iuſti i celo. In p̃mo anno eq̃nimitatis.
boni ꝛ mali eq̃nimitꝛ tolerantꝛ. In ſcdo ãno
ſeueritatꝫ.mali ſeueriſſime cruciantꝛ. In ter/
tio anno benignitatꝫ boni benigniſſime co
ronantꝛ. Huiꝰ aũt anni bñdicti corona ẽ bñ
dicta ꝟgo maria. Ipa certe eſt corona oim
dieꝝ hꝰ anni.qꝛ ipa eſt corona oim ſctõꝝ ce
li. Corona eñ ſuꝑ caput poni ſolet.ſic Ma/
ria q̃ſi ſuꝑ capita oim ſctõꝝ locata ẽ.ſic teſta

tur beatꝰ Hiero.dicẽs. Exaltari meruit ſuꝑ
choros anglꝛoꝝ.ꝛ ꝑuenit vltra qꝫ nr̃e hũili/
tatꝫ eſt nata. Filiꝰ certe marie eſt ſũma ſcõꝝ
corona.maria ꝟo corona ſub corona. Patꝫ
g̊ qꝫ ſublimitꝛ bñdicta ſit corona nr̃a. mr̃ no
ſtra maria. Oẽs g̊ tã ſublimitꝛ bñdictã ſeq̃/
mur.bñdictã vtiqꝫ de q̊ beatꝰ Berñ.ait. Nõ
eſt nob̃ hic manẽs ciuitas.ſꝫ eã inq̃rimꝰ ad
quã hodie maria bñdicta ꝑuenit. Itẽ cha/
riſſimi bñdicta ẽ maria nõ ſolũ ꝓpter gloriã
eiꝰ excellẽtiſſimã dignitate.ſꝫ etiã ꝓpꝛ glꝛiam
eiꝰ copioſiſſimã imẽſitate.cuiꝰ copia tãta eſt
ꝙ ad oẽs diſtẽditꝛ.ꝛ iõ merito ab hoibꝫ bñdi
citꝛ.ſm ꝙ de ipa ꝑ ſignificatõꝫ dꝛ Judith.xv
Bñdixerũt eã oĩes vna voce dicẽtes. Tu
glꝛia hierlꝛm.tu leticia iſrlꝛ. tu honorificentia
ꝓplꝛi nr̃i. Bñdixerũt eã vtiqꝫ oẽs. Nota ꝙ dꝛ
oĩes.nã ois eſt ſignũ vniuerſale requirẽs
tria appellata. Et ecce q̃ſi tria appellata ſunt
deꝰ.angelꝰ.hõ.q̊ mariã bñdixerũt. Deꝰ vtiqꝫ
bñdixit mariã.pr̃ bñdixit mariã.ſpũſſanctꝰ
bñdixit eã.oĩes tres ꝑſone bñdixerũt eaꝫ.
Angelꝰ etiã bñdixit mariã. Prima hierar/
chia bñdixit eã.ſcda bñdixit eã.tertia bñdi/
xit eã.oẽs angeli bñdixerũt eã. Hõ q̊ꝫ bñdi
xit mariã.ꝯiugati bñdixerũt eã. vidue bñdi
xerũt eã.ꝟgines bñdixerũt eã.oĩes benedi
xerũt eã. Bñdixerũt aũt eã dicẽtes. Tu glo
ria hierlꝛm triũphãtꝫ.glꝛia inqꝫ oim ſanctoꝝ
tu leticia iſrlꝛ deũ ꝯtemplãtis. tu leticia inqꝫ
oim anglꝛoꝝ.tu honoꝛificẽtia ꝓplꝛi ꝑegrinãtꝫ
honoꝛificẽtia inqꝫ oim i mũdo iuſtoꝝ. Bñ/
dictꝰ g̊ ſit dulciſſimꝰ filiꝰ tuꝰ o maria.q̊ de co
pioſiſſima bñdictiõe tua tãta ꝓſtat bona in
celo ꝛ i terra.vt tã angeli qꝫ hoies gratulari
p̃nt cũ Anſel.q̊ ait. Hec tãta bona ꝑ benedi
ctũ fructũ bñdicti vẽtris bñdicte marie ꝓue
nerũt. Itẽ chariſſimi maria nõ ſolũ bñdicta
eſt ꝓpter glꝛiam eiꝰ ſublimiſſimã dignitate.ñ
ſolũ bñdicta eſt ꝓpter glꝛiam eiꝰ copioſiſſimã
immẽſitate.imo etiã bñdicta eſt ꝓpꝛ gloriaꝫ
eiꝰ ſtabiliſſimã ꝑpetuitate. Ipa nãqꝫ ꝑ do/
mũ illã ſignatꝛ de q̊ p̃mi Paralꝛ. xvij.dꝛ. Te
dñe bñdicẽte benedicta erit i ꝑpetuũ. Vere
in ꝑpetuũ.ſic etiã in pſalmo dꝛ. Propterea
bñdixit te dꝰ i etnũ. Si g̊ o dulciſſima ꝟgo
maria tu es ꝟe in mulieribꝫ ꝛ ſuꝑ mulieres.
imo etiã ſuꝑ viros.imo etiã ſuꝑ anglꝛos bñ/
dicta. Bñdicta inqꝫ ꝓpꝛ plenitudinẽ grẽ
quã inueniſti. bñdicta ꝓpꝛ celſitudinẽ ꝑ/
ſone quã genuiſti.bñdicta ꝓpꝛ multitudi
nẽ miſericoꝛdie quã exhibuiſti. bñdicta ꝓpꝛ

magnitudinē glīe quā ꝑcepiſti. Te igiẗ o ni
mis bn̄dicta īuocamꝰ.te īploramꝰ.te oramꝰ
cū beato Bernardo q̄ te bn̄dictā orans ait.
Fac o bn̄dicta ꝑ grāꝫ quā īueniſti.ꝑ ꝓroga/
tiuā quā meruiſti.ꝑ miſericordiā quā pepe
riſti.vt q̄ mediāte te fieri dignatꝰ ē ꝑticeps ī
firmitatꝭ ⁊ miſerie nr̄e.te q̄ꝫ intercedēte par/
ticipes nos faciat beatitudinis ⁊ glorie ſue.
Amen.

b Enedicta tu ī mulieribꝫ.De bn̄dicti
one nr̄e ꝟgis benedicte adhuc dica
mus.adhuc audiamꝰ. Felix maria
bn̄dicta.infelix ꝟo oīs aīa maledicta. male/
dicti oēs q̄bꝫ diceẗ. Diſcedite a me maledi/
cti ī ignē eternū. Maledicta certe oīs aīa vi
cioſa.bn̄dicta tu ꝟo maria ꝟtuoſa. Maledi
ctionē ꝑ ſeptē vicia capitalia mūdꝰ incurrit.
bn̄dictiōꝫ aūt ꝑ ꝟtutes ꝯtrarias maria obti
nuit. Bn̄dicta ē tu in mulieribꝫ o maria.be
nedicta vtiq̄ꝫ ꝓ hūilitate ꝯtra ſupbiā.ꝓ cha/
ritate ꝯtra inuidiā.ꝓ lenitate ꝯ̄ iracundiā.ꝓ
ſtrēnuitate ꝯ̄ accidiā.ꝓ liberalitate ꝯ̄ auari/
ciā.ꝓ ſobrietate ꝯtra gulā.bn̄dicta ꝓ caſtita/
te ꝯtra luxuriā. Primo audiamꝰ chariſſi/
mi quō bn̄dicta ſit maria ꝓ hūilitate ꝯ̄ ſup/
biā. Supbi em̄ maledicti ſunt ſicẗ ſcptū eſt.
Increpaſti ſupbos ma.q̄ de.a mā. tu. Con
tra hāc ſupbie maledictiōem maria obtinu
it hūilitatꝭ benedictiōem. Vn̄ ipa ꝑ vallē il/
lam ſignari pt ꝺ qua.ij. Paral.xx. diciẗ. Vo
cauerūt locū illū vallē benedictōis. Si oīs
humilis eſt q̄dā dei vallis. iuxta illꝺ Iſaie.
om̄is vallis exaltabiẗ.q̄nto magꝭ vallis fu/
it maria.q̄ tāta fuit hūilitate ꝓfunda Quid
mirꝝ ſi ipa fuit vallis vallium q̄ fuit humilli
ma hūiliū. O q̄ntis h̄ vallis bn̄dicta bn̄di/
ctionibꝫ ē exaltata ꝓ humilitate ſua tā ꝓfun
da.tā vtili.tā grata. Vn̄ beatꝰ Auguſtinꝰ ait
O ꝟe beata hūilitas marie . q̄ dn̄m homibꝫ
peꝑit.vitā mortalibꝫ edidit.celos īnouauit.
mundū purificauit.ꝑadiſum aperuit. ⁊ ho/
minū aīas ab inferꝭ liberauit . Vallis q̄nto
hūilior tāto receptibilior eſt aquaꝝ.ſic ⁊ ma
ria grāꝝ. Vallis aūt irrigatiōes aquaꝝ reci
pit q̄n̄q̄ꝫ a ſuꝑiori.q̄n̄q̄ꝫ ab inferiori. A ſupe/
riori q̄dē ꝑ pluuias de mōte defluētes. Ab ī
feriori ꝟo ꝑ aquas ꝺ fonte effluētes. Simi
liter humiẗ maria q̄ſi de ſuꝑiori ⁊ inferiori.q̄
ſi de mōte ⁊ fonte irrigata ē.cū de diuīa ⁊ hu
mana filij ſui naẗa tāta grāꝝ bn̄dictiōe infu
ſa eſt. Hec itaq̄ꝫ bn̄dictio eſt de q̄ legiẗ Iu/
dicū.j. Ex cū axa diceret pr̄i ſuo,da mihi bn̄
dictiōeꝫ.dedit ei pr̄ ſuꝰ irriguū ſuꝑiꝰ ⁊ infe/
riꝰ. Axa marie typū gerit.q̄ irriguā a pr̄e cele
ſti benedictōꝫ ſuſcepit. Dedit em̄ ei deus pr̄
irriguū ſuꝑiꝰ in xp̄i diuinitate.inferiꝰ vero ī
xp̄i hūanitate. Itē ſuꝑiꝰ in mēte.inferiꝰ ī vē/
tre. Itē ſuꝑiꝰ in charitate dei.inferiꝰ in chari
tate ꝓximi. Itē ſuꝑiꝰ in ꝯtēplatiōe.inferiꝰ in
actiōe. Vel certe pr̄ eiꝰ celeſtis dedit ei bn̄di
ctionē ineffabiẗ irrigui ſuꝑiꝰ in celis. inferiꝰ
in terris.vt ī celis bn̄dictōꝫ glīe.ī terris ꝟo
bn̄dictionē grēe poſſidēs bn̄dicta eſſet tā in
celo q̄ꝫ in terra.ſcḋm q̄ beatꝰ Bern̄.innuēs di
cit. Memēto maria q̄ xp̄s maledictiōꝫ ꝑtu
lit crucis q̄ te ſuā mr̄em bn̄dixit in celis.ſ; ⁊
in terris ab angelo bn̄dicta.⁊ a cūctis terre
generatiōibꝫ merito benedicta ꝑdicaris.

Secūdo chariſſimi audiamꝰ quō bn̄di/
cta eſt maria,ꝓ charitate ꝯtra inuidiā. Inui
di nāq̄ꝫ maledicti ſunt.ſicẗ de inuido cayn ꝺr
Gen̄.iiij. Maledictꝰ eris ſuꝑ terrā q̄ aperu/
it os ſuū ⁊ ſuſcepit ſanguinē frīs tui de ma/
nu tua. Cōtra inuidie maledictiōem maria
obtinuit charitatꝭ bn̄dictōꝫ. Vn̄ ipa bn̄ ꝑ ſa
rā ſignari pōt de q̄ dn̄s dixit Gen̄.xvij. Bn̄/
dicā ei ⁊ ex illa dabo tibi filiū cui bn̄dicturꝰ
ſum. Sara interp̄taẗ carbo.h̄ bene Marie
ꝯuenit.q̄ tanq̄ꝫ carbo ardore charitatꝭ igni/
ta fuit. Propẗ qꝺ etiā ipa bene ꝑ rubū ardē
tem ſignaẗ.ꝑ quā fideli cuilibet benedictō ē
tie miniſtraẗ. Unde Deuẗ.xxxiij.ꝺr. Bene/
dictio illiꝰ q̄ apparuit ī rubo veniat ſuper ca
put ioſeph. Ioſeph interp̄taẗ augmētū.⁊ ſi/
gnificat quēlibet fidelē diuina grā adauctū
Benedictꝰ rubꝫ. ⁊ benedictꝰ q̄ ꝑ incarnatōꝫ
apparuit ī rubo . ꝑ quē tāta venit ſuꝑ capita
fideliū benedictio. Et o ꝟe benedictꝰ carbo
tā benedictā flāmā ꝓducēs.benedicta Ma
ria.tā benedictā prolē gignēs. Ex illa iquit
dn̄s dabo tibi filiū cui bn̄dicturꝰ ſum. Pēſa
ē q̄ntā maria charitatē ad deū habuerit.cū
deꝰ filꝰ eiꝰ ſit corꝑalit.pēſa etiā q̄ntā ad ꝓxi/
mū habuerit cū bonꝰ ꝓximꝰ filꝰ eiꝰ ſpūaliter
ſit. Si aūt filij eiꝰ ſumꝰ.ē ⁊ frēs filij eiꝰ ſumꝰ
Et iō bene de iſta mr̄e benedicta diẗ Anſel.
O benedicta ⁊ exaltata nō tibi ſoli ſ; etiam
nob.q̄d eſt.q̄ꝫ magnū eſt.q̄ꝫ amabile ē qꝺ vi
deo ꝑ te euenire nob.qꝺ videns gaudeo . qꝺ
gaudēs dicere nō audeo.ſi em̄ tu dn̄a es mr̄
dei.nōne ⁊ alij filij tui ſūt frēs dei. Tertio
chariſſimi audiamꝰ quō benedicta ſit Ma
ria ꝓ lenitate ⁊ māſuetudine ꝯ̄ iracūdiā. Ira
cundi em̄ maledicti ſūt.ſicẗ ſcptū ē Gen̄.xlix.

Maledict⁹ furoꝛ eoꝝ qꝛ ꝑtinax. ꝛ indigna/
tio eoꝝ. qꝛ dura. Cõtra hãc ire maledictõez
maria obtinuit mãſuetudis bñdictiõz. Cu
ius reuera tãta fuit mãſuetudo ꝙ nõ ſoluz
ꝓpria ira caruit. ſꝫ etiã irã dñi ad mãſuetudi
nẽ ꝯuertit. Vñ ipa bñ ꝑ Abigail ſignaꝛ cui
dauid dixit. j. Re. xxv. Bñdictũ eloquiũ tuũ
ꝛ bñdicta tu q̃ ꝓhibuiſti me ne irẽ hodie ad
ſanguinẽ ꝛ vlciſcerer me manu mea. Ppꝛ̃
eſt h̃ mãſuetoꝝ mãſuetis ꝟbis frãgere iraz
offenſoꝝ. iuxta illð Prouer. xv. Rñſio moll'
frãgit irã. Mãſueta abigail mãſuetã mari/
am ſignat. Vis noſſe ꝙ̃ mãſueta fuerit ma
ria. audit beatũ Bern̄. Reuolue inq̇t dligẽ
tius euãgelice hiſtoꝛie ſeriẽ vniuerſam. et ſi
q̇d forte increpatoꝛiũ. ſi q̇d durũ. ſi q̇d deni
ꝙ̃ ſignũ tenuis indignatiõis occurrerit in
maria. de cetero ſuſpectã habeas ꝛ accedere
verearis. Q ſi plena mag̃ om̄is pietat̃ ꝛ g̃/
tie. plena mãſuetudinis ꝛ miſicoꝛdie inue/
neris q̃ ad eã ꝑtinẽt. grãs age ei q̇ talez tibi
mediatricẽ benigniſſima miſeratiõe ꝓuidit
in q̃ nihil poſſit eſſe ſuſpectũ. Dauid chꝛiſtũ
ſignat q̇ ꝑ mãſuetiſſimã mariã manſueſcit ꝛ
placaꝛ. ne ſe d̉ pctõꝛe ꝑ moꝛtẽ eternã vlciſca
tur. Om̄is eñ aĩa moꝛti eterna obnoxia an
belare nõ ceſſet ad tantã marie mãſuetudi/
nẽ. ꝑ qua ipa merito eſt bñdicta. Dico ergo.
Om̄is ſpũs moꝛibũd⁹ dicat cũ anſelmo di/
cẽte ſic. O tu bñdicta ſuꝑ mulieres q̃ ange/
los vinc̃ puritate. ſanctos ſuꝑas pietate. an
belat moꝛibũd⁹ ſpũs me⁹ ad tãte benigni/
tat̃ reſpectũ. ſꝫ erubeſcit ad tãti nitoꝛis aſpe
ctum. Quarto audiam⁹ chariſſimi q̃mõ
bñdicta ſit maria ꝓ ſtrẽnuitate ꝯtra accidiã
Accidioſi eñ maledicti ſũt. q̇ opa dei ſtrẽnue
ꝛ fideliꝛ nõ agũt. Vñ dꝛ Hiere. xlviij. Ma/
ledict⁹ q̇ facit op⁹ dei fraudulẽter. Cõtra toꝛ
poꝛis maledictõz maria meruit rigoꝛ̃ bene
dictiõem. Ipa nãꝗ ꝑ illã Jabel ſignata cẽ
poteſt q̃ clauo ſyſarã interfecit. Propter qð
Judicũ. iiij. dꝛ. Bñdicta inter mulieres Ja
bel ꝛc. Jabel interp̃taꝛ aſcẽdens. qð ꝯuenit
marie. q̃ nõ ſicut accidioſi dſcẽdit. ſꝫ ſtrẽnue
de ꝟtute in ꝟtutẽ de inferioꝛib⁹ ſꝑ aſcendit.
Juxta illud Cañ. iij. Que eſt iſta q̃ aſcendit
ꝑ deſertũ ſicut ꝟgula fumi. Iſta bñdicta Ja
bel q̇d fecit. certe clauo tabernaculi ſyſaram
interfecit. Syſara excluſio gaudij interp̃ta
tur. ꝛ bñ diabolũ ſignat. qꝛ a gaudio celeſti
excluſus etiã alios excludere feſtinat. Imo
heu nos oẽs excluſerat ꝑ matrẽ generis hu

mani. cui⁹ excluſiõis maledictio excluſa ẽ ꝑ
bñdictã mr̃em ſaluatoꝛ̃. Vñ bene venera/
bilis p̃ſbyter Beda ait. Bñdicta tu inꝛ mu
lieres. ꝑ cui⁹ partũ virgineũ a natis mulieꝝ
maledictõ ṗme matris excluſa eſt. Sed q̇d
ꝑ clauũ ſignaꝛ quo caput Syſare ꝑfoꝛatur
Quis eſt clau⁹ iſte niſi rigoꝛ diſciplĩe. Quid
eſt eñ rigoꝛ diſcipline accidioſis. niſi q̃ſi qui
dam clau⁹ in oculis. Rigoꝛ vtiꝗ diſcipline
clau⁹ eſt dyabolũ acerrime pungẽs. clauus
eſt dyabolũ rigidiſſime ꝯfigens. Benedicta
itaꝗ iabel caput ſyſare clauo interficiẽte cõ
fixit. qñ benedicta maria virtutẽ ſathane ri
goꝛe diſcipline in ſe extinxit. Bñdicta ğ iter
mulieres iabel. benedicta inter ml'ieres ma
ria. Inter q̃s mulieres. audi Bedã q̇ dicit.
Nõ ſolũ benedicta tu in mulierib⁹. ſed inter
mulieres bñdictas maioꝛi benedictiõe ſpe/
cialiter inſignis Quinto audiam⁹ cariſſi/
mi quõ benedicta ſit maria ꝓ liberalitate cõ
tra auariciã. Auari eñ maledicti ſunt. ij. pe
tri. ij. Coꝛ exercitatũ auari habẽtes maledi/
ctionis filij. ꝛ cetera. Cõtra hãc auari male/
dictiõem maria meruit largitat̃ ꝛ ꝓfuſiõis
benedictiõem. Ipa taꝗ vena fontana ſꝑ fu
it effluẽs. ſempꝛ larga. ꝛ iõ ꝟe bñdicta. Juxta
illud Prouerb. v. Sit vena tua benedicta.
In ꝑalib⁹ vena illa maria pl⁹ ꝙ̃ larga fuit.
qꝛ large ꝛ ꝑfecte om̄ia ꝯtempſit. Vñ ꝭm ex/
poſitiõem Haymonis. beata dei genitrix lu
nã ſub pedib⁹ habuit. qꝛ cũcta ꝑalia deſpe/
xit. O q̃nte gratie ꝑ hãc venã ad hoĩes de
fluxerũt. Sit ğ o eccl'ia vena tua benedicta.
ꝑ quã tibi tãta affluũt bona. ꝟe vena nobil'.
vena ſpũſancto plena. vena fontiſ vite. vena
ſalut̃ nr̃e maria. Per hãc nãꝗ venã fontis
vite xp̃s ad nos venit. ꝛ ꝑ hãc ad fontẽ vite
ihm xp̄m etiã nos venim⁹. ꝛ ideo vere eſt be
nedicta. Vñ beat⁹ Bernard⁹ ait. Per te ac/
ceſſum habem⁹ o benedicta inuẽtrix gratie
genitrix vite. maꝛ ſalut̃. vt ꝑ te ſuſcipiat noſ
q̇ ꝑ te dat⁹ eſt nob̃. Sexto audiam⁹ chariſ
ſimi quomõ bñdicta ſit maria ꝓ ſobꝛietate ꝯ̃
gulã. Guloſi nãꝗ maledicti ſunt. ſicut patet
in gula pꝛimoꝝ parentũ. ꝑ qua ꝛ ipi ꝛ totuz
gen⁹ humanũ maledictõem incurrerũt. Cõ/
tra hãc gule maledictiõem maria obtinuit
abſtinẽtie ꝛ om̄is tẽperãtie benedictionem.
merito eñ cõtra maledictiões gule in para
diſo materiali abũdauerũt benedictiões tẽ
perãtie in paradiſo ſpũali. Juxta illud Ec/
cleſiaſtici. xl. Grã q̃ſi ꝑadiſus ĩ bñdictiõib⁹.

Tantá gratiaꝝ copia in Maria abūdauit
vt etiá ipa gratioſa virgo gratia qͦdammo/
do dici poſſit. Hec aūt gratia videlicet gra/
tioſiſſima ꝟgo Maria fuit quaſi ꝑadiſus ĩ
bn̄dictiōibꝫ. Sicut em̄ in ꝑadiſo materiali.
gula Eue meruit maledictiões penaꝝ. ſic in
paradiſo ſpūali tꝑantia marie meruit bene
dictiões graꝝ. Vn̄ Aug⁹. ait. Maledictio
eue in bn̄dictiōem vertiꝭ marie. Sicut aūt
gula eue nō ſolū maledictōem in anima. ſed
etiá in corꝑe. ſic maria nō ſolū bn̄dictiōem ĩ
corꝑe. ſed etiá in aīa. nō ſolū benedictōꝫ ſpū
alem ſꝫ etiá corꝑalē obtinuit. Maledictō ei
eue guloſe. fuit parere cū dolore. bn̄dictō au
tem marie tēꝑate. fuit parere ſine dolore. te/
ſte beato Bernardo q̇ ait. Bn̄dicta tu ĩ mu/
lieribꝫ q̄ illā generalē maledictōnem euaſiſti
q̄ dictū eſt. In dolore paries filios. ꝛ nihilo
min⁹ illā qua dictū eſt. Maledicta ſterilis ĩ
iſrael. ac ſingularē ꝯſecuta es benedictiōem
vt nec ſteriꝭ maneas. nec cū dolore parias.

Septimo audiam⁹ chariſſimi quō bn̄di
cta eſt Maria ꝑ caſtitatē ꝯ luxuriá. Luxu/
rioſis đr. Maledict⁹ q̇ dormit cū vxore al/
terius ꝓximi ſui. ꝛ dicet oīs ꝑpl'us Amen. ſic
đr Deuꝭ. xxvij. Cōtra hāc icōtinētie maledi
ctiōnē maria meruit ꝯtinētie bn̄dictiōem. ſi
cut ſignatū pōt eſſe Judith. xv. vbi đr. Bn̄/
dixerūt eá vna voce dicētes. Tu glia hieru/
ſalē. tu leticia iſrl'. tu honorificētia ꝑpl'i q̄ feci
ſti viriliꝭ ꝛ ꝯfortatū eſt cor tuū eo ꝙ caſtita/
tem amauerꝭ. ꝛ poſt viꝝ tuū aliū neſcierꝭ. iō
man⁹ dn̄i ꝯfortauit te. ꝛ eris bn̄dicta ĩ eter/
nū. In hac caſta Judith bn̄dictiōe pōt bn̄/
dictio marie nō ſolū ſignari ſꝫ etiá ꝑ locuꝫ a
maiori ꝓbari. Si em̄ ſic benedicta ē vidua
caſta q̄to magꝭ ꝟgo caſta. maxime taꝭ ꝟgo
q̄ ꝛ deū parere. ꝛ certe ſic parere meruit ꝙ ꝟ/
ginitatē nō amiſit. Propꝭ qͦ bn̄ Beda dic̄.
Bn̄dicta eſt incōꝑabiliter q̄ ꝛ diuini germi
nis gliam ſuſcepit. ꝛ coronā ꝟginitatꝭ ſerua
uit. Notandū aūt eſt ꝙ in ſcripturꝭ ĩueni
mus. Bn̄dictā ꝯiugatā. bn̄dictā viduā. bn̄/
dictā virginē. Bn̄dicta ꝯiugata fuit Sara
de qua đr Thob. ix. Dicaꝭ bn̄dictio ſuꝑ vxo
rem thobie. Bn̄dicta aūt vidua fuit iudith.
ſicut oñſum eſt. De vidua q̄ꝫ bn̄dicta in pſ.
đr. Viduā ei⁹ bn̄dicēs bn̄dicā. Benedicta
ꝟo fuit ꝟgo maria. teſte angelo q̇ dixit. Bn̄/
dicta tu in mulieribꝫ. Bn̄dicta ğ q̄ ꝯiugaleꝫ
bn̄dicta magis q̄ viduale. bn̄dicta maxīe q̄
virginalē amauerit caſtitatē. Bn̄dicta certe
que cū ſara ꝛ ſuſanna fuerit caſta ꝯiugaliter
bn̄dicta magis q̄ cum Judith ꝛ anna fuerit
caſta vidualiter. benedicta maxime q̄ cū ma
ria fuerit caſta virginaliter. Propter qͦ be/
atus Auguſtin⁹ dic̄. Bonū ſuſanne in cōiu/
gali caſtitate laudam⁹. ſed tamē ei bonū vi/
due anne. ac multo magis ꝟginis marie an
teponim⁹. Vere dignū ꝛ iuſtū ē hoc. Dignū
eſt vt benedicta ſit. que cū viro ſuo viꝝ aliū
nō nouit. Juſtū magis eſt vt benedicta ſit q̄
nec cū viro ſuo nec poſt. viꝝ aliū non nouit.
Dignū ꝛ iuſtū eſt vt maxime bn̄dicta ſit que
nec ſuū nec aliū viꝝ nouit. ꝛ tn̄ viꝝ tá immē
ſum cōcepit. Ideoqꝫ Aug⁹. exclamans dic̄.
O femina ſuꝑ feminas bn̄dicta. que viꝝ om
nino nō nouit. ꝛ viꝝ ſuo vtero circumdedit.
Sic ğ chariſſimi ꝓ humilitate bn̄dicta. bn̄
dicta ꝓ charitate. benedicta ꝓ lenitate. bene
dicta ꝓ ſtrenuitate. benedicta ꝓ liberalitate.
benedicta ꝓ ſobrietate. benedicta ꝓ caſtitate
maria merito fuit. q̄ humilitate excellentiſſi
má. charitate opulētiſſima. lenitate patiētiſ
ſima. ſtrēnuitate feruētiſſima. largitate efflu
entiſſima. ſobrietate abſtinētiſſima. ꝟginita
te ꝯtinētiſſima fuit. Eya ergo tu tá multipli
citer benedicta. tu tá feliciter ſuper bn̄dicta
maria. Oram⁹ vt tua benedictiōe nos miſe/
ros abſolutos ab om̄i maledictiōe dignos
reddas diuina bn̄dictiōe. Per dn̄m noſtrū
ieſum xp̄m ꝛc̄.

Benedict⁹ fructus vētris tui. Oſten
ſum eſt ſupra quō Maria ꝓpter pu/
riſſimá vite innocētiá merito ꝑ Aue
ſalutaꝭ. quō ꝓpter copioſiſſimá grē affluenti
am merito gratia plena cōmemoraꝭ. quō ꝓ
pter familiariſſimá dei pſentiá domin⁹ ſecū
foꝛe inſinuaꝭ. Oſtēdendū aūt nūc eſt quō ꝓ
pter vtiliſſimá ꝓlis ſue excellentiaꝫ. merito
benedict⁹ fruct⁹ ventris ſui ꝓclamaꝭ. Bene
dictus ğ fruct⁹ ventris tui o benedicta ma/
ter filij dei. Hic eſt ille fructus de q̄ ꝓpha dic̄.
Domin⁹ dabit benignitatē. ꝛ tra noſtra da/
bit fruct⁹ ſuos. Qͦ exponēs Beda dic̄. De
dit dn̄s benignitatē. quia ingreſſu vnigeni
ti ſui virginalis vteri templū ſpūſſcti gratia
cōſecrauit. ꝛ terra noſtra dabit fructū ſuum.
qꝛ eadē virgo que de terra corp⁹ habuit. fili
um genuit. diuinitate quidē deo patri coeq̄/
lem ſed ſibi carnis veritate ꝯſubſtātialē. Cō
ſiderandū autē eſt ꝙ fruct⁹ iſte fruct⁹ gene/
roſiſſim⁹. fruct⁹ delicioſiſſim⁹. fruct⁹ virtuo/
ſiſſimus. fruct⁹ copioſiſſim⁹ eſt. Fruct⁹ ingē

generoſitate ſublimiſſimꝰ. fructꝰ delectabi/
litate deſiderabiliſſimuſ. fructꝰ virtuoſitate
vtiliſſimꝰ. fructꝰ copioſitate vniuerſaliſſimꝰ.
Primo cōſideremꝰ chariſſimi quō fructꝰ
vteri virginal' generoſiſſimꝰ ſit. Generoſus
quidē eſt. q2 de vtero regali eſt. Generoſior
aūt eſt. q2 de vtero ꝟginali eſt. Generoſiſſi/
mus certe eſt. q2 de vtero paternali. ꝺ vtero
inq̄ʒ pr̄is eterni eſt. Dico chariſſimi ꝙ gene/
roſus eſt fructꝰ iſte. q2 de vtero regali. de vte
ro inq̄ʒ regis Dauid ꝓdijt ſicut ſibi dn̄s ꝓ/
miſerat dicēs in pſalmo. De fructu ventris
tui ponā ſuꝑ ſedē tuā. Hoc aūt ꝓmiſſū apo
ſtolꝰ teſtaꝛ dicēs Roma. j. Qui factꝰ eſt ex ſe
mine dauid ſcḋm carnē. Et certe fructꝰ iſte ge
neroſus ⁊ nobilis eſt. nō ſolū ꝓpter regē Da
uid. ſʒ ⁊ ꝓpter om̄es illos nobiles reges ꝓge
nitores ſuoſ. ꝑ q̄s ſcḋm genealogiā a matheo
deſcriptā ꝓpagatꝰ ī mundū venit. Juxta il/
lud Sap. xviij. A regalibꝫ ſedibꝫ venit. Itē
chariſſimi fructꝰ iſte licet generoſus ſit ꝓpter
vteꝝ regalē. generoſior tamē eſt ꝓpter vteruʒ
virginalē. de quo dicit. Bn̄dictꝰ fructꝰ vētriſ
tui. vētris vtiq̄ʒ q̇ ſcḋm ꝙ in virga aaron ſigni
ficatū fuit. florē ꝟginitatis ſimul cū fructu fe
cunditatꝭ retinuit. Propter qꝺ bene beatuſ
Bern̄. ait. Naſcit xp̄s ex muliere. ſʒ cui fecū/
ditatꝭ fructꝰ ſic accedat vt nō decidat flos ꝟ
ginitatꝭ. Iſta fructꝰ virginal' nobilitas ſicut
mirabilior ita excellētior eſt q̄ʒ ꝑma. plus q̄ʒ
celi exaltent a terra. O ꝟe mirabilis ⁊ inau/
dita nobilitas. o vere nobil' de ꝟgine natiui
tas. Nobilitas (inq̇t Augꝰ) fuit naſcentꝭ in
ꝟginitate pariētis. ⁊ nobilitas pariētis ī di/
uinitate naſcētis. Itē chariſſimi fructꝰ iſte li/
cet generoſus ſit ꝓpter vterū regalē. genero/
ſior aūt ꝓpter vteꝝ ꝟginalē. generoſiſſimꝰ tn̄
ꝓpter vteꝝ paternalē. Vn̄ de iſto fructu acci
pi poteſt illud Oſee. xiiij. Ex me fructꝰ tuꝰ in
uentꝰ eſt. Originale habet tuꝰ. ſʒ ſeptuagita
habēt eiꝰ. Dicat ḡ deꝰ pr̄ ad mariā. dicat ad
fidelē aīam. dicat ad eccl'iam. Ex me fructꝰ
tuꝰ inuētꝰ eſt. tuꝰ o maria ad hūc fructū ꝓdu
cendū electa. Tuꝰ o aīa ad hūc fructū diligē
dū illecta. Tuꝰ o eccl'ia ad hūc fructū ꝑcipiē
dum collecta. Tuꝰ inq̄ʒ tuus. Tuꝰ certe cor
poraliter ꝑ aſſumptā naturā. tuꝰ ſpiritualit̄
ꝑ gratiā. tuꝰ ſacramētaliter ꝑ euchariſtiā. tu/
us eternaliter ꝑ gl'iam. Ex me tamē tuꝰ eſt.
q2 ex meo vtero genitꝰ eſt ſicut ī pſalmo ſcri/
ptum eſt. Ex vtero ante luciferuʒ genui te.
O vere nimis admirāda. nimiſq̄ʒ veneran/
da nobilitas. ꝙ fructꝰ ventris materni eſt fi
lius vteri eterni ⁊ ſapiētia cordis paterni. ſi/
cut ⁊ beatꝰ Bernardꝰ de iſto fructu ſcribēs
ait. Illiꝰ o Maria eris mater cuiꝰ deus eſt
pater. filiꝰ potētie ⁊ charitatꝭ erit corona tue
caſtitatꝭ. ſapiētia paterni cordis erit fructuſ
vteri virginalis. Iſta ḡ fructꝰ generoſiſſimi
huiꝰ nobilitas primā ⁊ ſecundā in infinituʒ
ſua dignitate p̄cedit. ⁊ omnē intellectū hūa
num ⁊ angelicū cū ſua ſublimitate excedit.
Ideoq̄ʒ bn̄ de hoc fructu dicit Iſa. iiij. Erit
germē dn̄i in magnificētia ⁊ gloria ⁊ fructuſ
terre ſublimis. In magnificētia ꝓpter rega/
lem. in gl'ia ꝓpter virginalē. ſublimis ꝓpt
eternalē ſiue paternalē generoſitatē Se/
cundo ꝯſideremꝰ chariſſimi quō fructꝰ vte/
ri ꝟginalis delicioſiſſimꝰ ſit. Delicioſus qui
dem eſt ī odore. Delicioſior in ſpecie. Delici
oſiſſimꝰ vero in ſapore. Decorē aūt eius fide
odorē ſpe. ſaporē eiꝰ charitate ꝑcipimꝰ. Di/
co chariſſimi ꝙ fructꝰ marie delicioſus ē ſu
aui odore. Vn̄ de ip̄o bene poteſt dicere ma
ter eiꝰ illud Eccī. xxiiij. Ego q̄ſi vitis fructi/
ficaui ſuauitatē odorꝭ. Fructꝰ vitis eſt ꝓles
ꝟginis. O tn̄ vere mirꝝ eſt. ⁊ mire veꝝ eſt. te
ſte Auguſtino. q̇ de h̄ fructu ſic ait. De crea/
tura creator omniū ꝓcreatꝰ naſcit. de riuu/
lo ſuo fons magnꝰ educit. radix omniuʒ de
virgulto ſuo naſcit. ⁊ vitis vera palmitis ſui
fructꝰ efficit. Fructꝰ vitis vinū eſt. odor vi/
ni delectabilis eſt. Sic certe odor exēplorū
xp̄i. odor ꝯſolationū xp̄i. odor ꝓmiſſionum
xp̄i valde delectabilis eſt aīme chriſtū ſitien
ti. Et iō ſicut odor vini ſitientē. ſic odor xp̄i
trahit poſt ip̄m currentē ⁊ dicentē Cātic. j.
Trahe me poſt te ⁊c. O nos miſeri heu nō
currimꝰ ſʒ vix ſcḋpimꝰ. ſignū ē ꝙ de odore hu
ius fructꝰ heu parū ſuſcepimꝰ. O ſi olfactū
iſaac haberemꝰ q̇ huiꝰ fructus odorē tā lon
ge p̄ſenſit. teſte beato Bern̄. qui ſic dic̄. Hu/
ius odoriferi fructꝰ fragrantiā ſentiebat q̇
dicebat. Ecce odor filij mei ſicut odor agri
pleni cui bn̄dixit dn̄s. Itē chariſſimi fructꝰ
iſte nō ſolū delicioſus eſt odore. ſed etiā deli
cioſior ē ſpecie ⁊ decore. De hoc nota quod
dicit Leuit. xxiij. Sumetiſq̄ʒ die primo fru
ctus arborꝭ pulcerrime. Primꝰ dies animā
illuminās eſt fides. Et certe ſi ſumere debe/
mus fructꝰ arboris pulcerrime. Arbor pul
cerrima eſt Maria. Pulcra quidē in folijs
oris. Pulcrior autē in floribꝫ cordis. Pul/
cerrima vero in pulcerrimo fructu ventris.

De quo beatꝰ Bernardꝰ infert ſic. Si inꝗt
fructus ille mortis non ſolū ſuauis fuit ad
veſcendū.ſed etiā teſte ſcꝑtura delectabilis
aſpectu.quāto magis huiꝰ vitalis fructꝰ vi/
uificū decorē debemꝰ inquirere.illū inqꝫ in
quē deſiderāt angeli ꝑſpicere. Pulcer vtiqꝫ
fructus xp̄s eſt ꝗ ſpecioſus forma pre filijs
hominū eſt. Si autē pleniꝰ cognoſcere vo/
lumus fructꝰ huiꝰ pulcritudinē recurramꝰ
ad ipaz arborē pulcerrimā.requiramꝰ ipaz
pulcerrimā eius mrēm.⁊ dicamꝰ illud Can
ticoꝝ.v.Qualis eſt dilectꝰ tuus ex dilect. o
pul.mu.Et ecce ipa reſpōdens ſtatim dicit.
Dilectꝰ meus candidꝰ ⁊ rubicūdus electꝰ
ex milibꝫ. Ipa candor lucis eterne.Cādidꝰ
quidē eſt diuinitate. rubicūdus aūt huma/
nitate.Candidꝰ quoqꝫ cōuerſatione. rubi/
cundꝰ paſſione.Ecce q̄ꝫ pulcer fructꝰ.ꝓpter
hoc bene de ipo dicit Auguſtinꝰ. Pulcer in
celis.pulcer in terris.pulcer in pr̄e ỽbū. pul
cer in mr̄e caro ⁊ ỽbum. Hec autē pulcerri/
ma arbor Maria non ſolū habet pulcerri/
mū fructū ventris.ſed etiā pulcerrimos ha
bet fructꝰ mentis.De quibꝫ apoſtolꝰ ad Ga
lath.v.ſcribens ait. Fructꝰ autē ſpiritus eſt
charitas.gaudiū.pax.patiētia.benignitas.
bonitas.longanimitas. māſuetudo. fides.
modeſtia.ꝯtinentia.caſtitas. Itē chariſſimi
fructꝰ iſte nō ſolū delicioſus eſt odore. ⁊ de/
licioſior decore.ſed etiā delicioſiſſimꝰ eſt ſa/
pore.Quod bn̄ illa ſancta aīa experta fu/
it que Cāticoꝝ.ij.dicit. Sub vmbra illius
quē deſiderabā ſedi.⁊ fructꝰ eius dulcis gut
turi meo. Quid mirꝝ ſi fructꝰ iſte tam dulcꝫ
eſt qui tā altus eſt.Dicit em̄ beatꝰ Bernar/
dus. Fructꝰ quanto altior tanto dulcior.&
tu ſolꝰ dulciſſimꝰ.quia tu ſolus altiſſimus.
Quomō aūt poteſt altiſſimꝰ eſſe ille fructuſ
cuiꝰ breuiſſima eſt arbor. Sed certe arbor
huiꝰ fructꝰ maria ⁊ altiſſima ſimul eſt ⁊ bre/
uiſſima.altiſſima dignitate.breuiſſima hūi/
litate.Altiſſima in oculis dn̄i.breuiſſima in
oculis ſuis Que licet ħ modo ſit breuis.fru
ctus tamē eiꝰ eſt valde dulcis. Unde Eccī.
xj.dicit. Breuis in volatilibꝫ eſt apis.⁊ initi
um dulcoris habet fructꝰ eius. Si igit fru
ctus vētris Marie in olfactu.in viſu.in gu/
ſtu.delicioſiſſimꝰ eſt. Et ideo vere bn̄dictus
eſt. Sicut etiā beatꝰ Bernardꝰ teſtatꝰ ē di/
cens. Benedictꝰ fructꝰ ventris tui. bn̄dictꝰ
in odore.benedictꝰ in ſapore.benedictꝰ i ſpe/
cie. Tertio chariſſimi cōſideremus quo/
modo virginalis vteri fructus ſit virtuoſiſ
ſimus. Nā reuera virtuoſus eſt ad perdito
rū ſaluationē.ad ſaluandoꝝ multiplicatio/
nem.ad multiplicatorū cōſeruationē.Dico
chariſſimi ꝙ fructꝰ iſte benedictus virtuo/
ſus eſt ad ſaluandū ſiue ad ſalutē.propt qȯ
etiā fructꝰ ſalutis dicit. Unde Eccleſiaſtici
ꝓmo. Corona ſapiētie timor dn̄i.replēs pa/
cem ⁊ ſalutꝫ fructū.Quid eſt qȯ dicit pacē ⁊
fructū.fructꝰ ſalutis noſtre et pax noſtra. il/
le eſt qui fecit vtraqꝫ vnū ieſus chriſtus. Et
certe hūc fructū.hanc pacē timor dn̄i reple/
uit.teſte Iſaia ꝗ ait. Et replebit eū ſpiritus
timoris dn̄i. Bene aūt dicit fructꝰ ſalutis ſi
ne quo nulla ſalꝰ eſt nobis.iuxta illud Actu
um.iiij. Nō eſt in aliquo alio ſalus. Et Anſ/
helmꝰ. Nō eſt inquit ſalꝰ niſi quē tu ỽgo pe/
periſti. Tu igit o Maria vere es arbor ſalu
tis que mūdo portaſti fructū ſalutis. Sic
beatus Bern̄ exclamās dicit. O vere celeſtis
planta p̄cioſior cūctis.ſanctior vniuerſ. O
vere lignū vite qȯ ſolū fuit dignū portare ſa
lutis fructū. Sed heu multi fructū iſtū ſa/
lutiferū faciūt mortiferū.fructūqꝫ tam mel
liferū ſibi cōuertunt in abſinthū eternum.
ſicut Amos ꝗnto dicit. Cōuertiſti in ama/
ritudinē iudicij.⁊ fructꝰ iuſticie in abſinthi
um. Itē chariſſimi fructꝰ iſte valde eſt ỽtuo
ſus.nō ſolū virtute ſaluatiua.ſed etiā virtu/
te multiplicatiua. Unde etiā in bono expo/
nere poſſumꝰ qȯ ſcriptū eſt. A fructu frumē
ti vini ⁊ olei ſui multiplicati ſunt.vt frumen
tū ad corpꝰ chriſti. oleū ad animā chriſti.vi/
nū ad diuinitatē xp̄i referamꝰ. Fructū quo
qꝫ frumēti ad ſacramentū corporis xp̄i. Fru/
ctum aūt vini ad ſacramentū ſanguinis xp̄i
Fructū vero olei ad vnguentū ſpiritusſan/
cti referre poſſumꝰ. Ab hoc ergo fructu mul
tiplicati ſunt filij in eccl'ia.⁊ multiplicata eſt
eccl'ia in filijs. Nā om̄es filij ventris eccleſie
ſunt hereditas ⁊ merces fructꝰ ventris ma
rie.ſicut in pſalmo dicit. Ecce hereditas do
mini filij merces.fructꝰ ventris. De hoc qꝫ
beatꝰ Hieronymꝰ ait. Ipe dn̄s natꝰ ex vir/
gine factꝰ eſt fructꝰ vētris.cuiꝰ aſſumpta hu
manitas hāc accepit mercedē. vt gētes vo/
cate in filijs ſint hereditas eius. Itē chariſ
ſimi fructꝰ iſte benedictꝰ non ſolū ỽtute ſal/
uatiua virtuoſus.nō ſolū virtute multipli/
catiua virtuoſior.ſed etiā virtute cōſeruati/
ua virtuoſiſſimꝰ ē. Unde de hoc fructu poſ
ſumus accipe illud Prouerbioꝝ.xj. Fructꝰ

ſuſti lignū vite. Sicut em̄ lignū vite qđ fuit
in medio paradiſi terreſtris virtutē habuit
ſeruandi vitā nature. ſic certe fructus ven/
tris marie. qui eſt lignū vite. ⁊ fructus vite ī
medio paradiſi eccleſie cōſeruat vitā gratie.
in medio paradiſi celeſtis patrie vitam glīe
Cōſeruat quidez vitā gratie a corruptione
culpe. vitā vero glorie a corruptōe oīs mi
ſerie. vt ſic recipiamꝰ in fructu marie qđ ami
ſimus ī fructu adā ⁊ eue. ſicut bene notauit
Beda dicēs. Benedictꝰ fructus vētris illi/
us. ꝑ quē ⁊ ſemen incorruptiōis in agro ſu/
perne hereditatis quē in adā perdidimus.
fructū recipimꝰ. Sit ergo benedictꝰ fructꝰ
marie ſalutē dando ſpiritualiter. ſaluādos
multiplicādo vniuerſaliter. multiplicatos
cōſeruando eternaliter virtuoſiſſimus.

Quarto conſideremꝰ chariſſimi quomo
do ꝟginalis vteri fructꝰ ſit copioſiſſimꝰ. Re
uera em̄ tā copioſus eſt ꝙ animā plene pōt
reficere. tā copioſus eſt ꝙ oīb; poteſt ſuffi/
cere. tā copioſus eſt ꝙ nunq̄ȝ poteſt deficere
In ꝑmo quidē copioſus. in ſecūdo copioſi/
or. in tertio copioſiſſimꝰ eſt. Dico chariſſi
mi ꝙ fructꝰ iſte benedictꝰ tam copioſus ē ꝙ
animā rationalē quā totꝰ mūdꝰ oīſq; cre
atura ſatiare n̄ poteſt. fructꝰ iſte ad ſatietatē
reficere poteſt. Unde ſcriptū eſt. De fructu
operū tuoꝝ ſatiabiť terra. Fructꝰ ventris
marie eſt fructꝰ operū tuoꝝ dn̄e. Tuoꝝ vti/
q; tuoꝝ. nō humanoꝝ. non mortaliū. ſ; tuo
rum. Tuū em̄ dn̄e opus eſt tāte virginis ꝑ
paratio. tuū opꝰ eſt gabrielis miſſio. tuū opꝰ
ſpiritusſancti ſupuentio. tuū opus eſt verbi
⁊ carnis vnitio. Taliū operū tuoꝝ domine
eſt fructꝰ iſte. quia de talib; operib; quaſi de
quibuſdā floribȝ proceſſit fructꝰ iſte. Unde
etiā in nazareth qđ flos interpretať bn̄ appa
ruerūt flores iſti. Dicit em̄ beatꝰ Bernardꝰ
In nazareth nunciať chriſtꝰ naſciturꝰ. quia
in flore ſperať fructus ꝓceſſurꝰ. Terra que
iſto fructu ſatiať eſt aīma humana q̄ ad mo
dum terre ſemꝑ eſt germinatiua. ſiue vtiliū
ſiue inutiliū herbaꝝ. id eſt. cogitationū ⁊ de
ſideriorū. Iſta inq̄ȝ terra fructu marie ſatia
tur. ſicut ſcriptū eſt. Satiabor cū apparue/
rit gloria tua. Quid mirꝝ ſi in gloria ſatienť
hoc fructu fruētes cū etiā in miſeria ſatien/
tur credentes. Unde Caſſiodorꝰ exclamās
dicit. O fructꝰ ille mirabilis qui humanuz
genus dulciſſima credulitate ſatiauit. Un/
de non guſtare peccare eſt. Uide ergo q̄ȝ co

pioſus iſte fructus eſt qui animā ſatiare po
teſt. quā totus mūdus ſatiare nō poteſt. Itē
chariſſimi fructus iſte benedictus nō ſoluz
tam copioſus eſt ꝙ animā inſatiabilē poteſt
plene reficere. ſed etiā tā copioſus eſt ꝙ vni/
uerſitati ſaluādoꝝ poteſt bene ſufficere. Hic
enim eſt fructꝰ arboris illiꝰ glorioſe. de qua
diciť Dan̄. iiij. Fructus eiꝰ nimiꝰ. ⁊ eſca vni
uerſorum in ea. Uniuerſoꝝ certe in dn̄o vi
uentiū. quieſcentiū. reſurgentiū. Sicut pul
cre ſignatū poteſt eſſe Leuiť. xxv. vbi diciť.
Dabo vobis benedictōem meā anno ſexto
⁊ faciet fructus triū annorū. Annus ſextus
etatē ſextā. ſeptimus ſeptimā. octauꝰ octauā
ſignat. Iſte annus ſextꝰ eſt annꝰ plenitudi/
nis. ſm̄ illud apoſtoli Gal. iiij. At vbi venit
plenitudo tēporis. miſit deꝰ filiū ſuum. ⁊c.
Hic itaq; annus ꝓtulit fructū dei filiū. fru/
ctum vtiq; tā copioſum ꝙ per ip̄m anno ſe/
xto viuentiū. anno ſeptimo quieſcentiū. an/
no octauo reſurgentiū habemꝰ oēs fructꝰ
animaꝝ noſtraꝝ. Ip̄e ergo eſt fructꝰ ſuffici
ens vniuerſitati animaꝝ noſtraꝝ. q; eſt do/
minus ſufficiēs vniuerſitati creaturaꝝ. Hic
autē eſt fructꝰ ventris marie. teſte Auguſti/
no qui ait. Illa virgo ſingulari gratia ꝑuen
ta eſt atq; repleta. vt ip̄m haberet ventrꝭ ſui
fructū. quē ex initio habet vniuerſitas dn̄m.
Itē chariſſimi fructus noſter benedictꝰ nō
ſolū in hoc copioſus eſt ꝙ animas ſatiādas
poteſt ad ſatietatē reficere. nō ſolū in hoc co
pioſior eſt ꝙ animaꝝ ſatiandaꝝ poteſt vni/
uerſitati ſufficere. ſed etiā tā copioſiſſimꝰ eſt
ꝙ ſatiādis animab; ⁊ angelis nunq̄ȝ pōt de
ficere. iuxta illud Ezechiel. xlvij. Non defi/
ciet fructus eiꝰ. O infinita copia. o copia de
fectus neſcia Deficere vtiq; nō poteſt copia
huiꝰ fructus in eternū. cū ſit copioſiſſime be
nedictꝰ in eternū. Ait em̄ beatꝰ Bernardꝰ.
Benedictus fructꝰ ventris tui qui eſt bene
dictus in eternū. Sic ergo fructus iſte bn̄/
dictus copioſus eſt dū ad ſatietatez reficit.
copioſior dū ſatiandoꝝ vniuerſitati ſufficit
copioſiſſimꝰ dū ſatiādis in ꝑpetuū non de/
ficit. Uides nūc o lector. vides o auditor q̄ȝ
generoſiſſimꝰ. q̄ȝ delicioſiſſimus. q̄ȝ copioſiſ
ſimus ſit fructꝰ ventris marie benedictus.
Uides inq̄ȝ quomō ſit generoſus ex vtero
regali. generoſior ex virginali. generoſiſſimꝰ
ex paternali. Uides etiā quomō delicioſus
ſit odore. delicioſior decore. delicioſiſſimus
ſapore. Uides nihilominꝰ quō ꝟtuoſꝰ ſit ad

ċurandū.virtuoſioꝛ ad multiplicandū. ꝟtu
oſiſſimꝰ ad cōſeruandū. Uides inſuꝑ quo/
modo copioſus ad ſatietatē.copioſioꝛ ad
vniuerſitatē.copioſiſſimꝰ ad ꝑpetuitatē. De
duodecim ꝯditiōes huiꝰ fructꝰ ſignari pn̄t
ꝑ illos.xij.fructꝰ de q̇bꝫ Apoc̄.xxij.dr̄. Ꝙ an
gelꝰ Johi oñdit lignū vite afferēs fructꝰ.xij
Et qꝛ fructꝰ iſte fructꝰ vite.lignū vite.om̄ibꝫ
hoibꝫ ad vitaꝫ ꝓducit̄.iō merito oīs homo
ad laudādū huiꝰ fructꝰ auctoꝛē inducit̄ . ſic̄
ſcṗtū eſt. Cōfiteāt̄ tibi ꝑpl'i deꝰ cōfiteant̄ tibi
ꝑpl'i oēs ter. dc.f.ſ. Eya nūc bn̄dicta mat̄ hu/
ius bn̄dicti fructꝰ.fac vt h̄ fructu fruamur ī
eternū. Per eundē fructū dn̄m noſtꝝ ieſuꝫ
xp̄m filiū tuū Amen.

Enedictꝰ fructꝰ vētris tui. Poſtq̄m
tenuiter vidimꝰ de fructu vētris ma
rie q̄lis ⁊ q̄ntꝰ ſit ⁊ credat̄. videamꝰ
mō quoꝝ ſit.⁊ quibꝫ debeat̄. Fructꝰ nāq̄ꝫ iſte
nō ſolū eſt fructꝰ vētris ſꝫ etiā mētis . Fru/
ctus eſt vētris ſoliꝰ marie.fructꝰ aūt mētis
cuiuſlibet fidelis aīe. Fructꝰ vētris ꝑ carnē
fructꝰ mētis ꝑ fidē. Un̄ ſanctꝰ Ambꝛoſiꝰ ait.
Si ſc̄m carnē vna mater eſt xp̄i.ſc̄m tn̄ men
tē omniū fructꝰ eſt xp̄s. Om̄is eīn aīa ꝯcipit
dei verbū īmaculata ⁊ īmunis a vicijs Igit̄
ſc̄m Amb̄.quecūq̄ꝫ mēs hūc fructū ſibi volu
erit adeſſe.debet a vicijs īmunis eſſe. Chꝛi
ſtus eīn fructꝰ eſt mētis nō vicioſe ſꝫ ꝟtuoſe
nō vicioſe ꝑ ſeptē vicia capitalia ſꝫ ꝟtuoſe cō
tra ſeptē vicia capitalia. Fructꝰ g̊ iſte eſt fru/
ctus humiliū ꝯtra ſuꝑbiā.fructꝰ amātiū cō
tra inuidiā.fructꝰ mitiū ꝯ irā.fructꝰ laboꝛan
tiū ꝯtra accidiā.fructꝰ liberaliū ꝯtra auari/
ciā.fructꝰ abſtinentiū ꝯ gulā.fructꝰ ꝯtinētiū
ꝯtra luxuriā. Prio chariſſimi videamus
quō fructꝰ iſte bn̄dictꝰ ſit hūiliū ꝯ ſuꝑbiam.
De h̄ eīn accipe poſſumꝰ qꝺ dr̄.iiij. Reg.xix.
Quócūq̄ꝫ reliquū fuerit de domo iuda mittꝫ
radicē deoꝛſum ⁊ faciet fructū ſurſū. De do/
mo iuda fuit beata maria.de domo iuda eſt
q̄libet fidelis aīa. Illa coꝛꝑalit̄.iſta ſpūalit̄.
Illa ꝑ carnē.iſta ꝑ fidē. Et iō nō ſolū maria
ſed etiā quilibet fidelis volēs facere fructū
ſurſum debet radicē mittere deoꝛſum. Ra/
dix aūt deoꝛſum mittēda.humilitas eſt.que
ad modū radicis ſemꝑ ad ima tendens eſt,
Huiꝰ benedicte radicis arboꝛ quanto fue/
rit ꝓcerioꝛ.tāto radix ipa debet eſſe pꝛofun
dioꝛ. Iuxtā illud Eccl̄i.iij. Quanto magnuſ
es humilia te in om̄ibꝫ.⁊ coꝛā deo inuenies
gratiā. Alioquin arboꝛ quanto maioꝛ eſſet,
tanto citiꝰ vento inflatiōis ſubuerteretur.ſi
non magna ⁊ ꝓfunda humilitatiſ radice fir
maretur. Penſemꝰ ergo quantū illius ꝟge
radix ꝓfunda fuerit que ſic in ſublime excre
uit ꝙ fructū angelis altioꝛem ferre meruit.
fructū vtiq̄ꝫ de quo beatus Ambꝛoſius ait.
Ipe fructꝰ eſt flos radicis.de qua Iſa. Ex
iet inquit virga de radice ieſſe.⁊ flos de radi
ce eius aſcēdet. Quecūq̄ꝫ aīma hāc humili/
tatis radicē deoꝛſum miſerit.ipa hūc ſurſuꝫ
habebit. Surſuꝫ inq̄ꝫ in alto intellectu.ſur
ſum in alto affectu.ſurſum in cōtemplatio/
ne.ſurſum in dilectiōe. Sic ergo fructꝰ iſte
benedictꝰ humiliū eſt. Ideo maria ſuꝑ om/
nes homīes fuit hoc digniſſima. qꝛ ſuꝑ om
nes homīes humilitate fuit radicatiſſima.
Propter qꝺ bn̄ beatꝰ Bern. exclamans di/
cit. O virgo virga ſublimis ad quantā celſi
tudinē verticē ſanctā erigiſ. vſq̄ꝫ ad thꝛonū
maieſtatis.quoniā in altū mittis radicē hu
militatis Secūdo videamꝰ chariſſimi q̄
modo fructꝰ iſte benedictꝰ ſit amantiū deū
⁊ ꝓximū contra inuidā. De hoc accipe poſ/
ſumꝰ illud p̄s. Ecce hereditas dn̄i filij mer
ces fructꝰ ventris. Hoc expōnēs beatꝰ Am
bꝛoſiꝰ ait. Hereditas dn̄i filij.ſunt.q̇ merceſ
ſunt fructꝰ illiꝰ qui de marie ventre pꝛoceſſit
Multi ergo filij ſunt merces vnici filij qui
eſt fructꝰ vētris benedicti. Sed vbi vel q̄n
meruit hāc mercedē. Meruit certe naſcen/
do.meruit in p̄ſepio iacēdo.meruit circūci/
ſionē ſuſtinēdo.meruit docēdo.meruit ope
ra ſalutis noſtre exercēdo.meruit moꝛiēdo.
Meruit inq̄ꝫ nobis.xxxiij. annis nobis ſ'/
uiendo. Et ꝓpter hoc iuſtiſſime hanc merce
dē exigit dicēs Zach.xj. Si bonū eſt in ocu
lis veſtris afferte mercedē meā. Sed certe
nō ſolū filij ſunt merces fructꝰ ventris. ſed
ipſe fructus vētris ſanctiſſimi eſt merces fi/
lij cuiuſlibet adoptiui. Qui autē ſunt iſti fi/
lij.audi. Filioꝝ eſt diligere patrē ⁊ patris fi
lios. Filij ergo dei ⁊ filij eccleſie ſunt quicū/
q̄ꝫ deū ⁊ pꝛoximū diligūt. Un̄ apoſtolus ad
Ephe. v. Eſtote imitatoꝛes dei ſicut filij ca
riſſimi.⁊ ambulate in dilectiōe ⁊c̄. Et Mat
thei.v.dicit̄. Diligite inimicos veſtros.bene
facite his q̇ oderūt vos.⁊ oꝛate ꝓ ꝑſequētibꝫ
⁊ calumniātibꝫ vos vt ſitis filij patris veſtri
qui in celis eſt ⁊c̄. Tales ergo filij videlicet
amatoꝛes dei ⁊ pꝛoximi ſunt merces huius
fructus benedicti.taliūq̄ꝫ filioꝝ merces eſt
ipe fructꝰ bn̄dictus . Sic igitur fructus iſte

diligentiū eſt.ꝛ ideo maria ſup omes homi/
nes fuit h fructu dignissima. qꝛ ſup oēs ho
mines fuit caritate affectuoſiſſima. Propt
qd bñ ait beat⁹ Aug.ſic. Quis dubitare po
terit omino in affectiōez charitatꝭ tranſiſſe
viſcera marie in qbꝫ ipa que de⁹ eſt charitas
nouē menſibꝫ corꝑaliter requeuit. Tertio
chariſſimi videam⁹ quomō fruct⁹ marie be
nedict⁹ ſit patientiū ꝛ mitiū cōtra irā. De h
accipiam⁹ qd dicit Job.xxij. Acqeſce g illi ꝛ
habeto pacē.ꝛ ꝑ h habebis fruct⁹ optimos.
Acquieſcere ꝛ pacē habere eſt mitiū ꝛ patiē/
tium. Qui autē tales ſunt.ipi ꝑ hec fructus
optimos habebūt. Duo aūt optimi ſūt fru/
ctus.vn⁹ virtutꝭ.alter vētris. Optimus fru
ctus mentis eſt charitas.de qua aplus ait.
Fruct⁹ autē ſpūs. Fruct⁹ qui ibi enumerā
tur.alij quidē ſunt boni. alij vero meliores.
ſꝫ pmus q eſt charitas optim⁹ eſt.ꝑ quē alij
omes ſicut oſtēdit Auguſtin⁹ boni ſūt. Op/
timus aūt fruct⁹ vētris eſt chriſt⁹. Ille nāqꝫ
bon⁹ fruct⁹ vētris eſt quicūqꝫ in vētre ſancti
ficat⁹ eſt. Ideoqꝫ bon⁹ eſt fruct⁹ ventris eli/
zabeth. Melior autē fruct⁹ ventris Anne.
Optim⁹ aūt fruct⁹ vētris marie. Bon⁹ autē
fruct⁹ ventris elizabeth iohānes. Melior
fruct⁹ anne maria. Optim⁹ fruct⁹ marie Je
ſus. Pēſa frater qs ſit iſte fruct⁹.ꝛ de q terra
ſit ꝓduct⁹.ꝛ videbis ꝙ eſt optim⁹. Audi hie
ronymū q ait. Fruct⁹ eſt vgo de vgine.dñs
de ancilla.de⁹ ex hoīe.fili⁹ ex matre fructus
eterni. O felices q in omniū caſtigationū di
ſciplina animū tā patientē habēt ꝛ tā ꝑatuz
ꝙ ex h iuſtiſſime ꝯſequunt fructū patiētiuz
fructū pacatiſſimū.de q ad Hebre.xij.loqt
Omis inqt diſciplina in pſenti quidē nō vi
det eſſe gaudij ſꝫ meroris.poſtea aūt fructū
pacatiſſimū exercitatis ꝑ eā reddet iuſticie.
Exercitatā g patientiā habētes fructū opti
mū referūt.iuxta illud Luc.viij.fructū affe/
runt in patiētia. Sic ergo fruct⁹ iſte benedi
ctus eſt patientiū ꝛ mitiū. ꝛ ideo maria ſup
oms hoies fuit hoc fructu digniſſima.quia
ſup oms hoies fuit mitiſſima.ita vt nec ocu
lo nec verbo nec facto tenuiſſimū impatien
tie ſignū oſtēdit ꝛ patiētiſſima teſte ambro/
ſio q ait. Nihil toruū in oculis marie. nihil
in verbis ꝓcax.nihil in actu vereccundum.
Quarto chariſſimi videam⁹ quomodo
fruct⁹ Marie ſit exercentiū ſe ꝛ laborantiū
contra accidiā. De hoc dicit Sapientie.iij.
Bonorū laboꝝ glorioſus eſt fruct⁹. Querē
dus g eſt fruct⁹ iſte cū exercitio laboris. ſm
ꝙ apis querit fructū mellis. Fructū inqꝫ d
quo Eccl.xi. dicit. Breuis in volatilibus ē
apis.ꝛ initiū dulcoris habet fruct⁹ ei⁹. Con
ſidera chariſſime quō apis de orto ad ortū
de arbore ad arborē.de flore ad florē diſcur
rit ꝓ fructu mellis.ſic ꝛ tu meditatiōibꝫ ꝛ de
ſiderijs ꝛ zelo imitāde virtutis diſcurre cir
ca exēpla iuſtoꝝ.ꝛ maxime ꝑfectoꝝ. Diſcur/
re inqꝫ de orto ad ortū.id eſt.de ſtatu ad ſta/
tū. Diſcurre de arbore ad arborē.id eſt.d iu
ſto ad iuſtū. De flore ad florem.id eſt. de vir
tute ad vtutē.de exēplo ad exemplū. Diſcur
re maxie ſup illū florē in quo inuenies totū
diuini mellis fructū.ſup illū vtiqꝫ florē q eſt
ꝛ flos ꝛ fruct⁹. De quo beat⁹ Ambroſi⁹ ait.
Flos marie xps ē.q veluti boni arborꝭ fru/
ctus ꝓ nrē ꝓceſſu vtutis nūc floret. nūc fru/
ctificat in nob. Laborem⁹ fratres bñ ꝓ hoc
fructu.qꝛ bonoꝝ laboꝝ gl'ioſus eſt fructus
Nota g nō quorūcūqꝫ laboꝝ ſꝫ tm̄ bonorū
laboꝝ eſt fruct⁹ iſte.nō em̄ eſt illoꝝ laboꝝ de
quibꝫ dr Sap.iij. Sapientiā q abijcit ꝛ di
ſciplinā infelix eſt.ꝛ vacua eſt ſpes illoꝝ. ꝛ la
bores ſine fructu. Sic g fruct⁹ iſte bñdict⁹
eſt exercentiū ſe in bono ꝯtra accidiā. Et iō
maria ſup omes homies fuit hoc fructu di
gniſſima.qꝛ ſup oms hoies in bono fuit ex
ercitatiſſima.ſicut bñ oſtēdit Beda q ſuper
hoc vbo. Magnificat aīa mea dnm. īducit
ipam ſic loquentē. Totū animi affectū ī agē
dis gratiaꝝ laudibꝫ offero totū qd viuo.qd
ſentio.qd diſcerno in ei⁹ magnitudine cōtē
planda.totū in ei⁹ pceptis obſeruādis impē
do. Quinto videam⁹ chariſſimi quomo/
do fruct⁹ marie ſit liberaliū cōtra auariciaz
ꝛ maxime illorū liberaliū q ꝓ hoc fructu re/
nunciāt omibꝫ tēporalibꝫ.iuxta illud Cañ.
viij. Uir affert ꝓ fructu ei⁹ mille argenteos.
relinquēdo ſcꝫ omia.dicit interlinearis. Et
iterū gloſa dicit. Per mille ꝑfectio. ꝑ argen/
tū ome mundanū accipit. Qui g ꝑfecte om
ne mundanū ꝓ xpo relinquit. ipſe qſi mille
argenteos ꝓ hoc fructu tradit. Sed ecce q
dare noluerit mille omia relinqndo.det ſal/
tem aliqua ꝓ hoc fructu pauꝑibꝫ ſubueniē/
do.vt ſit ſicut oliua fructifera fructū miſeri
cordie ferēdo. Quia vero ſumm⁹ miſericor/
die fruct⁹ eſt ſumma miſericordia que ē de⁹.
Ideo maria q habet miſericordie fructū co
pioſiſſime tulit. Ipa ſic oliua fructifera.ipa
qſi oliua ſpecioſa i cāpis ꝯuenietiſſime fuit.

Propꝫ qͦ bñ Johes damaſcenꝰ dic̃. Ma/
ria in domo dñi plãtata ⁊ ĩpinguata ſpũ. et
oliua fructifera oĩs ꝟtutꝫ habitaculũ facta
eſt. Heu q̃ȝ lõge ab iſto fructu miſericordiũ
⁊ terrena cõcupiſcẽtiũ ſunt aĩe auaroꝝ. De
quibꝫ dr̃ Luc̃. viij. A ſolicitudinibꝫ ⁊ diu. et
volup. vite eũtes ſuffocant̃ ⁊ nõ referũt fru/
ctum. Dicit̃ quoq̃ȝ Ecc̃s. v. Qui amat diui
tias. fructũ nõ capiet ex eis. Sic ĝ fructꝰ iſte
benedictꝰ liberaliũ ⁊ tꝑalia cõtemnẽtiuȝ eſt
⁊ ideo maria ſuꝑ oĩes hoĩes fuit h̃ fructu
digniſſima. qꝛ ſuꝑ oĩes hoĩes in ꝯtemptu
tꝑaliũ fuit liberaliſſima. teſtãte beato Ber/
nardo q̇ ait. Quicq̇d maria honoris ĩ popu
lo. quicq̇d rex terrenaꝝ ꝺ paterna domo ha
bere potuiſſet. oĩa arbitrata eſt q̃ſi ſterco/
ra vt chriſtũ lucrifaceret Sexto videamꝰ
chariſſimi quõ fructꝰ Marie ſit abſtinẽtiũ
ꝯtra gulã. Et de h̃ notemꝰ qͦ dicit̃ Prouer
bioꝝ. xiij. De fructu oris ſui ſatiabit̃ bonis.
Fructꝰ marie fructꝰ oris dici põt. nõ ſolum
qꝛ oris oratiõe ⁊ doctrina. ſȝ etiã qꝛ oris ab/
ſtinẽtia acquirit̃. De iſto fructu ſatiabit̃ ſpi/
ritualibꝫ q̇ ꝑ iſto fructu abſtinẽs eſt a bonis
tẽporalibꝫ. Satiabit̃ bonis de iſto fructu q̇
cũq̃ȝ eſurit ⁊ ſitit corꝑaliter. magis aũt ſpũ/
aliter ꝑ iſto fructu. Vñ beatꝰ Bernardꝰ ait.
Bonꝰ fructꝰ eſt q̇ animaꝝ eſurientiũ ⁊ ſitiẽ/
tiũ iuſticiã. eſca ⁊ potꝰ eſt. Bene q̇ ꝑ hoc fru/
ctu eſuriũt in mũdo. qꝛ de ipo ſatiabunt̃ in
celo. iuxta illud Luc̃. vj. Beati q̇ nũc eſuritꝫ
qꝛ ſaturabimini. Hic ĝ ꝑ hoc fructu abſti/
nentes. ibi erũt de iſto fructu comedentes.
Vñ Iſaie. iij. dr̃. Dicite iuſto. quoniã bene
q̃m fructũ adinuentionũ ſuarum comedet
Sic ĝ fructꝰ iſte benedictꝰ eſt abſtinẽtiũ cõ/
tra gulã. ⁊ ideo maria ſuꝑ oĩs hoĩes fuit h̃
fructu digniſſima. qꝛ ſuꝑ oĩes hoĩes fuit ꝯ
gulã tẽperatiſſima. Propter qͦ bñ Johes
chryſoſtomꝰ ait. Comeſatrix aut vinolenta
nũq̃ȝ maria fuit. nõ leuis. nõ iocoſa. nõ cãta
trix. nõ turpiũ ꝟboꝝ amatrix. talia certe intẽ
perantiã ſequi ſolẽt Septimo chariſſimi
videamꝰ quomõ fructꝰ vẽtris marie ſit cõti/
nentiũ cõtra luxuriã. De hoc eĩ dicit̃ Sa
pientie. iij. Felix ſterilis ⁊ incoinq̇nata. q̃ neſ.
t. in de. ha. f. in r. a. ſanctaꝝ. In reſpectione
ĩnq̃ȝ ꝑ gratiã. magis aũt ĩ reſpectiõe ꝑ gl'iaȝ
Et certe fructꝰ ventris altiſſimi. fructꝰ ven/
tris virginalis merito eſt fructꝰ cõtinentiũ
ſpecialis. Cũ eĩ ꝑ fructũ virginis benedi/
ctum benedicant̃ oĩes fideles generaliter
merito cõtinẽtes benedicent̃ ꝑ ipm ſpeciali
ter. ꝑ quẽ etiã cõtinentiũ regina benedicta ẽ
pre oĩbꝫ. vt dicit beatꝰ Bernardꝰ declarãs
Vere benedictꝰ fructꝰ vẽtris tui in quo be/
nedicte ſunt oĩes gẽtes. de cuiꝰ plenitudie
tu quoq̃ȝ accepiſti cũ ceteris. ⁊ etiã differen/
tius a ceteris. Ve luxurioſis q̇ nullã partem
habẽt in fructu virgineo. ve miſeris qui nul
lum habẽt ramũ q̇ poſſit ferre fructũ virgi/
neũ. Vñ de adultera dicit̃ Ecc̃i. xxiij. Rami
eius nõ dabũt fructũ Igit̃ fructꝰ iſte bene/
dictꝰ eſt cõtinentiũ cõtra luxuriã. ⁊ ideo ma
ria ſuꝑ oĩes fuit hoc fructu digniſſima. q̇a
ſuꝑ oĩes hoĩes fuit caſtiſſima. ſicut bene te
ſtat̃ Chryſo. dicẽs. O ineffabilis laus ma/
rie. magis credebat Joſeph caſtitati eiuſq̃ȝ
vtero eiꝰ. ⁊ plꝰ gratie q̃ȝ nature. poſſibiliꝰ cre
debat mulierẽ ſine viro cõcipere q̃ȝ Mariã
poſſe peccare. O igit̃ maria feliciſſima q̃ ꝟe
tanq̃ȝ virtuoſiſſima fructu diuino fuiſti di/
gniſſima. adiuua nos vt virtutibꝫ ad hunc
fructũ ꝑtingere valeamꝰ. dñm noſtꝝ Jhm
xp̃m filiũ tuũ Amen.

Enedictꝰ fructꝰ vẽtris tui. Vidimꝰ
b de bñdicto fructu vẽtris marie q̇s
⁊ q̃lis fuit. vidimꝰ q̇ȝ q̇ꝝ ⁊ qualiũ ſit
Videamꝰ nũc ad q̇s ⁊ ad q̃les effectꝰ neceſ/
ſariꝰ ſit. Nã fructꝰ iſte ꝯ malũ. fructꝰ ad bo/
num neceſſariꝰ eſt. Neceſſariꝰ eſt quidẽ ꝓpter
ſex effectus ꝯtra malũ. neceſſariꝰ eſt etiã pro
pter ſex effectꝰ ad bonũ. Huiꝰ itaq̃ȝ bñdicti
fructꝰ ſunt duodecim effectꝰ valde vtiles. ꝑ
ue duodecim vtilitates valde notabiles. ꝑ
quibꝫ merito eiuſdẽ fructꝰ laudant oĩs ho
mines. iuxta qͦ ſcptũ eſt in p̃s. Cõfiteãt̃ tibi
ꝑpl'i deꝰ ꝯfiteãt̃ tibi ꝑpl'i oẽs. t̃ra dedit fructũ
ſuũ. Primꝰ ĝ fructꝰ effectꝰ eſt expiatio cul
pe mortalis. ſcd̃s pacificatio inimicitie capi
talis. tertiꝰ ſanatio plage original'. quartꝰ re
leuatio inedie mẽtal'. q̇ntꝰ euitatio ire iudici
alis. ſextꝰ elõgatio pene gehẽnalis. ſeptimus
renũciatio ſube tꝑal'. octauꝰ locupletatiõ aĩe
rõnalis. nonꝰ ꝯſũmatio vite ſpũal'. decimus
m'ltiplicatio eccl'ie vniuerſal'. vndecimꝰ rein
tegratio ruine empirreal'. duodecimꝰ ꝑpetu
atio gl'ie eternal' Prio ĝ chariſſimi fructꝰ
marie bñdictꝰ neceſſariꝰ ẽ ad expiatiõȝ cul/
pe mortal'. De h̃ exponi p̃t qͦ dr̃ Iſa. xxvij.
Iſte oĩs fructꝰ vt auferat̃ pctm̃ eiꝰ. Ois fru
ctus itelligi p̃t ille de q̇ beatꝰ Berñ. loquẽs
ait. In cruce pẽdet oĩs fructꝰ vite. qꝛ ipa ar/
bor vite in medio ꝑadiſi. Ois ĝ fructꝰ ẽ totꝰ

fructꝰ totꝰ illo. Hic fructꝰ ad h̄ datꝰ eſt. ad h̄ natꝰ eſt. ad h̄ paſſus eſt. vt auferat pctm̄ hominis. Ip̄e em̄. ſic angelꝰ inq̄t Math. p̄mo ſaluū fecit ppl'um ſuū a peccatꝭ eoꝝ. Ipſe q̄z eſt de q̄ Johes dixit. Ecce agnꝰ dei. ecce qui tollit pctā mūdi. Iſte ḡ agnꝰ. iſte certe fructꝰ, tollit pctā mūdi tā mortalia q̄ꝫ venialia. vt q̄ ꝑ hūc fructū purgatꝰ a mortalibꝫ eiuſdem fructū portat. purgat ⁊ a venialibꝫ vt fructū abundātiꝰ ferat. iuxta Joh. xv. Omnē q̄ facit fructū purgabit eū vt fructū plꝰ afferat.

Secūdo chariſſimi fructꝰ marie benedictus neceſſariꝰ eſt ad pacificatōem inimicitie capitalis q̄ fuit inter deū ⁊ hoiem. inter angelos ⁊ homies. Vnd̄ Iſa. lvij. Creaui fructū labioꝝ pacē. pacē ei q̄ longe eſt ⁊ q̄ ꝓpe eſt. Fructꝰ ventris marie bene poteſt dici fructus labioꝝ marie q2 dū de labijs ſuis ſtillauerūt melliflua v̄ba illa. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſm̄ verbū tuū. ſtatim cōcepit melliſluū fructū ſuū. O vere melliflua labia. ſicut dr̄ Cātico. iiij. Fauꝰ diſtillās labia tua ſponſa. Hoꝝ ergo labioꝝ fructū Ih̄m xp̄m deꝰ pater creauit ſiue fecit pacē. Pacē inq̄m ei q̄ lōge eſt ꝑ culpā. vt fiat ꝓpe ꝑ gratiā. pacē q̄ꝫ ei q̄ ꝓpe eſt ꝑ gratiā. ne fiat longe ꝑ culpam. Ip̄e em̄ (ſicut apl'us ait) eſt pax noſtra q̄ fecit vtraq̄ꝫ vnū. Fructꝰ iſte etiā factꝰ eſt pax īter hoies. q̄ longe eſt in mūdo. ⁊ inter angeluz. q̄ ꝓpe eſt in celo. vtroſq̄ꝫ pacificauit in patibulo. iuxta illud Ephes. ij. Pacificās ꝑ ſanguinē crucis eiꝰ. ſiue q̄ in celis ſiue q̄ in terris ſunt. Itaq̄ꝫ fructꝰ iſte pax homis ad hoiem. pax hois ad angelū. pax hois ad deū factꝰ ē. Quid mirꝝ ſi ꝑ hunc fructū pacē habeat hō cū deo. cū ip̄e fructꝰ pacificās ſit deus ⁊ hō. Teſtat Beda q̄ ait. Terra noſtra dabit fructū ſuū. q2 v̄go maria q̄ de terra corpꝰ habuerat filiū genuit. diuinitate quidē deo patri coequalē. ſꝫ ſibi carnis v̄itate cōſubſtātialē.

Tertio chariſſimi fructꝰ marie bn̄dictus neceſſariꝰ eſt ad curatiōem plage originalis. graui em̄ plaga imo grauibꝫ plagis homo incidēs in latrones vulneratꝰ eſt. dū ꝑ originale peccatū tā cecꝰ ad veꝝ. tā infirmꝰ ad bonū tā ꝓnus ad malū factꝰ eſt. Sꝫ he plage per hūc fructū ſanant. In hac quidē vita in pte ſanant ꝑ gratiā. in futura vero tota in toto ſanabunt ꝑ gloriā. Vn̄ bene legit Apocal. xxij. q̄ angelꝰ oſtēdit Johāni lignū vite per mēſes ſingulos reddens fructū ſuū. et folia ligni ad ſanitatē gentiū. Lignū vite eſt mater vite Maria. vel lignū vite eſt lignuz crucis. vel etiā lignū eſt ip̄e auctor vite Iheſus xp̄s. qui eſt ⁊ fructꝰ vite. huiꝰ folia ſanatiua ſunt verba ⁊ documēta edificatiua. Si aūt ſanatiua ſunt folia eiꝰ. quanto magis ſanatiuus eſt ip̄e fructꝰ. vt ḡ ꝑ hunc fructū ſanemur accedamꝰ ad arborē eiꝰ. accedamꝰ inq̄ꝫ ad Mariā orātes cū Anſelmo. q̄ orans ait. Exaudi me dn̄a. ſana aīam ſerui tui pctōris ꝑ virtutē benedicti fructꝰ vētris q̄ ſedet ī dextera om̄ipotētis patris ſui.

Quarto chariſſimi fructꝰ marie benedictꝰ neceſſariꝰ ē ad releuationē inedie ſiue famis mētalis. ne ꝓpter defectū nutrimēti deficiāt aīalia dei. Propter qđ bene dicit Joel. ij. Nolite timere aīalia regionis. q2 germinauerūt ſpecioſa deſerti. ⁊ lignū attulit fructū ſuū. Deſertū qđ ſine cultura germīat ⁊ ꝓfert paſtū animaliū. ſignare pōt mariā. q̄ ſine cultura maritali ꝓtulit filiū. q̄ eſt paſtꝰ omniū fideliū. Ideo q̄ꝫ bn̄ de ip̄a dici pōt illud Ezech. xxxvj. Terra illa inculta facta eſt vt ortus voluptatis. Specioſa huiꝰ felicis deſerti ſunt ſpecioſa germina celeſtiū deſiderioꝝ. ſpecioſe herbe operū bonoꝝ. ſpecioſi flores virtutū ⁊ donorum. ſpecioſa folia vtiliū verboꝝ. ⁊ certe ſpecioſus fructꝰ vētris ſui. qui eſt paſtus omnium iuſtoꝝ. Maria eſt deſertū hoc ſpecioſū. Maria quoq̄ꝫ eſt lignū hoc fructuoſum. de quo dicit. ⁊ lignū attulit fructū ſuū. O vere mirabilē fructū per quē tam fames q̄ꝫ ſitis releuat animarū. ſicut teſtat beatꝰ Bernardus dicēs. Bonꝰ fructus q̄ animarū eſurientium ⁊ ſitientiū eſca ⁊ potus eſt. Nolite ergo timere aīmalia dei. nolite timere fideles xp̄i q̄ inedia deficiatis cū plena paſcua in deſerto. plenū fructū in ligno. plenū etiā pabulū in p̄ſepio habeatis. Ait em̄ beatꝰ Bernardus. Natus reclinat in preſepio. vt fideles om̄es velut ſancta aīmalia carnis ſue alimēto reficeret. Et beatꝰ Auguſtinꝰ ait. O preſepe ſplendidū in quo nō iacuit fenū aīmaliū. ſed angeloꝝ inuentū eſt pabulū.

Quinto chariſſimi neceſſariꝰ eſt fructus Marie benedictꝰ ad euitationē ire iudicialis. quaz vtiq̄ꝫ certā habet omnis iniuſtꝰ ſicut fructū quo irā iudicij euadere certū vtiq̄ꝫ hꝫ om̄is iuſtus. Vnde in pſalmo dicit. Si vtiq̄ꝫ eſt fructus iuſto. v. eſt deus iu. eo. in terra. eos. id eſt iniuſtos. ſicut expōnit glo. Iniuſtos nāq̄ꝫ iudicabit d̄s ī terra. dū ī iudicio iuſti ī aere erūt. iniuſti vero in terra remanebunt.

quia terrenis ꝯ deū adheſerūt. ita vt dicere
poſſent Adheſit i terra vēter noſter. Dñs ḡ
ibi ſicˉ vtiq; eſt fructus ſuauis iuſto. ſic vtiq;
erit iudex ḡuis iniuſto. Ve ḡ eis q̇ fructum
tā ſuauiſſimū ꝯuertūt ſibi in iudiciū amariſ
ſimū. ſicut dr Amos. vi. Cōuertiſtis i ama/
ritudinē iudiciū. ⁊ fructū iuſticie i abſinthiū
Fructꝰ iuſticie. fructꝰ iuſti. Juſtꝰ eſt fructuſ
marie. De q̄ certe beatꝰ Job ait. Juſtū fru/
ctum dedit terra ꝟgo. qꝛ veritas de terra or
ta eſt. Sexto chariſſimi neceſſariꝰ eſt fru/
ctus marie bñdictꝰ ad elōgationē ſiue decli
natiōem pene gehēnalis ſiue mortꝭ eternal'
de q̄ exponere poſſumꝰ qđ dicit̃. iiij. Reguꝫ.
xviij. Transferā vos in terrā fructiferā ⁊ fer
tilē vini. terrā panis ⁊ olei ac mellis. ⁊ viue/
tis ⁊ nō moriemini. Jn terrā marie vel i ter
rā eccleſie trāſferent̃ q̇ toto corde ad ipſam
ꝯuertunt̃. Hec aūt terra valde eſt fructifera
ferēs fructū panis vini olei ⁊ mellis domi/
nū noſtꝝ ihm xpm. Jp̄e nāq; nobis eſt fru/
ctus panis ꝯfortātis ꝯtra defectū. ip̄e nobiſ
eſt fructꝰ vini ad ꝑfectū. ip̄e quoq; nobis eſt
fructꝰ olei illuminātis intellectū. ip̄e inſuper
nob' eſt fructꝰ mellis dulcorātꝭ affectū. Per
hmōi certe fructū viuetꝭ chariſſimi ⁊ nō mo
riemini morte eterna Bñdicta ſit terra huiꝰ
fructꝰ. bñdictꝰ ſuꝑ oīa ſit ip̄e fructꝰ ꝑ quā
exempti ſumꝰ a tātis malis. ſicˉ etiā bene de/
clarauit Anſel. cū dixit. Quid digne referā
genitrici dei ⁊ dñi mei. ꝑ cuiꝰ fecūditatē cap/
tiuus ſū redēptꝰ. ꝑ cuiꝰ ꝑtū de morte eterna
ſum exemptꝰ. ꝑ cuiꝰ ꝓlē ꝑditꝰ ſum reſtitutꝰ.
⁊ de exilio miſerie ad patriā ſum reductus.
Bñdicta in mulieribꝫ. hec oīa mihi dedit
bñdictꝰ fructꝰ vētris tui i regeneratione ba
ptiſmatꝭ ſui. Ve ḡ oībꝫ ab iſto fructu alie
nis. Scriptū nāq; eſt. Omis arbor q̄ nō fa
cit fructū bo. exci. ⁊ in ignē mittet̃. Septi
mo chariſſimi neceſſariꝰ eſt fructꝰ marie bñ
dictꝰ ad renūciationē ſiue ꝯtēptū ſubſtātie
tꝑalis. Vñ Can. viij. dr. Vir affert ꝓ fructu
eiꝰ mille argēteos. relinq̄ndo tꝑalia dicit in
terlinearꝭ. Nā ſicˉ alia gloſa dicˉ. ꝑ mille perfe
ctio. ꝑ argentū ꝟo oē mūdanū accipit̃. vñ
q̄ſi mille argēteos ꝓ h̄ fructu dat. q̇cūq; ꝑfe
cte oībꝫ tꝑalibꝫ ꝓ xpo renūciat. ⁊ vere me/
rito ꝓ h̄ fructu oīa tꝑalia feruēter vilipēdit.
quicūq; q̄; p̄cioſiſſimꝰ ſit ille fructꝰ diligent̃
attēdit dicēs illud Prouer. viij. Melior eſt
fructꝰ meꝰ auro ⁊ lapide p̄cioſo. ⁊ genimina
mea auro electo. Vir certe eſt q̇cūq; tā virit̃

eſt. vir aūt ille viriliter ꝓ h̄ fructu ꝯtemnere
dꝫ nō ſolū res ⁊ diuitias ſed etiā honores ⁊
potētias. dicēs illud Judicū. ix. Nō poſſuꝫ
deſerere dulcedinē meam fructuſq; dulciſſi
mos ⁊ ire vt iter cetera ligna ꝓmouear. Su
auiſſimi ſunt fructꝰ xp̄i ⁊ charitas. Ligna ſil
uaꝝ ſicˉ dicit gloſa. ſunt homies infructuoſi
eterno incēdio p̄parati. Jgit̃ ꝓpt̃ fructꝰ iſtos
ſuauiſſimos viriliter ꝯtēnat honores ſuper
ligna ſiluaꝝ ꝑiculoſiſſimos. viriliter ꝯtemnat
oīa ꝓpter fructū bñdictū. q̇ eſt ſuꝑ oīa bñ/
dictꝰ deꝰ in ſecula. Octauo chariſſimi ne/
ceſſariꝰ eſt fructꝰ marie bñdictꝰ ad locupleta
tionē ſiue repletionē aīe rōnalis. Vñ dicit̃
Prouer. xij. De fructu oris ſui vnuſq̇ſq; re/
plebit̃ bonis. Dñm ieſum nō ſolū fructū vē
tris. ſꝫ etiā fructū orꝭ nō incōgrue fateamur
qꝛ ip̄iꝰ oris p̄dicatiōe. oris ꝯfeſſione. orꝭ ora
tione meremur. Jp̄m q̄ꝫ ore exteriori ſumi
mꝰs ſacr̄aliter. ore q̄ꝫ interiori ſp̄ūalit̃ ꝓpt̃
qđ Hiero. ait. Flos marie factꝰ eſt fructus
vt nos illū comederemꝰ. De iſto fructu oris
vnuſq̇ſq; replebit̃ fidel' bonis ſp̄ūaliū diui/
tiaꝝ. bonis inq̄; ꝟtutū ⁊ grāꝝ. De taliū bo/
noꝝ repletiōe apl's dicˉ Ro. xv. Deꝰ aūt ſpei
repleat vos oī gaudio ⁊ pace i credēdo. vt
abūdetis i ſpe ⁊ ꝟtute ſp̄ūſſcti. O ꝟe brā hu
ius fructꝰ plenitudo. qua repletꝰ eſt nō ſolū
ager ꝟginis hūc fructū ꝓducētis. ſꝫ etiā ſac/
cus vniuſcuiuſq; fidelis hūc fructū ꝯtinētꝭ.
ſicut patet ꝑ beatū Hiero. q̇ ait. Bene ager
plenꝰ dr. qꝛ plena ꝟgo maria ꝓnunciat̃ d̄ cu
ius vtero credētibꝫ fructꝰ vite ꝓceſſit. ⁊ nos
oēs de plenitudine eiꝰ accipimꝰ grām ꝑ ḡ
tia. Nono chariſſimi neceſſariꝰ eſt fructuſ
marie bñdictꝰ ad ꝑfectionē vite ſpiritualis
Vñ de viro ꝑfecto bñ in p̄s. dr. Et erit tāq;
lignū qđ plātatū eſt ſecꝰ decurſus aq̄ꝝ. ⁊c. vſ
q; ꝓſperabūt̃. Quid intelligere debemꝰ ꝑ de
curſus aq̄ꝝ. niſi irrigationes grāꝝ. ꝑ q̄s hō
dat ſiue ꝓfert fructū ſuū dñm ihm chriſtuꝫ.
Tres aūt hic cōditiōes ꝑfecte vite inſinuāt̃
q̄ hoiem h̄ fructu fructiferꝝ comitāt̃. Perfe
ctoꝝ nāq; eſt tꝑs ſuū nō negligere. ꝓpter qđ
bñ dr. Fructꝰ ſuos dabit in tꝑe ſuo. Perfe/
ctoꝝ q̄ꝫ eſt in ꝟbis inutilibꝫ nō defluere. ꝓpt̃
qđ bñ addit̃. ⁊ foliū eiꝰ nō defluet. Perfecto
rū inſuꝑ eſt q̄ ſp̄ūi ꝓſpera ſunt nō obmitte/
re. ꝓpter qđ bñ ſubiūgit̃. Omia q̄cūq; faciet
ꝓſperabūt̃. Vel certe ei q̇ hūc fructū ꝑ chari
tatē tulerit oīa ꝓſperabūt̃. qñ ſibi oīa i
bonū cooꝑant̃. ſicut ſcriptū eſt Roma. viij.

Scimus qm̄ diligentibꝫ deū oīa coopant̄
in bonū. Beatus vir q̄ tā pfecte tulerit fru/
ctū iſtū vt tp̄s ſuū nō trāſeat infructuoſuꝫ.
vt verbū ſibi nō defluat ocioſum. vt opus
ſibi nō pereat ꝟtuoſum. ſicq̄ʒ ſit tāq̄ʒ lignuꝫ
fructiferuꝫ ſpūalit̄. quēadmodū etiā maria
fuit corꝑalit̄. de q̄ btūs Bern̄. ait. O vere li
gnū vite qḋ ſolū dignū fuit portare ſalutis
fructū. Decimo cariſſimi neceſſariꝰ ē fru
ctus marie bn̄dictꝰ ad multiplicationeꝫ ec/
cleſie vniuerſal̄. Vn̄ dr̄ Prouerb. xxxi. De
fructu manuū ſuaꝝ plātauit vineā. Dn̄s ie
ſus ſicut bn̄ dr̄ fructꝰ ventrꝭ. qꝛ ventre cōci
pit̄. ⁊ ſicut bn̄ fructus oris dicit̄. qꝛ ore ſu/
mit̄. ita bene fructꝰ manuū dr̄. qꝛ manibus
bonoꝝ opeꝝ acquirit̄. manibꝫ q̄ʒ ſacerdota
libꝫ miniſtrat̄. Vn̄ fructus iſte pleniſſime ē
fructus marie. fructꝰ certe ventrꝭ eiꝰ eſt. q̄a
de ventre eiꝰ ſingulariſſime natꝰ eſt. Fru/
ctus etiā oris eiꝰ eſt. qꝛ ore eius dulciſſime
cōicatus eſt. fructꝰ quoq̄ʒ manuū eiꝰ eſt. qꝛ
manibꝫ eius deuotiſſime attrectatꝰ eſt. De
iſto itaq̄ʒ manuū fructu maria vel ꝑmitiua
eccl̄ia ſicut exponit gloſa. plātauit vineā. id
eſt eccl̄iam vniuerſalē ꝑ orbē diffuſam. O
quō palmites huiꝰ vinee videlicet fideles
eccl̄ie. ꝑ hunc fructū multiplicati ſunt. duꝫ
rectores eccl̄ie in cordibꝫ fideliū eundē fru
ctum ſpūaliter naſci fecerūt. Hinc bene in
ps̄. dicit̄. Fecerūt fructū natiuitatꝭ. ⁊ bene
dixit eis. et multiplicati ſt̄ nīs. Et q̄a eccl̄ia
de oībꝫ generatiōibꝫ eſt ꝑ hūc fructū multi
plicata. Ideo virgo hūc fructū ꝓducēs me
rito ab oīmibꝫ generatiōibꝫ p̄dicatur beata.
Propter qḋ bene ipa ait. Ecce em̄ ex h̄ bea
tam me dicēt oēs generatiōes. De q̄bus
verbis loquēs Bern̄. inducit mariā loquē
tem ſic. Ecce iā video qḋ futuruꝫ eſt in me.
q̄s fructus ꝓcedat de me. q̄t ⁊ quāta bona
nō mihi ſoli ſed oībꝫ generatiōibꝫ ꝓueni/
ent ꝑ me. Undecimo cariſſimi neceſſa/
rius eſt fructꝰ marie benedictꝰ ad reſtaura
tionē ruine empirrealis. ruine inquā facte
in celo empirreo. De h̄ notare poſſumus q̄
dn̄s de medulla cedri plātare volens dixit
Ezech. xxvij. In monte ſublimi iſrl̄ plāta/
bo illud. ⁊ erūpet vt germen ⁊ faciet fructū.
Mons ſublimis eſt ſublimis illa manſio.
ſublimis illa ſocietas angeloꝝ. q̄ bn̄ mons
iſrl̄ dicit̄. qꝛ iſrael viſio dei interp̄tat̄. Et ec/
ce angeli ſemꝑ ſunt in viſione dei. teſtāte eo
q̄ ait in euāgelio Mathei. angeli eoꝝ ſem
per vident faciē pr̄is mei q̄ in celis eſt. In
iſto ſublimi monte. in iſta ſublimi angeloꝝ
ſocietate deꝰ plātauit illud quod de maſſa
ꝑditionis elegit. plātauit inquā medullā ce
dri. medullā generis hūani. id eſt oēs ele
ctos dei. quorū quidā in re. quidā ī ſpe plā
tati iā ſunt in angelico monte. O vere ſuꝑ
oīa diligendus fructꝰ. ꝓpter quē tā ſubli/
miter plātatur oīs electꝰ. Libenter hūc
fructū dn̄m noſtrū ieſum chriſtuꝫ portare
poſſumꝰ ꝓpter queꝫ inter angelos iā in ſpe
plantati ſumꝰ. huic etiā fructui ſemꝑ gr̄as
agimus. cuius gr̄a angeloꝝ vniuerſitatem
reintegramꝰ. Vnḋ huiꝰ fructus mr̄ maria
bene pōt gloriari ⁊ dicere ꝟba illa que bea/
tus Bern̄. q̄ſi ex ore marie loquēs ait. An/
gelicarū generationū numerꝰ ꝑ meū gene/
ratum reintegrabit̄. ⁊ hominū generatio ꝑ
adam benedicta ꝑ benedictū fructuꝫ ven/
tris mei ad eternā beatitudinē regenerabi
tur. Duodecimo cariſſimi neceſſariꝰ eſt
marie fructꝰ benedictus ad ꝑpetuationem
gl̄ie eternal̄. q̄ eterna nō eſſet niſi ꝑ hūc fru/
ctum cōſeruaret̄. Unde dicit̄ Prouerbi. xi.
Fructus iuſti lignū vite. Optime fructus
iſte dictꝰ eſt lignū vite. quia ſicut lignū fuit
ad ꝯſuandā vitā naturalē in paradiſo ter/
reſtri. ſic chriſtꝰ eſt ad ꝯſeruandā vitā eter/
nalem in paradiſo celeſti. Hec ergo tanta
bona que ꝑ benedictū marie fructū cōſeq̄/
mur. benedictꝰ ille Anſelmꝰ bene aduertit
cū dixit. Hec tanta bona ꝑ benedictuꝫ fru
ctum benedicti ventrꝭ bn̄dicte marie ꝑue/
nerunt. Sic ḡ cariſſimi audiſtis quō bene
dictus fructꝰ marie neceſſarius oīno eſt.
Primo ad expiādā culpā mortaleꝫ. Scḋo
ad pacificandā inimiciciā capitalē. Tercio
ad ſanandā plagā originalē. Quarto ad re
leuandā inediā mentalē. Quinto ad vitan/
dā irā iudicialē. Sexto ad declinādā penā
gehennalē. Septimo ad ꝯtemnendā ſub/
ſtantiā temporalē. Octauo ad locupletan/
dā animā rōnalē. Nono ad cōſūmādā vitā
ſpūalem. Decimo ad multiplicandā eccle/
ſiā vniuerſalē. Undecimo ad reparandaꝫ
ruinā empirrealem. Duodecimo ad ꝯſer/
uādā gl̄iaꝫ eternalē. Et ecce hi duodecim
effectus ſiue vtilitates huiꝰ fructꝰ ſignari
poſſunt. per duodecim fructus ligni vite.
quos oēs habemꝰ in fructu ventris ma
rie. De quibꝫ duodecim fructibꝫ legit̄ Apo
calip̄. xxij. q̄ angelus oñdit Iohāni lignuꝫ

vite afferens fructus duodecim. Adiuua ergo
nos o bñdicta in mulieribꝫ. vt p bñdictuz
fructū ventrꝭ tui bñdictionē hoꝝ duodeci
fructuū cōſeqmur. Adiuua o ꝟgo fructife/
ra vt p fructū tuū his fructibꝫ ita fructuoſi
efficiamur ꝙ p hos fruct⁹ fructu tuo frui p
petuo mereamur. Adiuua o dulciſſima vt
nobis ꝯcedat dulcedine ſua frui ille libera
liſſim⁹ cōicator ſui bñdict⁹ fructus ventris
tui. Qui cū pr̄e ꝛ ſpūſctō viuit ꝛ regnat de⁹
per oīa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Deuotiſſimi ac ſeraphici doctoris ſan/
cti Bonauēture tractat⁹ ſup gaudioſa am
baſiata p archangelū gabrielē ad excellen/
tiſſimā atqꝫ glorioſiſſimā ꝟginē Mariā an
nunciata. Speculū marie vocatus. expli/
cit feliciter.

Incipit tractat⁹ de pparatiōe ad miſſaz
doctoris ſeraphici ſcti Bonauēture.

D honorez glo

a riose ꝛ indiuidue trinitatꝭ et ad
honorē excellentiſſimi ſacri. ſcz
pcioſi corpis ꝛ ſanguinis dñi nr̄i ieſu chri/
ſti. Deſcribā tibi formā p quaz potes leuiť
manuduci ad ꝯtemplationē tanti myſterij
ac congrue diſponi ad ei⁹ pceptionē. quam
nō raptim ſtrepitu ꝟborꝫ legere. ſed eius
ſenſum efficaciť cordi imp̄mere debes. ꝛ ex
intimo affectu ſingula queqꝫ in toto vel in
parte, put ſonāt ſollicite ruminare. Primo
igiť acceſſur⁹ ad mēſam celeſtꝭ cōuiuij. iux
ta aplm. Proba teipm ꝛ diligenť examīa cū
qua fide. qli ꝓpoſito. quāta caritate, ꝓpter qd
aut ꝓpter quā cām accedis. vt ſic accedēdo
ad mēſam celeſtꝭ cōuiuij iuxta aplm. pbes
teipm diligenť examinādo. Attende igiť
iſta qttuor ſingula p ſe ꝛ vide pmo quam fi
dē hr̄e debes circa veritatē ꝛ eſſentiā h⁹ ſa/
cramenti. Credere em̄ firmiť debes ꝛ nul/
latenus dubitare ſcḿ ꝙ docet eccl'ia catho
lica ꝛ pdicat ꝙ in hora exp̄ſſionis ꝟboꝝ xp̄i
panis materialis atqꝫ viſibilis aduenienti
viuifico ꝛ celeſti pani velut ꝟo creatori ho/
norē deferens locū ſuū ſcz viſibilē ſpeciem
accidentiū ꝓ miniſterio ꝛ ſacramētali ſerui
tio relinqt. q̄ deſinēte eſſe miro et ineffabili
modo in eodē inſtāti iſta ſequētia ſub illis
accidētibꝫ veraciť exiſtūt. Primo illa pu
riſſima xp̄i caro ꝛ ſacrū corp⁹. qd fabricāte
ſpūſctō tractuz fuit de vtero gl'ioſe ꝟginis
marie appenſuz i cruce. poſitū in ſepulchro.
glorificatū in celo. Scdo qꝛ caro nō vi/
uit ſine ſanguie. iō neceſſario ē ibi ſanguis
ille pcioſus q̄ feliciť manauit ꝓ mūdi ſalu/
te in cruce. Tercio cū nō ſit ver⁹ hō abſ/
qꝫ aīa rōnali. ꝓpterea eſt ibi aīa gl'ioſa xp̄i.
excedens in gr̄a oēm ꝟtutē ꝛ gl'aꝫ ꝛ ptātē. i q
repoſiti ſunt omēs theſauri ſapie ꝛ ſcie dei.

Quarto qꝛ chriſt⁹ eſt ver⁹ deus ꝛ verus
hō. iō ꝯſequenť eſt ibi deus gl'ioſus in ma/
ieſtate ſua. Hec oīa qttuor ſimul ꝛ ſingu/
la tota ſimul ſub ſpeciebꝫ panis et vini pfe/
cte continenť nō min⁹ in calice qꝫ in hoſtia.
nec min⁹ in hoſtia qꝫ in calice. nec in vno de
fectus ſuppleť alteri⁹. cū nullus ſit. ſꝫ in am
bobus integrū cōtineť ꝓpter myſteriū de q̄
grandis eſt ſermo. Sufficit em̄ credere deū
veꝝ ꝛ hoīem ſub vtraqꝫ cōtineri ſpecie cui
aſſiſtunt angeloꝝ frequētia ꝛ ſctōꝝ pn̄tia.

Quare chriſtus tm̄ contineť ſub iſtis
duabus ſpeciebus.

f Ed vide qꝫ pulchre xp̄s ſub his tm̄
duabꝫ ſpeciebꝫ cōtineť. Primo qꝛ
panis ꝛ vinū optimū ſunt nutrimē
tū toti⁹ hoīs. nā panis nutrit carnē. ꝛ vinū
tranſit in ſanguinē. q̄ eſt ſedes aīe. Se/
cūdo qꝛ eoꝝ vſus eſt hoī pncipalior ꝛ com/
munior eſt ꝛ mūdior ꝛ min⁹ faſtidioſus ha
beť. iō puritas ſpūalis refectiōis oportune
p iſta ſignificať. Tercio qꝛ optime figu/
rant paſſionē xp̄i q̄ qtidie p h̄ ſacrm̄ memo
rať. nā panis ſignificat corp⁹ illud tritura/
tū. molitū. piſtū in paſſione. decoctū ꝛ aſſuz
igne diui amoris in camino. i. ara crucꝭ. vinū
ꝟo ſigficat ſanguinē q̄ de vua. ſ. xp̄i corpe in
torculari crucꝭ a calcātibꝫ iudeis exp̄ſſus ē.

Quarto pulchre ſignificat corp⁹ xp̄i my
ſticū ſcz eccl'iam collectā ex multis fidelibꝫ
pdeſtinatis ad vitā tanqꝫ panis ꝛ vinuz ex
multis granis ꝛ racemis. Cū ergo acce/
dis caue ne dubitādo vacilles ꝛ tanqꝫ cec⁹
manu tentans innitaris baculo arūdineo
ſcz argumētis naturalibꝫ ꝛ rōnibꝫ hūanis
querēdo quō iſta fieri poſſunt ſicut qndaz
iudei litigabāt. ꝛ quidā diſcipuli ſcandali/
zati abierūt retrorſuz. Sed ſubijce teipm
deo ꝛ captiua mentē tuā ſub iugo fidei quā
tantis teſtibꝫ roboratā vides. Quid em̄ du
bitationis de hoc ſacramento remanet. qd
a chriſto tam exp̄ſſe traditū. ab apl'is pdi/
catū. a ſanctis patribꝫ orthodoxis tot cen/

tenarijs annorũ pfiguratũ.tantiſq; cerimo
nijs tot miraculis ⁊ pdigijs ⁊ obſeruãtijs
quaſi teſtimonijs palpabilibꝫ vides cõfir/
matũ. Tolle hoc ſacramẽtũ de eccl'ia et q̃d
erit in mũdo niſi error et infidelitas. et po/
pulus chriſtian⁹ quaſi grex porcoꝝ diſper/
ſus et idolatrie dedit⁹. ſicut expſſe patet in
ceteris infidelibꝫ. Sed p hoc ſtat eccl'ia. ro
boratur fides. viret vel viget chriſtiana re/
ligio et diuin⁹ cultus. Vñ inquit chriſtus.
Ego vobiſcum ſum vſq; ad ↄſummationẽ
ſeculi. Matthei vltimo.

Quare chriſtus corpus ſuũ
dare voluit velatum.

p Oſt etiã notare debes q sic decuit
chriſtũ corpus ſuũ velatũ nob da/
re. Quid enim valeret fides tua ſi
chriſtus in ppria forma viſibilis tibi appare
ret. certe ⁊ coacte eũ adorares. Aut quõ car
nales oculi tãtã gloriã ferre poſſent. Quis
vero niſi inſipiens dicat vt carnẽ crudã et
homis cruorem in ppria forma ſua comede
re ⁊ bibere debeas. Recedat ergo omis du
bitatio. q; ſicut olim diuinitas in vtero vir
ginali latuit. et fili⁹ dei ſub humane carnis
velamine viſibil' mundo apparuit. ſic ⁊ glo/
rificata humanitas diuinitati ↄiuncta ſub
forma panis ⁊ vini latet vt nobis mortali/
bus cõpetere poſſet.

De diſcuſſione ↄſcientie ante cõmunio/
nem ſacram. Et cũ quali pposito ſeu diſpo
ſitione accedendũ ſit.

ſ Ecundo pba teipm cũ quali pposi/
to ⁊ diſpoſitione accedis. Jõ diſcu/
te ⁊ reuolue ↄſcientie domũ et vide
ne forte ſit intus aliqua turpitudo in men/
te vel macula extra in carne q̃ offendi poſ/
ſunt oculi illi⁹ qui eſt ſanct⁹ ſanctoꝝ. Pri
mo ergo rediens introrſus ad iniquitatẽ tue
mentis quãta mala ab ineunte etate cõmi/
ſiſti. quãta bona neglexiſti. q̃ breuis vita. q̃
incerta mors. q̃ lubrica ⁊ piculoſa via hu/
ius tempis rumina. ne forte qð abſit poſt
precedentẽ confeſſionẽ ⁊ penitentiã aliqð
in te ſit mortale peccatũ vel peccãdi ppoſitũ
vnde mortua ſit tua miſera aĩa. ac p hoc a
radice chriſti ⁊ eccl'ie abſciſa. q; ille viuific⁹
panis ⁊ diuin⁹ non pſtat influxum vite nec
nutrimentũ membris abſciſis et mortuis.
teſte ſcriptura q̃ dicit. In maliuolã animã
non introibit ſapiẽtia. nec habitabit in cor
pore ſubdito peccatis. vnde a talibꝫ ſumit' ſa

cramentũ et nõ res ſacramẽti id eſt. chriſti
gratia et vnitas charitatis eius. comeditur
guſtu ſed nõ reficit ſpiritũ. vadit ad ventrẽ
ſed nõ reficit mentẽ. deglutit' ſicut abrotha
num ſine ſui leſione. et nõ viuificat animã
nec incorporat eã ſibi nec vnit. ſed potius
nauſea cõpellente talẽ chriſt⁹ euomit velut
cadauer putridũ beſtijs deuorandũ ⁊ aui/
bus. cũ ſcʒ infelicem animã tradit ſathane
cruciandã. ſicut de iuda ſcriptũ eſt. Quoni
am poſt buccellã introiuit in eũ ſathanas.
Quapropter ſi talibꝫ laqueat⁹ es caue ne p
aliq̃ cauſa vel neceſſitate abſq; debita cõtri
tione ac pposito penitẽdi ac ↄfeſſione pmiſ/
ſa accedere ad altare preſumas. q; horren
dum eſt incidere in man⁹ dei viuẽtis. Sed
heu quot ſunt hodie ſacerdotes miſeri et
ſue ſalutis improuidi q̃ corpus chriſti i al/
tari velut carnes pecudũ manducãt et in/
uoluti ⁊ contaminati abominatiõibꝫ de q̃/
bus phas nõ eſt dicere ſceleratis manibꝫ ⁊
pollutis labijs ↄtingere nõ verent' et oſcu/
lari filiũ dei ⁊ marie virginis vnigenitum.
Verũ ſi hoꝝ ſacrificiũ ſuſcipit deus. audeo
dicere mendax eſt ⁊ ſocius peccatoꝝ. Inſu
per qð deterius eſt ad tantã quidã puene/
runt iſtis diebꝫ pũerſitatẽ ⁊ ſtulticiã vt pu/
tent infeliciſſimi ſua ſcelera et imundicias
peccatoꝝ que q̃tidie reiterare pponũt (abſ/
q; penitẽtia ⁊ ↄfeſſione) p ſacrã cõmunio/
nem q̃tidie celebrãtes expiare. Tales non
ſunt ſacerdotes ſed ſacrilegi. nõ chriſtiani
ſed heretici. pfecto ſi fidẽ rectã haberẽt aut
peccare timerent aut celebrare ceſſarent.

Scðo non tm̃ cordis ſed ⁊ corpis atten
denda eſt mũdicia. idõ caue ne imũdus ac/
cedas. nõ tm̃ dico de immũdicia volũtaria
q̃ mortalis eſt ſed etiã nocturnali ſiue ca/
ſuali macula q̃ impedit celebrationem vbi
nõ eſt magna neceſſitas vel iuſſio pceptoꝝ.
Vbi ergo dicta interueniũt ⁊ dicte macule nõ
dederis occaſionẽ vel cauſam p pcedentẽ
ↄcupiſcentiã vel inordinatã crapulã. nec ſe
cuta eſt notabilis mẽtis inquinatio p remi
niſcentiã vel illuſionẽ fantaſticã carnaliũ.
credo q accedere poſſes ſaluo meliori iudi
cio. maxime ſi ſingularis deuotio ratione ſo
lennitatis vel alterius ſimilis cauſe te tra/
heret ad celebrãdũ. Cuſtodire etiã debes
pudiciciã manuũ quantũ potes ⁊ oĩm mẽ/
broꝝ tuoꝝ puritatẽ. vnde tibi ↄſulo vt p̃ ce
teris hominibꝫ omni tempe maxime dum

miſſam celebraturꝰ es caueas ab oī tactu
nō ſolū turpi ꝛ imūdo q̄ fit cū pctō. ſed etiā
a q̄libet indecēti ꝛ coinq̄nato. Et totū te re
colligas vt nec actuſ nec cogitatio ad aliqđ
aliud diſpgat. Et inſup curā habeas dili/
gent de mūdicia ꝛ nitore paramētoꝝ altarꝭ
ꝛ ſacrorū vaſoꝝ ꝛ cū honore ꝛ oī diligentia
tractet ille qui eſt angelis ꝛ archangel' tre/
mebundus.

Ex quāta caritate q̄ntoq̄ꝫ feruore acce/
dendū ſit cōmunicaturo.

Ercio pba teipm ex q̄nta caritate ꝛ
t q̄li feruore accedis. Non ſolū enim
mortalia vitāda ſunt ſed etiā venia/
lia pctā p negligētiā ꝛ ociuꝫ multiplicata et
etiā p incōſiderationē ac p diſtractionē diſ
ſolute vite ꝛ male ꝯſuetudinis. licꝫ nō occi/
dant aīam. tn̄ reddūt hoīem tepidū. grauē
ꝛ obnubilatū et indiſpoſitū et ineptū ad ce
lebrandū niſi dicti pulueres ꝛ ſtipule veni
aliū p afflatū ſpūs ꝛ flāmā caritatꝭ vētilen/
tur ꝛ ꝯſumentur exardeſcēte igne cordis ꝛ ex
ꝯſideratiōe ꝓprie vilitatꝭ. Jō caue ne nimiſ
tepidus ꝛ inordinatꝰ accedas. ꝛ incōſidera
tus. qꝛ indigne ſumis. ſi nō accedis reuerē/
ter circūſpecte ꝛ ꝯſiderate. vn̄ apl's. j. ad Co
rinth. xj. Judiciū ſibi manducat ꝛ bibit. qđ
aptꝰ inſinuat cū ſubdit dicēs. Jō inter vos
multi imbecilles. ſcꝫ p fidei incōſtantiaꝫ. et
infirmi. id ē. graui pctō ſauciati. et dormiūt
multi ſcꝫ p torporē ꝛ deſidiaꝫ. O q̄ꝫ graues
anguſtie. o q̄nte anguſtie me vndiq̄ꝫ affligē
tes. accedere indigne horrendū eſt iudiciū
nō accedere ex notabili negligētia vel con/
temptu dānabil' eſt culpa. Beda. Nā cū ſa/
cerdos eſt abſq̄ꝫ pctō mortali. et in ꝓpoſito
bono nō hn̄s legitimū impedimētū. ꝛ non
ex reuerentia ſed ex negligētia celebrare o/
mittit tūc q̄ntū in ipo eſt priuat trinitatem
laude ꝛ glīa. angelos leticia. pctōres venia.
iuſtos ſubſidio ꝛ grā. in purgatorio exiſten
tes refrigerio. eccl'iam xp̄i ſpūali beneficio.
ꝛ ſeipm medicina ꝛ remedio ꝯtra q̄tidiana
pctā ꝛ infirmitates. Quia ſic ait Amb. Si
q̄tienſcūq̄ꝫ effunditur ſanguis xp̄i totiēs in re
miſſionē effunditur. debeo illū ſemp accipere
vt ſemp mihi pectā dimittantur. q̄ ſemp pec/
co ſemp debeo accipe medicinā. Jteꝫ puat
ſe omibꝫ talibꝫ ꝓuenietibꝫ ex ſacra cōmuni/
one q̄ ſunt pctōꝝ remiſſio. fomitis mitiga/
tio. mentꝭ illumīatio. interior refectio. xp̄i ꝛ
corpis eiꝰ myſtici incorporatio. ꝯtutū robo
ratio. ꝯtra diabolūꝫ armatio. fidei certitu/
do. ſpei eleuatio. caritatꝭ excitatio. deuotio/
nis augmētatio. ꝛ angeloꝝ cōuiuatio. Itē
nō cōplet ſibi iniūctū magne dignitatꝭ ob/
ſequiū. nec officiū exercet debite ſeruitutꝭ
dei. ꝛ tn̄ ſcriptuꝫ eſt. Maledictꝰ q̄ facit opꝰ
dei negligenter. Itē ꝯtemnit chriſti p̄ceptuꝫ
de obſeruātia huiꝰ ſacramēti. iō xp̄s cōmi/
natur. Niſi māducaueritis carnē filij hoīs
ꝛc. Item abijcit viaticū ſue pegrinationis.
exponens ſe piculo mortis. qꝛ niſi recipiat
alimentū corpis chriſti ꝛ vite vegetationē.
efficitur ſicut aridū membrū ad qđ nō tranſ/
mittitur corpalis cibi nutrimentuꝫ. Ultimo
quātū in ſe eſt euacuat diuinū cultū ꝛ latri/
am creatori debitā ingratꝰ de bn̄ficijs. Nu
meri. ix. Si q̄s mūdus eſt ſcꝫ a pctō morta
li. ꝛ in itinere nō fuerit ſcꝫ aliter impeditus ꝛ
nō fecerit phaſe anīa illa de pplo ſuo exter/
minabitur. qꝛ ſacrificiū nō obtulit deo domi/
no tpe ſuo. Ergo quātū potes toto conatu
p exercitiū boni opis. lachrymarū ꝯtritio/
nē ꝛ deuotiōis flāmā expelle a te oēm tepo
rem ꝛ negligentiam ne inueniarꝭ reſpuere
tantorū cariſmatū dona.

Qualiter homo accenditur. et p que ad
celebrandum ꝛc.

I vis accendi ad amorē ꝯſidera to
ſ ta mēte iſta duo. Prio illiꝰ ſūme
caritatꝭ incēdiū q̄ ſūma bōitas ꝛ be
nignitas p te vermiculo fetido tam penoſe
ſuſtinuit crucis obprobriuꝫ. Scđo illiꝰ
nobiliſſimi corpis cibationē. dulciſſimāq̄ꝫ
ſanguinis potionē. Primo attēdas illam
beatiſſimā mortē diſcutiēs cām. Cauſa au
tē alia nō fuit niſi neceſſitas nr̄e redēptio/
nis. Omis aūt lex p leſe maieſtatis offenſi
one offendentē iudicat reū mortis. Huius
rei cā cū pctis exigentibꝫ eſſemꝰ rei mortis
p recōpenſatiōe tanti debiti miſerās deus
humane miſerie ꝛ parcēs nr̄e morti puidit
reuertere a pctō actiōis.reuertere a pecca/
to aſſuefactiōis.Reuertere ad me o aīa.te
ſancti cū magno deſiderio expectāt.ꝛ ad tu
um aduētū angeli exultant.Reuertere vo/
cat te expāſis in cruce manibꝫ ieſus chriſt⁹
Reuertere.tuū reditū p̄ſtolat̄ toti⁹ trinita/
tis abyſſus.O aīa hec fuit vox ſi bn̄ reco/
lis dilecti inuitant̄ꝫ.Aduerte nūc que fue/
rit longanimitas expectant̄ꝫ.O quāto tꝑe
tuū aduentū expectauit.heu quanto tꝑe te
in peccatis tuis tolerauit.O q̄t ꝛ quantos
ante tuā ꝯuerſionem in pctīs dānauit.ꝛ te
ſemꝑ peccantē miſericordit̄ expectauit.Re
uertere adhuc o aīa.chriſtus ī cruce te ex/
pectans habꝫ caput inclinatū ad te pecca/

trıcem ⁊ immundá deoſculandá.habȝ bra
chia extenſa ad amplexandaȝ. manꝰ aptas
ad remittendū.corpꝰ extenſum ad ſe totuȝ
īmpendendū.pedes affixos ad tecū cōma/
nendū.latus apertū ad te in illud intromit
tendū.Eſto ergo o aīa iā columba nidifi/
cans in foraminibꝫ petre.in cauernis mace
rie.ꝑuola manus.ꝑuola pedes.īuola late/
ri.ibi tuta requies.ibi ſecura quies. Hec
Bernardꝰ. Hugo de ſctō victore. O aīa
ſi digne cogitare poſſes.q̄t ⁊ q̄les in tui cō
paratiōe abiecti ſunt.q̄ tibi datā gratiā con
ſequi nō meruerūt.Elegit ḡ ⁊ p̄elegit te ſpō
ſus tuus.elegit te in oībꝫ.aſſumpſit ex oī
bus.amauit p̄ omnibꝫ.An ignoras ꝗꝫ feda
p̄us fuiſti.ꝗꝫ polluta ⁊ diſſoluta p̄us extiti/
ſti.Ip̄e te lauit lauacro regeneratiōis.pa/
uit cibo dulciſſimi corꝑis. Ipſe tibi dedit
veſtimēta virtutū.quibꝫ nuditatē tuā tege/
res ⁊ te adornareſ.Ip̄e ꝯtulit aromata bo
norū operū.quibꝫ fetorē peccati effugares.
dedit ſpeculū ſcripture in q̄ faciē tuā agno/
ſceres.Hec Hugo.O aīa vidiſti longani
mitatē expectātis.iam nūc cōuerte radiuȝ
ꝯtemplatiōis ad benignitatē iuſtificantis.
Cogita diligent̄ vnde tibi poſt hec omnia
tam ineſtimabil̄ gr̄a.vt eiꝰ merearis eē ſpō/
ſa.in queȝ deſiderāt angeli ꝓſpicere. Bern̄.
Quid ergo retribues dn̄o ꝓ oībꝫ que re/
tribuit tibi.Tribuit em̄ tibi ꝑ gratiā vt ſis
ſocia menſe.ſocia regni.ſocia thalami.Ui/
de quibꝫ brachijs a te ſit amplexandꝰ.qui/
bus labijs deoſculād9.q̄ te tanti eſtima/
uit.vt te ſuo ſanguine mundaret.⁊ ꝓpter te
ſomnuȝ mortis acciperet. Aīa Fateor
iam ⁊ recognoſco.experior et intelligo me
multo plura bis a deo meo recepiſſe.ſed ꝓ
his oībꝫ nihil dignū beneficijs tant̄ꝫ deo
retribuiſſe.Bernardꝰ in meditatōibꝫ.Mi
ſericordias dn̄i ineternū cantabo.q̄ꝛ ſeptē
in me miſericordias factas ꝯſidero.ꝑ quas
ſuā ineſtimabilē pietatē euidentiſſime reco
gnoſco.Primo ꝙ a mult̄ꝫ peccatis me con/
ſeruauit.Secūdo ꝙ me peccantē non ſta/
tim dānauit.ſed me ꝓlongāte iniquitatem.
ip̄e ꝓlongauit pietatē.Tercio ꝙ cor meum
īmutauit.vt fierēt ei dulcia q̄ prius erāt a/
mara.Quarto ꝙ me penitentē miſericor/
diter recepit.Quinto ꝙ ꝯtinēdi ⁊ emēdan/
di mihi virtutē p̄ſtauit.Sexto ꝙ dedit mi
hi gratiā ꝓmerendi. Septimo ꝙ mihi tri/
buit ſpem obtinēdi.Dic mihi iā o homo ꝓ

pter diuinā clementiā.q̄d ꝓ his oībꝫ do/
mino meo retribuā.ne fiam indigna ꝑcipi/
endis ſi ingrata fuero inuēta de perceptis.
Augꝰ.Quid ḡ retribuā dn̄o.niſi ꝙ diligaȝ
⁊ gr̄as agam.cōfitear ⁊ laudeȝ dicā nomini
ſuo eterno ⁊ bn̄dicto.Quoniā tā paratꝰ eſt
mihi dimittere mala.⁊ tā ineſtimabilia cō/
ferre bona. Gratie eiꝰ deputo ꝙ pctā mea
q̄ſi glaciē ſoluit.gr̄e eius deputo quecunqꝫ
mala nō feci.⁊ ideo oīa mihi reputo dimiſ/
ſa q̄cunqꝫ a meip̄o duce non ſunt cōmiſſa.
Hec Auguſt.in libro ꝯfeſ. Homo O
aīa ſcito ꝙ quicq̄d tibi dilectꝰ tuus cōtu/
lit.quicq̄d ꝓpter te ſuſtinuit.totū in chari/
tate ꝑpetua (qua te dilexit) ꝯſūmauit.Un̄
(ſicut eſtimo) nec meliꝰ nec decentiꝰ ꝗꝫ ꝑ di
lectionē retribuit̄ qđ ex ſola dilectiōe ꝯdo/
natur. Aīa Eya mi dn̄e deꝰ meus.ſi
hec ita ſe habēt.q̄ntū ego infelix ⁊ miſera di
ligere deberem deū meū.q̄ me creauit cum
nō eram.redemit cū perierā.⁊ de mult̄ꝫ pe/
riculis liberauit me.qn̄ errabā reduxit me
qn̄ ignorabā docuit me.qn̄ peccabaȝ corri/
puit me.qn̄ ꝯtriſtabar conſolatꝰ eſt me.qn̄
ſteti tenuit me.qn̄ cecidi erexit me.quando
iui duxit me.quādo veni ſuſcepit me. Hec
⁊ multa alia fecit mihi deus meꝰ.de quibꝰ
dulce mihi erit ſemꝑ loq̄.ſemꝑ cogitare.ſꝑ
gr̄as agere.vtinā ꝓ omnibꝫ beneficijs ſuis
poſſem eū laudare ⁊ amare.Cū em̄ ſm̄ au/
ctorem de ſpū ⁊ aīa.cūctis ſit p̄ſidens.ſin/
gulos implēs.vbiqꝫ p̄ſens.cunctoꝝ curam
agens.et tā ſingul̄ ꝗꝫ oībꝫ p̄uidens.ita tm̄
totū ad cuſtodiā meā occupatuȝ video.q̄ſi
omniū obliꝰ fuerit ⁊ mihi ſoluȝ intendere
velit.Sic em̄ p̄ſentē ſe mihi exhibet.ſemꝑ
ſe paratū offert.ſi me paratuȝ inuenerit.vt
quocūqꝫ me verto non me deſerat.niſi ego
prius deſeram eū.Hec ꝓ his oībꝫ qđ illi
retribuā habeo niſi tm̄ vt diligaȝ.Hec au/
ctor de ſpū ⁊ aīa.Bern̄.O bone ieſu.quo/
tiens poſt immēſas ⁊ innūerabiles lachry/
mas.q̄tiens poſt varios ſingultꝰ ⁊ gemitꝰ.
me ſauciatā ⁊ iam pene deſperantē vnxiſti
vnctione miſericordie tue.⁊ oīno pene defi
cientē excepiſti gaudentē.nec dereliq̄ſti de
venia p̄ſumenteȝ.Sed ſuꝑ hec oīa mihi
te bone ieſu amabilē nō īmerito reddit ca/
lix paſſionis quē bibiſti.opus nr̄e redēpti/
onis quod ſuſcepiſti.Hoc em̄ eſt qđ totum
amorē meū vendicat ſibi.hoc eſt quod me/
am deuotionē blandiꝰ allicit.⁊ iuſtiꝰ ſtrin/

git.⁊ vehementiꝰ afficit. Etenĩ vbi te humi
liasti.vbi te naturalib⁹ radijs exuisti.ibi ca/
ritas plꝰ effulsit.gr̃a ampliꝰ radiauit. Hec
Bern̄. Adiuro vos (inq̇t anĩa in cantic̃) fi
lie hierl'm. vt si inueneritis dilectũ.nũciate ei
q2 amore langueo. Bern̄. Nõ operit aĩma
quẽ diligit.q2 p̄sentẽ oĩb⁹ credit.q̇ de corde
suo nõ recedit. Augꝰ. Amo te dñe.⁊ impati
ens est amor.nec lachrymis sedatur.donec
amori det̃ qđ amat̃. Nihil eiꝰ mesticiã ꝯso/
latur.q̊usq3 nõ aspicit̃ qđ desiderat̃. Aĩa
Sed nũq̇d o hõ ille tenet̃ deũ diligere.
q̇ se gaudet talia q̃lia ego cõmisi mĩme cõ/
misisse Hõ O anĩa nõ te q̇sq3 irrideat
ab eo egrã sanari oportet. a q̇ sibi prestitu3
est vt nõ egrotaret. vl' forsan vt maiores la
bores cautiꝰ euitaret. Et iõ deũ tantundẽ
ĩmo reuera ampliꝰ diligat.q2 ꝑ quẽ me vi/
det tant̃ pctõꝝ meoꝝ languorib⁹ exui.per
eũ se videt tant̃ dolorib⁹ ñ implicari. Hec
Augꝰ.in li.ꝯfessionũ. Hiero. Sine amore
charitatis q̃3uis q̇sq3 recte credat.ad beati/
tudinẽ tñ venire nõ potest.q2 tanta est cha
ritas vt etiã ꝓphetia ⁊ martyriũ sine illa ni/
bil esse credant̃.nullũ p̄miũ charitati com/
pensat̃. Charitas eñ oĩm ꝟtutum obtinet
p̄ncipatũ. Augꝰ. Da mihi te deꝰ meus.red
de te mihi.amo te.⁊ si parũ est amem validi
us. Nõ possum metiri vt sciã q̃ntũ desit mi
hi amoris tui ad id qđ satis ẽ.vt currat vi/
ta mea ĩ amplexꝰ tuos. nec auertat̃ donec
abscondat̃ in abscõdito vultꝰ tui. Hoc ta/
men scio ꝙ male mihi est p̄ter te. ⁊ om̃is co
pia q̃ deꝰ meꝰ non est.mihi egestas est. Hec
Augꝰ. Anĩa Nũc ẽ̊ o hõ q2 ꝓ his oĩb⁹
dilectũ dilectorẽ meũ vt dixisti diligere de/
beo.dic q̃so quãtũ aut quõ ĩpm diligã.q̃te/
nus sibi vicissitudinẽ tante dilectiõis repẽ
dam. Hõ O anĩa q̃3uis s̃m Bern̄.cau
sa diligẽdi deũ.deꝰ sit.modus ꝟo diligendi
eũ sit sine modo diligere. possumꝰ tñ mo/
dũ aliquẽ ex ip̄is sacre scripture locis inue
stigare. Ip̄e etenĩ q̇ tibi dilectionez tribuit
modũ diligẽdi oñdit q̃ñ dixit. Diliges do/
minũ deũ tuũ ex toto corde tuo.ex tota aĩa
tua.⁊ ex tota fortitudine tua. Dilige igitur
anĩa amore singulari deũ p̄rem.q̇ te tã no/
biliter ex nihilo creauit.deũ filiũ q̇ te tã in/
estimabiliter ꝓ te moriẽdo reformauit.de/
um spm̄sctm̄ q̇ te tã misericordit̃ ⁊ tã dulcit̃
sepius ꝯsolãdo a pctõ ꝯseruauit.⁊ in bono
ꝯfortauit. Dilige igit̃ deũ p̄rem fortiter.vt
nullo alieno amore ꝑiculose vincaris.dilige
deũ filiũ sapient̃.vt nullo alieno amore do
lose seducaris.dilige deũ spm̄sctm̄ dulciter.
vt nullo alieno amore venenose inficiaris.
Vel alit̃ s̃m Bern̄. Disce a christo o anima
christiana.queãdmodum debeas diligere
christũ. Dilige dulcit̃.prudẽt̃ ⁊ fortit̃. Dul/
citer vt amore illiꝰ oĩs amor alius tibi vile/
scat.⁊ ip̄e solus sit tibi mel in ore. melos in
aure.iubilus in corde. Dilige prudent̃.vt
amor tuus in eo solo ⁊ in nullo alio ꝯtinue
inardescat. Dilige fortiter. vt tua fragilitas
oĩa dura ⁊ aspera gaudent̃ ꝓ ip̄o sustineat.
vt dicas.labor meꝰ vix est vniꝰ hore.⁊ si am
plius ẽ nõ sentio p̄ amore. Hec Bern̄. Hie
ronymꝰ. Ita christianꝰ ꝑ amorẽ in christu3
iugit̃ intendat.vt oĩa libent̃ ꝓpter ip̄m susti/
neat donec ad ip̄m ꝑueniat. Hec Hiero.
Amemꝰ christũ.⁊ eiꝰ semꝑ q̃ramꝰ inherere
amplexib⁹.⁊ facile videbit̃ om̃e qđ est diffi/
cile. Amb. O anĩa sꝑ in mẽte tua ꝑtracta q̃3
dulciter christꝰ te dilexit in incarnatiõe. q̃3
prudent̃ in ꝯuersatiõe.⁊ q̃3 fortit̃ in passiõe
Hugo. Nulla dilectio maior.nulla caritas
sincerior.nullus amor fortior.mortuus est
ꝓ te innocẽs.nihil in te ĩueniẽs qđ amaret.
Hec Hugo de sctõ vic. Anĩa. Dic q̃so
o hõ salua reuerẽtia tua.nõ ex curiositate.
sed ex hũilitate.non ex p̄sumptõe s3 potiꝰ ex
deuotiõe int̃rogo. Et q̇d est qđ amo cũ de
u3 meũ amo. Hõ O aĩa si tua q̃stio eẽt
p̄sumptuosa.tũc nimis eẽt viciosa.sed q2 ex
deuotiõe originat̃.deuotã r̃nsionez meret̃.
Audi ẽ̊ q̇d dicit ille magnꝰ amator dei. Au
gꝰ.in lib.ꝯfes̃. Cũ deu3 inq̇t amo.non amo
speciẽ aut decꝰ.nõ tp̄s.nõ candorẽ luc̃ istiꝰ
amicũ oculis.nõ dulces melodias. nõ vn/
guenta suauit̃ redolẽtia. nõ mãna. nõ mel/
la.nõ mẽbra carnis amplexib⁹ acceptabilia
nõ hec amo cũ deu3 amo. Sed q̇d amo. A/
mo lucẽ q̃ndã.q̃ndã vocẽ.quẽdã odorẽ.q̃n/
dam cibũ.quẽdã amplexũ interior̃ homĩs
mei.vbi fulget aĩe qđ nõ capit locus.vbi so
nat qđ nõ capit tempꝰ.vbi redolet qđ non
spargit flatꝰ.vbi sapit qđ nõ minuit edaci/
tas.vbi heret quod nõ diuellit satietas.
Anĩa Dic q̃so o hõ vel paululũ de chari/
tatis ꝟtute.q̃ cognita ad diligẽdũ deũ for/
tius animꝰ inardescat. Hõ. Reuera o
anĩa charitat̃ fructꝰ magnꝰ est.sed occultꝰ.
Ip̄a eñ s̃m Aug.in aduersitatib⁹ tolerat.ĩ
ꝓsperitatib⁹ tẽperat.in dur̃ passiõib⁹ ẽ for/

tis.in bonis opib⁊ hilaris.iñ tehtatiõe tu/
tiſſima.in hoſpitalitate liberaliſſima.inter
veros frẽs letiſſima.inť falſos patiẽtiſſima
Jp̃a ẽ inť obprobria ſecura.inť odia bene/
fica.inť iras placida.inť inſidias innocẽs.ĩ
iniq̃tate gemẽs.ĩ v̾itate reſpirãs. Hec Au/
gꝰ.de laude caritatꝫ. Berñ. O felix amor ex
q̃ oriť ſtrenuitas moꝝ.puritas affectuum.
ſubtilitas intellectuũ. ſctĩtas deſiderioꝝ.
claritas opeꝝ.fecũditas v̾tutum. dignitas
meritoꝝ.ſublimitas p̃miorũ ⁊ honoꝝ. O
dulcedo amorꝫ.o felix amor dulcedis.ↄme
dat te cor meũ.⁊ nectare tuo repleanť viſce
ra aĩe mee. Hec Berñ. Jdẽ. O aĩa q̃ꝫ dulcꝫ
eſt cib⁊ caritatꝫ.q̇ feſſos alleuiat.debiles ro
borat.meſtos letificat. Jugũ nãqꝫ v̾itatꝫ fa
cit ſuaue.⁊ onꝰ eiꝰ leue. Jdeꝫ. Fateor dñe.
nõ ſuſtinui pondꝰ diei ⁊ eſtꝰ.ſꝫ iugũ ſuaue ⁊
onꝰ leue porto. Opꝰ em̃ meũ vix eſt vniꝰ ho
re.⁊ ſi plꝰ ẽ nõ ſentio p̃ amore. Sꝫ q̇d plura
Hugo de ſctõ vic. O aĩa tãta ẽ vis amoris
vt talẽ te neceſſe ẽ eſſe.q̃le ẽ illud qđ amas.
Et cui p affectũ ↄiũgeris in ipꝰ ſilr̃itudinẽ
ip̃a q̃dãmodo dilectiõis ſocietate tranſfor
maris. Hec Hugo.

Capl̃m III Quõ aĩa p mẽtale exer/
citiũ dꝫ radiũ ↄtẽplatiõis ↄuertere ad exte
riora.vt cognoſcat q̃ꝫ inſtabilꝛ ſit mundana
opulẽtia.q̃ꝫ mutabilꝛ mũdana excellẽtia.et
q̃ꝫ miſerabilis mũdana magnificẽtia.

Anima.

Jam video quoniã miſer ẽ oĩs animꝰ iũctꝰ ami/
cicia reb⁊ t̃palib⁊ q̃ cũ labore acq̃
runť.cũ timore poſſidenť.cuꝫ dolore amit/
tunť. Sed btũs ẽ q̇ amat te dñe. ⁊ inimicũ
ꝓpter te.⁊ amicũ in te. Solꝰ em̃ nullũ carũ
amittit.cui oẽs in te chari ſunt.te v̾o nemo
amittit.niſi q̇ te dimittit.q̇ aũt te dimittit q̃
vadit.niſi ad te placido a iratuꝫ. Hec Au/
gꝰ. Jdẽ. O charitas q̃ ſp ardes ⁊ nunq̃ꝫ ex/
tinguerꝫ. Caritas deꝰ meꝰ accẽde me. Ju/
bes vt amem te.da qđ iubes ⁊ iube qđ vis.
Jubes certe qđ ↄtineã a ↄcupiſcentia car/
nis.a ↄcupiſcẽtia oculoꝝ.⁊ ambitõe ſeculi.
Auguſ. Minꝰ te dñe amat q̇ aliq̃d tecũ a/
mat.qđ ꝓpter te nõ amat. Amb. O hõ ame/
mus xp̃m ⁊ eiꝰ ſp inherere q̃ramꝰ amplexi/
bus.⁊ facile videbiť om̃e difficile. Hõ

Grego. O aĩa iã vt video recognoſcis q̃ꝫ
felix ⁊ q̃ꝫ beatꝰ eſt q̇ in ſolo eťnitatꝫ deſide/
rio p amorẽ figiť.q̇ nec ꝓſp̃itate extolliť.nec
aduerſitate q̃ſſať.⁊ duꝫ nihil hꝫ in mõo qđ
diligat.nihil eſt in mõo qđ ptimeſcat. Hec
Grego.in mora. Cõuerte igiť o aĩa nũc ra/
diũ ↄtẽplatiõis ad ea q̃ ſunt iuxta te.h̃ ẽ ad
mõm iſtũ ſenſibilẽ.vt ip̃m et ea q̃ ſunt ĩ ip̃o
deſpicias.⁊ eo deſpecto amplius in amore
ſpõſi inardeſcas. Minꝰ em̃ eũ amas ſi ali/
q̇d cũ eo appetꝫ.qđ ꝓpter ip̃m ⁊ in ip̃o nõ di/
ligas. Tanto ei ſ̃m Grego.q̇s ab illo ſup/
no amore diſiũgiť.q̃nto inferius delectať.
⁊ citiꝰ ad deũ ↄuertiť.q̇ nõ hꝫ in h̃ ſeclo vn/
de delecteť. Et ſ̃m glo.ſup Exodo. Tanto
q̇s ab ĩferioꝝ amore diſiũgiť. q̃nto ad ſola
eťna amãda ſubleuať. Cetera igiť creatura
tibi vileſcat.vt creator tuꝰ in corde ſolꝰ dul/
ceſcat. Augꝰ. Uolue igiť ſp ⁊ reuolue.ñ tm̃
ex auditꝫ ſed etiã ex exptis.nõ tm̃ ex dictꝫ.ſꝫ
etiã ex factꝫ.q̃ꝫ inſtabilꝛ ſit mũdana opulen/
tia.q̃ꝫ mutabilꝛ mũdana excellẽtia. q̃ꝫ falſa ⁊
miſerabilꝛ mũdana gl̃ia. Om̃e em̃ ſ̃m Gre.
qđ hic eminet. multo plꝰ merore afficiť.q̃ꝫ
honore gaudeat. Gregꝫ. Ecce hꝰ mõi ama/
tores nũdinas hꝰ ſeculi pambulãt. aliȷ̃ di/
uitias.aliȷ̃ honores.aliȷ̃ gl̃iam q̃rẽtes. Sꝫ
q̇d de diuitiȷ̃s dicã.q̃ cũ labore acq̇runť cũ
timore poſſidenť cũ dolore amittũť. Quid
de honore referã. Jn loco ſublimi poſitus
es.nũq̇d nõ eris iudicãdꝰ ab oib⁊.lacerãdꝰ
ab oib⁊. Nunq̇d in honore ſine dolore.in p̃
latiõe ſine tribulatione.in ſublimitate ſine
vanitate eſſe q̇s poterit. Quid de gl̃a dicã.
Nihil aliud eſt niſi q̃dã vana auriũ inflatio
Nũquid et ip̃a eſt ſine iudicio. Reſpice q̇s
antecedis.⁊ cogita q꞉ in oib⁊ inuidie ſemĩa
p̃bes. Totiens angelo apoſtate ſilĩs eẽ vo/
lo.q̇tiens p̃eſſe deſidero. Hec Berñ. Hie/
ro. Nihil nãqꝫ ſeculo rebuſqꝫ ſeculi fugaciꝰ
eſt.q̃s cũ tenere cupimꝰ amittimꝰ. Vidiſti
imp̱atores.vidiſti p̃fectos.vidiſti exercitꝰ.
victorias ⁊ triũphos.heri fuerũt.hodie nõ
ſunt.heri q̃ſi flos apparuerũt. hodie q̃ſi fe/
nũ aruerť. Nihil itaqꝫ bonũ ẽ niſi qđ ppetu
um eſt. Hec Hiero. Aĩa O hõ ſi hec
ita ſe hñt.q̇d eſt qđ miſeri hoĩes q̃rũt.dum
mũdi vanitates appetũt. O q̃ntuꝫ excecati
ſunt q̇ mũdi gl̃iam q̃rũt. Greg. Nõnulli dũ
q̃rũdã gl̃iaꝫ cernũt.magnũ aliq̇d exiſtimãt
atqꝫ vt talia mereanť exoptant. Cũ v̾o eos
moriẽtes aſpiciũt eoꝝ q̃ꝫ vana ſit gl̃ia cum
gemitu fatenť.⁊ dicunt. Ecce q̃ꝫ nihil eſt bõ
Hec Grego. Hõ O aĩa chariſſima.⁊

quid ſunt mūdana oīa niſi q̄dā vana ſom/
nia. Et quid ꝓfuit ſupbia aut diuitiarū ia/
ctātia amatoribꝫ ſuis. Trāſierūt em̄ omīa
tanq̄ȝ vmbra ꝛ tanq̄ȝ nauis q̄ ptrāſijt fluctu
antē aquā. cuiꝰ nō eſt inuenire veſtigiū. In
malignitate em̄ ſua ꝯſumpti ſunt. Heu q̄ȝ
plurimi etiā nullū ſignū reliq̄rūt. Ubi ſunt
p̄ncipes gentiuȝ. ꝛ q̊ dn̄ati ſunt ſup beſtias
que ſunt ſup terrā. Qui argentū theſauri/
zauerunt. ꝛ aurū ꝯgregauerūt. q̊ ciuitates
ꝛ caſtra extruxerūt. reges et regna bellādo
deuicerūt. Ubi ſapiens. vbi ſcriba. vbi inq̊
ſitor huiꝰ ſeculi. vbi ſalomon ſapiētiſſimus
vbi alexāder potētiſſimꝰ. vbi ſamſon fortiſ
ſimus. vbi abſalon ſpecioſiſſimꝰ. vbi aſſue/
rus glio ſiſſimꝰ. vbi ceſares potētiſſimi. vbi
reges. vbi p̄ncipes inclyti. Quid ꝓfuit eis
inanis glia. breuis leticia. mundi potētia.
magna familia. carnis voluptas. diuitiaꝝ
falſitas. ꝯcupiſcentie ſuauitas. Ubi riſus.
vbi leticia. vbi iactātia. vbi arrogātia. Ecce
generoſitas ſanguis. pulchritudo corpoꝝ.
forma elegāſ. iuuenilis decor. p̄dia. palacia
immēſa. ſuppellex. adde ꝛ mundi ſapiām. de
mūdo ſunt hec oīa. ꝛ mūdus qḋ ſuū eſt di/
ligit. ꝛ tn̄ cū mūdo nō diu ſubſiſtūt. Trāſi/
bit em̄ mūdus ꝛ concupiſcētia eius. Bern̄.
Tu g̊ ſi recte ſapis. ſi tecū lumē oculoꝝ eſt.
deſine ſequi que ꝯſequi miſeꝝ eſt. q̄ poſſeſ/
ſa onerant. amata inquināt. ꝛ amiſſa cruci/
ant. Tu g̊ relinque hec om̄ia ꝓpter eū q̊ eſt
ſup om̄ia. Hec Bern̄. Fuge g̊ ꝛ confuge o
aīa ad vrbē refugij ħ eſt ad vitā religioſaȝ
vbi poſſis de p̄teritis agere pn̄iam. ꝛ in pre
ſenti obtinere gr̄am. ꝛ felicit̄ p̄ſtolari futu/
ram gloriā. Nō te retardet pctōꝝ ꝯſcientia
qꝛ vbi ſupabūdauit iniq̄tas. ſupabundare
ꝯſueuit ꝛ gr̄a. Nō pn̄iaꝝ auſteritas ipſa te
deterreat. Non em̄ ꝯdigne ſunt paſſiōes hꝰ
tpis ad p̄teritā culpā que remittit̄. ad p̄ſen/
tem gr̄am q̄ immittit̄. ꝛ ad futurā gloriaȝ q̄
ꝓmittitur. Hec Bern̄. Aīa Iā falſi/
tatē ꝛ inſtabilitatē mūdi agnoſco. ſȝ neſcio
q̊ vinculo detēta adhuc auertere mentē ne
queo. Hō Certe ſi diligent̄ o aīa ꝛ pru
denter periculū tuū qḋ de mūdo incurris
aduerteres. ꝓculdubio animū a ſeculi va/
nitatibꝫ cobiberes. Grauis em̄ ꝛ nimis pe
riculoſa eſt mūdana ꝯuerſatio. qꝛ ſm̄ Ber̄.
Periclitat̄ caſtitas in delicijs. hūilitas i di
uitijs. pietas in negocijs. ꝟitas in multilo/
quio. caritas in ħ nequā ſeculo. O aīa debi
lis ꝛ infirma q̄ tā facilis es ad decipiendū.
tā prona ad cadendū. tā difficil̄ ad ſurgen/
dū. An ignoras ꝙ ſicut difficile ē arborem
iuxta viā poſitā fructꝰ pulcherrimos vſq̄ȝ
ad maturitatē ſeruare. ſic difficile eſt hoīeȝ
iuxta ſeculū viuentē iuſticiā imaculatā vſq̄ȝ
in finē ꝯſeruare. Hec Chryſo. Itē Auguſ.
in epl'a quadā. Uincula huiꝰ mūdi habent
aſperitatē verā. iocunditatē falſaȝ. certū do
lorē. incertā voluptatē. durū laboreȝ. timi/
dā quietē. plenā miſeriā. nullā beatitudinē.
inanē ſpem. O aīa ſi ħ in mente portares.
mundū ꝛ ea q̄ in mūdo ſunt cōtēneres. Et
q̊d eſt chariſſima qḋ diligis. quid ē qḋ appe
tis. quid ē qḋ in mūdo quer̄. Si p̄lationē
diligis. q̊d aliud facis niſi ꝙ vitā tuā cōfun
dis An ignoras ꝙ mōſtruoſa res eſt gradꝰ
ſummꝰ. ꝛ animꝰ infimus. ſedes p̄ma et vita
ima. lingua magniloqua. ꝛ manꝰ ocioſa. ſer
mo multus ꝛ fructꝰ nullus. vultꝰ grauis et
actus leuis. ingens auctoritas ꝛ nutās in/
ſtabilitas. Hec Bern̄. Sed forte diceres.
p̄lationē quidē appeto. ſed in ip̄a bene ꝛ ſctē
viuere intendo. Laudo. ſed raro qḋ lauda
re valeaȝ inuenio. Unde ſp timeo qḋ dicit
Grego. in regiſtro. Ita ſibi regentiū ꝛ ſub/
ditorū merita cōnectunt̄. vt ſepe ex culpa p̄
ſidentiū fiat deterior vita ſubditoꝝ. Et ſe/
pe ex merito plebiū delinquat vita paſtoꝝ.
Si ſapientiā mundi quer̄. o quāto pericu
lo te cōmittis. Bern̄. Heu q̊t ꝛ quātos mū
di maledicta ſapiētia ſupplātauit. ꝛ ꝯceptū
in eis diuinū extinxit ſpm̄. quē vehementiꝰ
dn̄s accēdi voluit. An ignoras ꝙ ſapiētia
mūdi terrena eſt. aīalis ꝛ diabolica. inimi/
ca ſalutis. ſuffocatrix vite. ꝛ mr̄ cupiditat̄.
Hec Bernardꝰ. Augꝰ. Qui ſine ſaluatore
ſalutē vult querere. et ſine vera ſapiētia eſti
mat ſe prudentē fieri poſſe. nō ſanꝰ ſed eger
eſt. nō prudens ſed ſtultꝰ eſt. et in egritudi/
ne laborat aſſidue. Qui em̄ creſcit in ſcien/
tia ꝛ nō in bona vita. elongat̄ a deo. ſicut di
cit algazel. Tu ergo ſi ſapiēs eſſe deſideras
diſcas in terris. quorū ſcientia pſeueret te/
cum in celis. Hec Hiero. Hic ſtudeas q̄lit̄
ad ip̄m puenias. quē ſemel vidiſſe eſt oīa di
diciſſe. Hec eſt illa eterna veritas. ſine qua
om̄e ſape deſipe eſt. quā ſolā cognoſcere p/
fectū ſcire eſt. Augꝰ. Infelix hō qui ſcit oīa
alia. te aūt neſcit. Beatꝰ aūt q̊ te neſcit. etiā
ſi alia neſciat. Si auteȝ te ꝛ alia nouit. non
ꝓpter illa beatior. ſed ꝓpter te ſolum beatus.

Anſelm⁹. Sʒ fortaſſe diuitias mūdiales.
pompas ſeclares. ⁊ delicias carnales o aīa
mea diligis. ⁊ ꝓpter h̄ mūdū inuite derelin/
quis. Sed attēde q̄ caduca ⁊ fragilia ſunt
hec. Dic vbi reges. vbi ꝑncipes. vbi oīm p̄
dictoruʒ dilectores. Timeo ꝙ mlti ex ipis
heu extermiati ſūt. ⁊ ad inferos deſcēderūt
Quid nūc eis ꝓdeſt ſupbia. q̄d diuitiaꝝ ia
ctantia. Qui em̄ plus diligit mūdū q̄ deū.
ſeculū q̄ clauſtrū. gulā q̄ abſtinētiā. luxuri
am q̄ ꝯtinētiā ſequit̄ diabolū. ⁊ ibit cuʒ eo
ad eternū ſuppliciū. Aug⁹. Qui florēt felici/
tate ſeculi. pereūt ꝟtute dei. florēt ad tēpuſ.
peunt inetnū. florēt falſis bonis. peūt verꝫ
tormētis. Idē. Si in h̄ ſeclo aliq̄d nos ha
bere delectat. deuʒ q̄ poſſidet oīa expedita
mēte poſſideam⁹. ⁊ in ipo habebim⁹ q̄cq̄d
felicit̄ ⁊ ſctē deſideram⁹. Gre. Nec diuiti ob
ſunt opes ſi eis bene vtat̄. nec paupem ege
ſtas ꝯmēdabilē facit ſi int̄ inopias ſordes
pcti nō caueat. Sʒ adhuc o aīa inuenies
qḋ obijcias dicēs. Mūdū deſpicio. ſʒ ami
cos. parētes ⁊ cognatos derelinq̄re nō va/
leo. Friuola o aīa eſt hec obiectio. Bern̄.
Fidelis ſmo ⁊ oī acceptiōe dign⁹. Si im/
piū eſt ꝯtēnere pr̄em vl' mr̄em ꝓpter chriſtū
piiſſimū eſt. O dirū pr̄em. o ſeuā mr̄eʒ. imo
nō parētes ſʒ pemptores. q̄ te malunt pire
cū eis q̄ regnare ſine eis. Hiero. Licʒ ſpar
ſo crine ⁊ ſciſſis veſtib⁹. vbera q̄b⁹ te nutrie
rat mr̄ oñdat. licet ī limine pr̄ iaceat. p ꝯtē/
ptā mr̄em. p calcatū pr̄em pge ſiccis ocul̄.
⁊ ad vexillū crucꝫ euola. Solū pietatꝫ gen⁹
eſt in his fuiſſe crudeleʒ. Chryſo. An igno/
ras o aīa ꝙ q̄ habet ieſum. hʒ pr̄em et ma/
trē ⁊ oēm amicū. Quid ſeq̄ris mortuos. ſe/
quere viuū. ⁊ dimitte mortuoſ ſepelire mor
tuos ſuos. Aīa Iā ex ꝟbis tuis o hō p
pendo. ⁊ ex multis expimentis cognoſco. ꝙ
etiā mūdus in ſeipo aruit. Sʒ adhuc heu
in multoꝝ cordib⁹ floret. qui amaritudies
mūdi diligūt. fugiētē ſequunt̄. labentē am/
plectunt̄. dic q̄ eſt tante cecitatꝫ rō. Hō

O aīa an ignoras ꝙ tā delicata ⁊ tā no/
bilis es a ſponſo tuo auctore oim cōdita.
ꝙ ſine dilectiōe eſſe nō potes. Hiero. i epl'a
ad euſtochiū. Difficile eſt hūanā aīam non
amare. neceſſe eſt em̄ vt mēs nr̄a ad q̄ſcūq̄
trahat̄ affect⁹. Vnḋ ſm Bern̄. etiā oportet
ꝙ aut in ſūmis aut ī infimis delecterꝫ. Igi/
tur ſm Gre. in mora. Quia ſunt nōnulli q̄
vitā ſuā negligūt. dū trāſitoria appetunt. et
eterna nō intelligūt. vl' intellecta ꝯtemnūt.
dolorē nō ſentiūt dū vulnerati ſunt. Vnḋ
heu ſe miſeri in bonis eē putāt. exiliū quaſi
patriā diligūt. ⁊ in cecitate q̄ſi lumīs clari/
tate exultāt. Ecōtra electoꝝ mētes dū cun/
cta trāſitoria q̄ſi nulla ꝯſpiciūt. ad q̄d ſunt
ꝯdite req̄rūt. Cūq̄ coꝝ affectui nihil extra
deū ſufficiat. in ſola ꝯtēplatiōe cōditoꝝ q̄e/
ſcunt. ſupnis īteresse ciuib⁹ appetunt. ⁊ ad/
huc in mūdo poſiti extra mūm ſurgūt. Hec
Gre. Idē ſup ezechielē. Dulcedo videt̄ eſſe
in reb⁹ hūanis. ſed eis q̄ nullaʒ de celeſtib⁹
dulcedinē expti ſūt. Quia dū mens hūana
min⁹ eterna intelligit. tāto dulci⁹ in tp̄alib⁹
req̄eſcit. Sed ſi q̄s iā cordis lingua guſta/
uerit q̄ ſit illa dulcedo celeſtiū p̄mioꝝ. huic
q̄nto dulci⁹ fit qḋ int⁹ videt. tāto magis in
amaritudinē ꝟtit̄ oē qḋ foris ſuſtinet.
Aīa Ne q̄ſo o hō ꝓcraſtines mihi aliq̄d
de mūdāo ⁊ celeſti gaudio ediſſerere. q̄ten⁹
vtriuſq̄ natura pfecti⁹ cognita. vnuʒ veri⁹
deſpiciā. ⁊ ad alteꝝ aſſeq̄nduʒ ſtudioſi⁹ me
extendā. q2 puto ꝙ ſicē bonū n̄ amat̄ niſi co/
gnoſcat̄. ita malū nō deuitat̄ niſi intelligat̄.

Hō O aīa eſtimo ꝙ mūdanū gaudiū
(ſi tñ pōt dici gaudiū. ⁊ nō poti⁹ flagellū in/
cognitū) nunq̄ pfecte cognoſcit̄. niſi cū pfe
cte deſpicit̄. Vñ ſicut a pfectꝫ mūdi ꝯtēpto
rib⁹ tradit̄. mūdanū gaudiū potiſſime ꝓpter
q̄nq̄ ꝯtēptibile eſt hñdū. Primo ꝙ hʒ vi
litatē in obiecto. Quid em̄ eſt ſeculi leticia.
Rñdet Aug⁹. impunita neq̄cia. i. luxuriari.
inebriari. comeſatōnib⁹ vacare. vanitatib⁹
intēdere. ⁊ p his in hac vita nihil mali ſuſti/
nere. Putāt em̄ mali ſe eſſe in delicijs cum
nō corrigunt̄ p ſuis neq̄cijs. Et ignorāt ꝙ
ſicē dicit Aug⁹. nihil infelici⁹ ē felicitate pec/
cantiū. q̄ penalis infirmitas nutrit̄. ⁊ mala
volūtas roborat̄. Scḋo hʒ impuritateʒ
in ſubiecto. Anima em̄ peccatꝫ deformata.
eſt ſubiectuʒ mundani gaudij. que letat̄ cū
malefecerit. ⁊ exultat in reb⁹ peſſimis. Vñ
bene dicit beat⁹ Hiero. ꝙ ridere et gaude/
re cū hoc ſeculo. nō eſt factuʒ homīs ſenſa/
ti. ſed frenetici Reuera o anima coꝛ mūduʒ
nō cum hoc ſeculo im mūdo. ſed cū deo ⁊ in
deo letū eſt ⁊ iocundū. Tercio hʒ breui/
tatem in ſeipo. q2 gaudiū hypocrite ad in/
ſtar puncti. Hypocrita eſt hic mund⁹. cui⁹
gaudiū eſt ad inſtar puncti. quod nec latuʒ
nec longū nec altum eſt nec ꝓfundū. Aug⁹.
ſup Iobeʒ. Leticia ſeculi vanitas eſt. cum

magno deſiderio ſperatꝰ vt veniat. ⁊ nõ po/
teſt teneri cũ venerit. O aĩma q̃ꝫ breuis. q̃ꝫ
fragilis ⁊ q̃ꝫ caduca ẽ mũdana leticia. Bre/
ues eñ dies homĩs ſunt. Quarto habẽt
triſticiã in ẽmio. q: ducũt heu miſeri ĩ bõis
dies ſuos. ⁊ ĩ puncto ad infernũ deſcẽdũt.
Extrema eñ talis gaudĳ luctus occupat.
Immo o aĩa ſi vales diſcernere. tale gau/
dium habꝫ ſemꝑ triſticiã admixtaꝫ in actu
ſuo. q̇a ſemꝑ neceſſe eſt ꝙ ꝑ̃ſumat ſeu a ꝑtur
bata ꝯſcientia. An ignoras o aĩa ꝙ nõ diu/
tius ꝑdurat leticia q̃ eſt in comedendo ⁊ bi
bendo. q̃ꝫ durat triſticia q̃ ẽ eſuriendo ⁊ ſi/
tiendo. ſic eſt de om̃ibꝫ alĳs. Quinto ha
bet miſeriã magnã in affectu ꝓprio. q: eſt ſpi
ritualis gaudĳ impedimẽtũ. O aĩa agno
ſce q̃ꝫ miſer eſt h̃ mũdus. ⁊ q̃ꝫ miſerrimi qui
ſequunꝰ ipm̃. Semꝑ eñ mũdana gaudia
excluſerũt homines a btã vita. Berñ. O q̃ꝫ
vilis eſt q̃ꝫ inutilis ẽ mũdana ꝯſolatio. ⁊ qđ
plus eſt metuendũ. q: vere ac ſctẽ cõſolatio
nis eſt impedimentũ. Rennuas igiꝰ o ani/
ma mea in mũdo delectari. ſi vis de dĩ me/
moria conſolari. Hec Berñ. Augꝰ. Cetera
creatura vileſcat vt creator in corde dulce/
ſcat. Aĩa Iã mundũ deſpicio. iam fal
ſam leticiã. verã triſticiã. falſam dulcedinẽ
⁊ verã mundi amaritudinẽ agnoſco. ⁊ ob h̃
nõ immerito hec om̃ia ſ̃m tuũ ꝯſiliũ ꝯtem
no. Sed q: ſicut aſſeris ſine dilectione eſſe
nõ valeo. dic queſo q̇d agã. quo me cõuer/
tam. vbi dilectionẽ ꝯuenientẽ inueniã.
Homo O aĩa ſi teipaꝫ ꝑfecte cogno
ſceres. ex tui ꝯgnitione mundũ ⁊ om̃ia q̃ in
mũdo ſunt ꝯtẽneres. ⁊ diſcere poſſes quaꝫ
ꝯſolationẽ ĩ tua dilectõe affectare nõ imeri
to deberes. O aĩa ſi te naturã celeſteꝫ in/
telligeres. ꝓcul dubio terrenã ꝯſolationeꝫ
abhorreres. Erubeſce igiꝰ cõſolari ĩ ſceno.
que es de celo. Erubeſce in imis delectari.
que nõ potes niſi in ſummo ſatiari. Natu/
ra es (vt puto) celeſtis. ⁊ celeſtẽ ꝯſolationẽ
(ſicut eſtimo) naturaliꝰ ſi carnal' inſania ꝑ/
mitteret appetis ⁊ req̇ris. Berñ. O q̃ꝫ dulce
⁊ delectabile eſſet. adiũcto diuini amorꝭ cõ
dimento. ſ̃m naturã viuere. ſi carnalis inſa
nia nos ꝑmitteret. qua ſanata. ſtatim natu/
ralibꝫ natura arridet. Aĩa Et q̇d eſt ꝓ
prie ſ̃m naturã viuere. Hõ Propriĳſſi
me ſ̃m naturã viuere eſt in terrꝭ celeſtẽ vitã
ducere. ab exterioribꝫ ad interiora redire.
ab interioribꝫ ad ſuꝑna aſcendere. ⁊ facere
om̃ia ſ̃m nobiliſſimũ qđ eſt in homĩe ꝑcel/
lens. h̃ eſt ſ̃m intellectũ. Hec phs. iiĳ. ethi.
Aĩa Poteſt ne aliq̇s in terris. ⁊ ĩ hac
lachrymaꝝ valle celeſtẽ vitã ducere. Ho
mo O aĩa ſi de meis v̄bis tanq̃ꝫ homĩs
pctõris dubitas ⁊ mirarꝭ. audi Auguſtinũ
⁊ aplm̃ paulũ. Ecce q̇d dicit Augꝰ. Cũ eter
num aliq̇d ꝑ cognitionẽ ⁊ amorẽ capimus
mente iã non in hoc mũdo ſumus. Unde
eſt quod dicit apoſtolꝰ. Noſtra cõuerſatio
in celis eſt. O aĩa mea puto igiꝰ ꝙ verius
es vbi amas q̃ꝫ vbi animas. q: quicq̇d dili
gis ipa dilectiõis vi in eius ſimilitudinem
trãſformaris. Si g̃ celeſtia contẽplaris. ſi
celeſtia diligis. quomõ iã nõ in celis cõmo/
raris. que celeſtibꝫ ſpiritibꝫ in vita aſſimila
ris. Aĩa Heu heu iã me infelicem et
miſerã. miſerabiliter multo iã tempe exce/
catam ſentio. que tanto tempe ꝑ cognitio/
nem in tempalibꝫ ⁊ terrenis rebꝫ oberraui.
Mundanis ⁊ vilibꝫ me ꝑ amoreꝫ alligaui.
de quibꝫ paucã conſolationẽ. multam vero
amaritudinẽ ⁊ deſolationẽ. modicaꝫ ⁊ val/
de exilem leticiã. ſed variam ⁊ ſepe magnaꝫ
cordis triſticiã ſumpſi. Dic ergo iam que/
ſo o homo q̃ eſt celeſtis conſolatio. ⁊ ſi quo
modo poſſem ad ipam ꝑtingere in hac val/
le lachrymaruꝫ ⁊ miſerie Quid eſt quod in
deo meo inuenio. cũ tam libenter ⁊ tam fa/
ciliter om̃ia ꝓpter ipm̃ cõtemno. cũ dico in/
tra meipſum cũ gaudio. Deus cordis mei
deus pars mea in eternuꝫ. Quid eſt quod
in illa breuiſſima hora ĩ dilecto meo degu/
ſto. cũ om̃ia dura et amara ⁊ aſpera gaudẽ/
ter ⁊ hilariter ꝓpter ipm̃ ſuſtinere totis viri
bus cõcupiſco. ⁊ dico. Mihi adherere deo
bonũ eſt. Et quis me ſeparabit a charitate
chriſti. Homo Scđm Berñ. o anima
hec cõſolatio nihil aliud ẽ q̃ꝫ gratia quedã
deuotiõis. ꝓcedens de ſpe venie. et guſtus
boni. licet exiguus. ⁊ ſuauiſſima quedã de/
lectatio. qua benignꝰ deus afflictam recre/
at aniam. q̃ aĩa ad deũ req̇renduꝫ inuitaꝰ
⁊ ad diuinũ amorẽ accenditur vehemẽter.
Hugo de ſctõ victore. O aĩa q̇d putas eſt
tam dulce ⁊ tã ſuaue. qđ in recordatione di
lecti deuotas aĩas ſolet tangere. ⁊ tã ſua/
uiter afficere. vt iam totaliꝰ a ſeipis aliena/
ri incipiant. Exhilaraꝰ ꝯſciẽtia. ⁊ in obliui/
onẽ venit oĩm doloꝝ memoria. exultat ani/
mus. clareſcit intellectꝰ. cor illuminatur. af
fectus iocundaꝰ. Iã neſciũt vbi ſe eẽ cõſpi/

ciunt.ꝛ q̄ſi amplexib⁹ amoꝛis aliq̇d int⁹ te/
nēt.ꝛ neſciūt q̇d ſit.et tñ totis virib⁹ tenere
ꝯcupiſcūt. Luctaꝛ q̇dāmodo delectabiliꝛ
anim⁹ ne recedat ab eo.q̄ſi in eo fineꝫ oīm
deſiderioꝛuꝫ inuenerit. Hec Hugo. Bern̄.
Nonnunq̄ꝫ q̄ſi clauſis ocul' bone ieſu ad te
inhiāti mittis mihi ī os coꝛdis. qđ nō licet
mihi ſcire q̇d ſit. Saporē q̇dē ſentio dulce
dinē adeo ꝯfoꝛtantē. q̄ ſi ꝑficereꝛ in me.ni/
hil vltra q̄rerem. Nōne hicē iubil⁹ coꝛdis.
Grego. Jubilus dꝛ ineffabile mētis gau/
diū̄.qđ nō abſcondi.nō ſmonib⁹ apiri pōt.
Sed tñ quibuſdā motib⁹ apiꝛ.licet nullis
ꝓprietatib⁹ expmaꝛ. Vñ Ps. Beat⁹ pp̄ls q̄
ſcit iubilationē. Nō dicit.q̄ loquiꝛ. ſꝫ q̇ ſcit.
qꝛ iubilus q̇dē ſciri p̄t intellectu. ſed dicto
ſeu verbo expmi nō pōt. Bern̄. Iſtū aūt gu
ſtum cū accipio.nullo coꝛpis viſu. nll'o aīe
ſenſu.nullo ſpūs ītellectu aduertere me ſi/
nis quid ſit.cū accepo ꝛ ruminare volo.et
dijudicare ei⁹ ſapoꝛeꝫ.ſtatim trāſit dulcoꝛ
eius.deglutio quidē illud quicq̇d eſt in ſpe
vite eterne.ſed opatiōis ei⁹ virtutē diu ru/
minādo.omib⁹ anie venis et medullis q̄ſi
vitalē quendā ſuccū optabā infundere.vt
ab omib⁹ alijs affectib⁹ deſipet. ꝛ illud ſolū
ſapet.ſed feſtinat trāſire.ꝛ cū de inq̇ſitione
vel acceptiōe eius vl' viſu foꝛmata quedaꝫ
liniamenta mēoꝛie geſtio arti⁹ impſſa com
mittere.vel etiā memoꝛiā labilē ſcripto iu/
uare.experimēto cogoꝛ dicere id euāgelicū
Neſcis vñ veniat aut q̄ vadat. Hec Bern̄.
Que putas o anīa eſt tā dulcis tāq̄ꝫ ſuauis
delectatio.certe hec eſt cōſolatio diuina.

Anīa O hō q̇s mihi h̄ tribuat. vt hec
tam inexpta ꝯſolatio in coꝛ meuꝫ ꝑueniat.
vt maloꝝ meoꝝ obliuiſcar.ac mūdanā cō/
ſolationē deſpiciā.ꝛ a meipā feliciꝛ aliena/
ri incipiā. Hō O aīa.magnū eſt qđ de/
ſideras.ineſtimabile donū eſt qđ exoptas.
Vñ vt eſtimo hūano ſtudio nō p̄t obtine/
ri.hūano merito vix p̄t ꝓmereri.ſed a deo
hūilib⁹ p̄cib⁹.ꝛ a digne diſpoſitꝭ ex ſola diui
ne pietatꝭ ꝯdeſcēdentia vix pōt impetrari.
Omē eīm aurū in cōparatiōe illi⁹ arena eſt
exigua.ꝛ argētū illi cōpatū tanq̄ꝫ nihilū re/
putaꝛ. Aīa O hō dic rogo q̄lis dꝫ eſſe
diſpoſitio.q̄ oꝛdinari debꝫ ad impetrāduꝫ
oꝛantis affectio. Hō De hac materia
multū poſſet dici ab exptꝭ.ſed qꝛ inexptuꝫ
me eſſe recognoſco.etiam pauca me dicere
erubeſco. Vñ timeo ne dicaꝛ ꝯ me. Quare
tu enarras qđ nō deguſtas. q̄re tāq̄ꝫ indi/
gnus laudas qđ ignoꝛas. Anīa O hō
noli timere cū reuerētia ꝛ hūilitate q̄ audi/
ſti ꝛ legiſti deuote ꝓponere. Multi eī de re
bus magnis ꝛ arduis alijs vtiliꝛ ꝓpoſuerūt.
qđ nō de ꝓpa expientia ſꝫ alioꝝ ſcīa didice/
rūt. Hō Jā cū aliq̄ audacia loq̄r. Naꝫ
vires q̄s impitia denegat.caritas ſubmini
ſtrat. Vñ ſic ſentio ſic refero. Puto ſaluo
melioꝛi iudicio.ſi vis te ad hāc celeſtē dul/
dinē deguſtādā p̄pare.debes eē depurata.
exercitata ꝛ eleuata. Jn p̄mo hec celeſtꝭ dul
cedo odoꝛaꝛ.ī ſcđo deguſtaꝛ.ꝛ ī tercio aliq̄n
vſq̄ꝫ ad ebꝛietatē ſumiꝛ ꝛ potaꝛ. Pmo di/
co ꝙ debes eē depurata a pctīs.ab affectio
nib⁹ inoꝛdinatꝭ.a tpali ꝯſolatōe.ꝛ a creatu/
raꝝ inoꝛdīata dilectiōe.qꝛ ſm Ber̄. Errat
oīno ſi q̇s illā celeſtē dulcedinē huic cineri.
diuinū illud balſamū huic venenoſo gau/
dio.chariſmata illa ſpūſſctī h⁹ ſeculi illece/
bꝛis miſceri poſſe arbitraꝛ. Sed poſtq̄ꝫ a
talib⁹ aīa fuerit purgata.lachꝛimoſis gemi
tib⁹ depurata.ꝛ cādidata doloꝛoſis fletib⁹.
qꝛ dignū ē ſic dicit Aug⁹.ꝙ mens illa ſp ipſe
doloꝛes īueniat.q̄ derelicto creatoꝛe ſp ī ſe
ꝛ ī creatura gaudia q̄rebat. Pulchꝛe igitur
Gre.ī moꝛa.c.iij.ſup illo v̄bo. Anq̄ꝫ ꝯmedā
ſuſpiro dic̄. Comedere aīe ē ſupne lucꝭ ꝯtē
platiōib⁹ paſci. Suſpirat ḡ anq̄ꝫ comedat.
qꝛ q̄ ſe ī h̄ exilio ꝑ deſiderioꝝ celeſtiū lamē/
ta ñ hūiliat.et ne patrie gaudia ñ deguſtat.
A v̄itatꝭ eīm pabulo ieiuni ſūt.q̄ ī hac ꝑegri
nationis inopia letanꝛ. Scđo dꝫ mens
eſſe exercitata in bonoꝝ ꝑpetratōe.ꝛ ī malo
rū ꝑpeſſiōe. Beati eī q̄ lugēt.qm̄ ipi cōſola/
bunꝛ. Quia q̄s amoꝛ v̄itatꝭ afficit. refectio
ꝯſolatiōis paſcit. Bern̄. O bone ieſu.q̄ties
poſt innūerabiles lachꝛymas ꝛ gemit⁹ ſau
ciatā aīam meā vnxiſti vnctiōe miſcđie tue
ꝛ nō quā pene deſꝑantē excepiſti.ꝯſolatā et
de venia p̄ſumentē dereliq̇ſti. Ecce quō p̄/
ciū rex honeſtaꝝ in ipis eſt. Vñ reuera q̄ꝫ/
uis in initio arta ſit via q̄ ducit ad vitā.ꝓ/
ceſſu tñ tpis ineſtimabil' dilectōis dulcedi
ne dilataꝛ. O igiꝛ q̄ꝫ btā ꝯſolatio q̄ diuini/
tus infūdiꝛ laboꝛātib⁹ ꝑ xp̄o. Terciū ī q̄
aīa inebꝛiaꝛ hac dulcedie ē mentꝭ eleuatio.
ꝛ qñ feliciter anim⁹ a terrenis abſtrahitur.ꝛ
miro q̇dā modo ſupꝛa ſeipm̄.ſupꝛa mūdū.
imo ſup oēm creaturaꝫ eleuaꝛ.vt iā dicere
poſſit aīa. Introduxit me rex ī cellaria ſua
Hec eſt illa cella vinaria.in qua introduciꝛ

nia.vbi bibit de vino ↄdito ineſtimabilis
deitatis.et de lacte albiſſimo incõtamina/
bilis humanitatꝭ.O anĩa hinc bibũt ami/
ci.ſed inebriantur chariſſimi. O felix ebrie
tas quã ſequit̃ mẽtis ⁊ corpis tã caſta ⁊ ſan
cta ſobrietas. Hinc efficit̃ aĩma more ebrij
gaudẽs ⁊ letabũda in aduerſis. fortꝭ ⁊ ſecu
ra in piculis.prudẽs ⁊ diſcreta in pſperꝭ.li/
beralis ⁊ pia in ↄdonãdis iniurijs. ⁊ tandẽ
quieta ⁊ ſomnolẽta recũbens ĩ amplexibus
diuinis.cũ leua ſpõſi ſpõſa3 ſub capite ami
cabiliter ſuſtẽtat. ⁊ dextera dilecti dilecta3
familiariter amplexat̃. Anĩa O hõ cõ/
fiteor cũ hũilitate ⁊ cũ reuerẽtia.qđ accidit
mihi aliqñ licet heu praro.ꝙ cũ magna vio
lentia circa ↄuerſiõis mee ꝑmordia.animũ
a terrenis abſtraxi.⁊ ad celeſtia ↄtẽplanda
cũ conatu nimio eleuaui. Intraui cum tre
more.circũſpexi cũ rubore.vidi choros an
geloꝝ.palacia ⁊ gaudia pĩarcharũ ⁊ ꝓphe/
tarũ.aploꝝ aſpexi tabernacula. ⁊ martyrũ
cõuiuia.virginũ ⁊ ↄfeſſoꝝ ſolacia.elemoſy/
nã videlicet alicui⁹ ↄſolatiõis a ſingul' pe/
tij.micas decidẽtes de menſa dñoꝝ deſide
raui nec obtinui. Sed qđ auditu lamenta
bile eſt.mox ab oib⁹ vt pegrina ⁊ incognita
repulſa fui. Quid ℞ profuit mihi laborioſa
mẽtis eleuatio.quã nulla ſecuta fuit cõſola
tio. Homo O anĩa non fuit ſine cauſa
repulſio hec tã deſolatoria. Puto ꝙ hec fu/
it cauſa.q̃2 voluiſti eſſe ſocia ↄſolatõis añq̃3
fuiſti ſocia paſſiõis. voluiſti eſſe particeps
remuneratiõis anteq̃3 imitatrix ꝟtutꝭ. Sa
tage ergo ꝑmo eſſe ſocia angeloꝝ p purita/
tem ⁊ innocẽtiã.ſocia pĩarchaꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ
p humilitatẽ ⁊ fidei ↄfidentiã. ſtude eẽ filia
aplorũ ⁊ martyrũ p charitatẽ ⁊ patientia3.
confeſſoꝝ ⁊ virginũ p pietatẽ ⁊ ↄtinentiã. ⁊
tunc audacter in h̄ exilio ſalte3 cũ filio ꝓdi/
go pij pĩis elemoſynã obtinebis. Anĩa
O homo iã q̃3 vana ⁊ inſipida ſunt oĩa
trãſitoria agnoſco. ⁊ ob h̄ mundũ deſpicio.
ↄſolatõnẽ ſeculi vilipendo.mũdana quoq̃3
gaudia ſicut venena mortifera fugio ⁊ con
temno.vitã etiã p̃teritã q̃ſi mortuã plango
⁊ mẽtẽ meã miſerã gemitib⁹ ⁊ fletib⁹ abluo
⁊ repurgo.et ſi aliqñ inter lachrymas ⁊ ge/
mitus odorẽ diuine ſuauitatꝭ vel modicu3
ſentio.adhuc tamẽ cibũ angeloꝝ et vinum
amicoꝝ infelix ⁊ miſera. ieiuna ⁊ ſitibunda
nõ deguſto. Bern. Nõ acceſſit adhuc domi
ne de⁹ me⁹ cor meũ ad multitudinẽ dulce/
dinis tue.qua3 abſcõdiſti timẽtib⁹ te.foris
eñ ei⁹ odore vtcunq̃3 ſuſtentor.qđ eſt mihi
ſup odorẽ balſami. cunctiq̃3 generꝭ ſuauia
odoramẽta. O dñe deus.ſi tã nobil' ẽ odor
q̃3 dulcis eſt tue dulcedinis ſapor. Si tan/
te ꝟtutis eſt modica deguſtatio.q̃ntũ iocũ/
ditatis hab3 felix inebriatio. O quis mihi
det vt venias ĩ cor meũ. ⁊ inebries illud vi/
no tuo.et amplectar te de⁹ meus. Hõ
Scđm Aug⁹. o anĩa deuota loq̃r ſalua
reuerẽtia.nimis eſtis auara ⁊ vtinã nõ pre
ſumptuoſa.vires vr̃as ꝑpendite.merita cõ
ſiderate.ꝟtutes diſcutite. ⁊ tũc ſi placet ſuf
ficiat vobis mag' in odore diuinoꝝ vnguẽ
torũ cũ adoleſcẽtulis hũiliter currere.q̃3 ꝓ/
ſumptuoſe ſup merita poſtulare. Anĩa
O homo q̃3 dur⁹ ⁊ oneroſus es mihi mi
ſere anĩe ↄſolator.q̃3 parcus (ſi fas eſt dice/
re) diuine bonitatꝭ es diſpenſator. Auda/
cter dico.tacere nõ valeo. mihi odor nõ ſuf
ficit.modic⁹ guſtus plene nõ reficit ſed affi
cit.ebrietatẽ affect⁹ meus appetit ⁊ requirit
Scio q̇ dicit. Bibite amici et inebriamini
chariſſimi. ſi deꝑmit indignitas petentis.
ſpem tamẽ erigit pietas ꝓmittentꝭ. O ho/
mo quõ dubitare valeo. q̇n parat⁹ ſit dare
dona ſua q̇ p me nõ dedignat⁹ eſt pati ma/
la mea. An ignoras q̇ multos de dei pieta/
te docuiſti.qđ de beato Auguſti. didiciſti.
ſic dicente. Erubeſcat hũana pigricia.plus
vult deus dare q̃3 audeat homo poſtulare.
Idẽ de vera religione. De⁹ dedit nobis pi
gnus ſpirit⁹.in quo.ſentiam⁹ eius dulcedi
nẽ. ⁊ deguſtem⁹ ipm fonte3 vite.in q̇ ſobria
ebrietate irrigemur.tanq̃3 lignũ qđ planta
tũ eſt ſec⁹ decurſus aquaꝝ. Chryſo. Nil oĩ/
potentiã dei clariorẽ reddit.q̃3 ꝙ oĩpotẽ/
tes facit eos q̇ ſperant in eo.nã deo p ſpem
innixũ animu3.nulla fraus.nulla illecebra
poterit.vel ſtantẽ deijcere.vel durante3 ſu/
perare. Erubeſcat nũc humana deſperatio
et maledicta ſit puſillanimitatꝭ trepidatio.
que diuitẽ ⁊ nimis liberalẽ in oẽs q̇ inuo
cant illũ.eſtimat illis q̇ ſpem pfecta3 ponũt
in illũ.ſua poſſe beneficia denegare. Nun/
q̇d nõ pr̃ etern⁹.apud quẽ nulla eſt trãſmu
tatio.ex ſola liberalitatꝭ ĩmẽſitate filiũ ſuũ
miſit.in q̇ dedit totũ qđ habuit.totũ quod
potuit.totũ qđ ille fuit. Si ꝟo ſua liberali/
tas.ſuã infinitã bonitate3 nõ diminueret.
forſan nõ ĩmerito nr̃a ĩfirmitas trepidaret
Sed q̃2 ex ſeipo.nõ ex accidẽti dono bon⁹

eſt.ex ſue bohitatꝭ cõicatione nõ diminuit. ex aliene bonitatis additiõe nõ augetur. Homo O anĩa magna eſt fides tua. val de fortꝭ es in ſpe ꝛ ꝯfidẽtia. Et q̃uis ſpes q̃ pcedit ex meritꝭ ꝓprijs ꝛ diuie clemẽtie cõfi dentia. meritoria ſit. laudabil' ꝛ ſctã. cõſulo tñ ſane anteq̃ʒ ad q̃rẽdã ebrietatez ſupra te aſcẽdas. ꝑus ꝑ tui ꝯſiderationẽ ſalubrit' in fra te deſcẽdas. vt diſcas tuũ ſpõſum reue/rent' timere anteq̃ʒ incipias ſuũ ſecretũ cu/biculũ introire. quẽ nõ ſoluʒ timere debes cũ iraſcit'. verũetiã cũ ſuauiſſime ꝛ delicatiſ ſime blandit'. Cap. III.

Quõ aĩa ꝑ mẽtale exercitiũ dʒ radiũ cõ/tẽplatiõis ꝯuertere ad inferiora. vt intelli/gat hũane mortꝭ ineuitabilẽ neceſſitatẽ. iu/dicij final' formidabilẽ auſteritatẽ. pene in/fernalis intolerabilẽ penalitatẽ. Anĩa

Ic queſo o ho

d mo breuit' que ſint illa ĩferiora ad q̃ mea ꝯſideratio ẽ ꝯuertẽ/da. Aſcẽdere feſtino. ebrietatẽ diuie ꝯſola tionis q̃ro. in ĩferiorib⁹ diu morari nõ va/leo. Jã dilecta tabernacula tua dñe virtutũ deſidero. habitare ĩ atrijs dñi totꝭ viribus ꝯcupiſco. Hõ Hec ĩferiora ſũt o anĩa mea vt te ꝯuertas. ꝛ videas mortꝭ ineuita/bilẽ neceſſitatẽ. ꝛ ingemiſcas diuini iudicij infallibilẽ eq̃tatẽ ſiue ꝟitatẽ. ꝛ cõtremiſcas penaꝝ infernaliũ intolerabilẽ aſꝑitatẽ. ꝛ ex paueſcas. Cõſidera igit' freq̃nt'. volue ꝛ re/uolue diligent'. ꝙ mors non p̃t declinari. ꝙ hora mortꝭ nõ p̃t inueſtigari. ꝙ tp̃s a deo ꝑ ordinatũ nõ p̃t ĩmutari. Jſido. In reb⁹ hu manis nihil certi⁹ morte. nihil incerti⁹ ho/ra mortꝭ. Nõ miſeret' inopie. nõ reueret' po tentiã. nõ reſpicit moꝝ aut generꝭ excellen/tiã. nõ parcit iuuẽtuti v'l etati. ſenib⁹ ẽ in ia/nuis. iuuenib⁹ ĩ inſidijs. Aĩa Audio ꝙ nr̃m viuere nihil aliud ẽ q̃ʒ ad mortẽ trãſi/re. cur tp̃alia diligunt'. q̃ tã incerto tp̃e poſſi dent'. Cur tãto tp̃e vitã iſtaʒ deſideram⁹. in q̃ q̃nto ampli⁹ viuim⁹ tãto pl⁹ peccam⁹. q̃n to vita longior tãto culpa nũeroſior. Quo/tidie naq̃ʒ creſcũt mala ꝛ ſubtrahunt' bõa. Quis eĩ ꝯſiderare valeat q̃nta mala ꝑ mo/mẽta tp̃m ꝑpetramus. ꝛ q̃nta bona negligi mus. Grauis ſiq̃dẽ culpa ẽ. cũ nec bona fa/cim⁹ nec bona cogitam⁹ ſed mentẽ ꝑ inania ꝛ inutilia vagari ꝑmittim⁹ Hõ Sicut dicit Grego. Carnales mẽtes o aĩa idcirco tp̃alia diligũt. q2 vita carnis q̃ʒ fugitiua ſit mĩme ꝑpendũt. Nã ſi velocitatez trãſit⁹ ei⁹ aſpicerẽt. hãc etiã ꝓſperitatẽ modice dura/turã mĩme amarẽt. Jdẽ. Uita mea nauigã ti ſilis eſt. ſiue dormiã ſiue vigilẽ. ſꝑ vado fe ſtin⁹ ad mortẽ. O vita pñs q̃ʒ multos deci/pis. q̃ dũ fugꝭ nihil es. dũ viderꝭ vmbra es. dũ exaltaris fum⁹ es. dulcis es ſtultꝭ. ama ra ſapientib⁹. q̃ te amãt nõ te cognoſcũt. q̃ te fugiũt ipi te intelligũt. Alijs te ꝓmittis lon gã vt decipias. alijs breuẽ vt ĩ deſꝑationez inducas. Auctor de ſpũ ꝛ aĩa. Jugi medi/tatõe animũ nr̃m exerceam⁹. ꝛ miſerias no ſtras ꝯſiderem⁹. Cũ dolore vitã iſtã intra/uim⁹. cũ labore viuim⁹. cũ timore exituri ſu mus. Bern̄. Quotq̃t degim⁹ in hac regiõe vmbre mortis. in ĩfirmitate corꝑis. ĩ cõfli/ctu ꝛ in loco tẽtatõis. ſi diligent' aduertim⁹ triplici incõmodo miſerabilit' laboramus. Faciles em̃ ſum⁹ ad ſeducẽdũ. debiles ad reſiſtendũ. ꝛ fragiles ad oꝑandũ. Aĩa Jã video ꝙ inutilit' in h̃ tp̃e viuit'. niſi feſti/net' ad cõꝑandũ meritũ q̃ in et'nitate viuat iõ nõ eẽt curãdũ q̃ʒ diu eẽt viuẽduʒ. ſʒ poti⁹ q̃ʒ bñ in hac vita oꝑandũ. Quia ꝛ ſi alicui ꝙ bñ viuat ꝯdonet'. tñ vt diu viuat certũ ẽ ꝙ nulli ꝯcedit'. Bern̄. Eſt igit' vita ſecura. vbi ꝯſcia pura. vbi mors ſine formidie expecta tur. cũ dulcedine adeſſe optat'. ꝛ cũ deuotio ne acceptat'. Hõ O anĩa ſi hec ita ſe ha bere intelligis. audi ꝯſiliũ meũ. ꝛ ĩ hac vita q̃ʒ diu durat. cõpara tibi vitã illã q̃ ſꝑ durat Dũ viuis ĩ carne morere mũdo. vt p⁹ deo vi uere ĩcipias. Bern̄. Intellige ꝙ venientez mortẽ null⁹ let⁹ ꝛ hilarꝭ ſuſcipit. niſi q̃ ſe ad ipam dũ viueret bonis oꝑib⁹ ꝑꝑauit. Attẽ/de ꝙ ſꝫm Senecã. Inſipiẽs. ĩ. pctõr ꝛ crimi noſus moriẽdo mortẽ incipit. ſʒ ſapiẽs ꝛ ꝟ/tuoſus moriẽdo mortẽ vincit. Aĩa O hõ video ꝙ bonoꝝ mors ẽ brã. mors vero pctõꝝ infelix ꝛ miſera. Hõ O anĩa ſꝫm Bern̄. Bona eſt iuſti mors ꝓpter requiem. me lior ꝓpter nouitatẽ. optima ꝓpter ſecuritatẽ. Ecõtra mors pctõꝝ peſſima. ꝛ bene peſſi/ma. mala in mũdi amiſſione. peior ĩ carnis ſeꝑatiõe. ſʒ peſſima in duplici vermis et ig/nis ꝯtritiõe. ꝛ qđ oĩm peſſimũ eſt ĩ diuie cõ tẽplatiõis ꝑuatiõe. Aĩa Jã ſatꝭ d' mor te dixiſti. dic modo de ſtatu finalis iudicij. Hõ O anĩa facio qđ hortaris. ſed ro/go audi cũ patiẽtia. Scire debes ꝙ q̃ʒuis de morte meditari ſit horribile. de ſtatu fi/

nalis iudicij cogitare vt eſtimo nõ minꝰ eſt formidabile. qꝛ nullꝰ tũc poterit fallere ſa/pientiã. flectere iuſticiã. inclinare clemẽtiã. de/clinare vltiõis ⁊ iuſte retributõis ſentẽtiã. Bern̄. Conſidera igit̄ aĩa mea cũ tremore. ꝗd erit de te ĩ die nouiſſimo. qñ ꝯ te de co/gitatõibꝫ loq̄tur ꝯſcia. qñ te de tuis actõibꝫ oĩbꝫ accuſabũt elemẽta. qñ ꝯ te crux chriſti portabit̄ in teſtioniũ. qñ ꝟbera ipiꝰ ꝯ te cla/mabũt. vulnera eiꝰ allegabũt. claui loquẽt̄. cicatrices ꝯq̄rentur. O anguſtie. hinc erũt pctã accuſantia. inde terrẽs iuſticia. intus vrens ꝯſcia. ſubtꝰ horrẽdũ chaos inferni. ſupͣ iudex iratꝰ iuſti iudicij. forꝫ mũdus ar/dens. intꝰ iuſticia iudicãtꝫ terrẽſ. Et ſi iuſtꝰ vix tũc ſaluabit̄. impiꝰ ⁊ pctõꝛ vbi parebũt. in quã ptẽ ſe ꝑmẽt. latere erit ĩpoſſibile. ap/parere intolerabile. Anſel. in medi. O anĩa peccatrix. lignũ inutile ⁊ aridũ. etn̄is ignibꝫ deputatũ. ꝗd rñdebis in illa die qñ exiget̄ a te vſq; ad ictũ oculi om̄e tp̄s tibi impẽſuꝫ q̄liter ſit a te expẽſum. Eya eya aĩa mea. ꝗd tũc erit de cogitationibꝫ vanis ⁊ ocioſis. de ꝟbis leuibꝫ iocoſis et ridiculoſis. de opibꝫ inutilibꝫ ⁊ infructuoſis. Amb. ſup Lu. Ve mihi ſi pctã mea ñ defleuero. ve mihi ſi me/dia nocte ad ꝯfitẽdũ tibi nõ ſurrexero. iam ſecurꝫ ad arborẽ poſita ẽ. faciat fructũ ꝗ põt. fructũ ꝗdẽ pnĩe. O anima ſiue vigiles ſiue dormias. ſp in auribꝫ tuis illa horribil̄ tu/ba reſonet. ſurgite mortui venite ad iudici/um. O aĩa nunq̄ excidat a tua mẽoria. Ite maledicti in ignẽ etn̄ũ. venite bñdicti pci/pite regnũ. O ꝗd põt lamẽtabiliꝰ ⁊ t̄ribilius cogitari q̄ ite. ⁊ ꝗd delectabiliꝰ exꝓmi q̄ ve/nite. Due ſunt voces. q̄ꝝ nihil horribilius vna. ⁊ nihil iocundiꝰ altera poterit audiri. O aĩa ſepara te mõ a mũdo. vt tunc poſſis manere cũ xp̄o. Fuge mõ mũdũ vt ſequarꝫ deũ. declina mõ prauoꝝ ſocietates ⁊ cõſor/tia vt tũc valeas ſeq̄ btõꝝ agmina. Poſt hec oĩa ꝯuerte radiũ ꝯtẽplatõis ad reꝓbo/rũ tormenta. vide q̄ ſint varia. q̄ aſpera. q̄ intolerabilia. Bern̄. ad eugeniũ. Ego hor/reo ꝟmẽ mordacẽ. ⁊ mortẽ viuacẽ. O gehẽ/nalis regio fugiẽda. vbi eſt ignis ardẽs. fri/gus rigẽs. ꝟmis ĩmortalis. fetoꝛ intolerabi/lis. ⁊ mallei ꝑcutiẽtes. vmbre palpabiles. cõ/fuſio pctõꝝ. innodatio vinculoꝝ. horribi/les facies demonũ. Augꝰ. in q̄dã ſermone. Ve illis q̄bꝫ ꝓꝑabit̄ doloꝛ ꝟmiũ. ardoꝛ flã/maꝝ. ſitis ſine potu. fletꝰ ⁊ ſtridoꝛ dẽtiũ. la/chryme oculoꝝ. vbi mors optat̄. ſed nõ da/bit̄. vbi nullꝰ ordo ſꝫ ſempit̄nꝰ horroꝛ inha/bitat. Quis putas tũc erit meroꝛ. q̄ triſticia. q̄s luctꝰ. qñ ſeꝑabunt̄ iniq̄ a ꝯſortio iuſtoꝝ ⁊ tradent̄ ptãti demonũ. ⁊ ibũt cũ eis ĩ ſup/pliciũ eternũ. ibiq; ſp erũt ſine fine ĩ luctu. planctu ⁊ gemitu. ꝓcul a gaudijs paradi/ſi. nunq̄ refrigeriuꝫ ſuſcepturi ſed ꝑ multa milia annoꝝ cruciandi. nuq̄ tñ heu miſeri liberãdi. ibi torquẽs ⁊ puniẽs nõ fatigabit̄ ibi q̄ torquet̄ nunq̄ moriet̄. Sic eñ ignis ille ꝯſumet vt vitã tñ ſemꝑ ſeruet. ſic vetera tormenta patient̄ vt ſp innouentur. ſic ſine ſpe venie ⁊ miſe̾die ſemꝑ viuẽt. vt tñ mori/ant̄. ſic moriant̄ vt tñ nunq̄ conſumant̄.

Anĩa. O hõ q̄re in inferno vt dicis mors querit̄ ⁊ nõ inuenit̄. Et q̄re punit̄ eternalit̄ qḋ cõmittit̄ tp̄alit̄.

Hõ. Quia ſꝫm Grego. quibꝫ in h̄ ſeculo vita offert̄ ⁊ nolũt acci/pere. in inferno q̄rent mortẽ ⁊ nõ poterunt inuenire. Idẽ. Iniqui libent̄ voluiſſent ſi/ne fine viuere. vt potuiſſẽt ſine fine ĩ iniq̄ta/tibꝫ ꝑmanere. Ad diſtricti ḡ iudicis iuſticiã ꝑtinet vt nunq̄ careãt ſupplicio. q̄rũ mens in hac vita nunq̄ voluit carere pctõ. Hie/ronymus. O mors q̄ dulcis eſſes q̄bꝫ tam amara fuiſti. te ſolũ mõ deſiderãt q̄ te tam vehement̄ odiebãt. O anĩa ſi hec ꝓdicta vi/dent̄ tibi t̄ribilia. audi q̄ ſũt his oĩbꝫ ḡuio/ra. Chryſo. ſuꝑ mattheũ. Si mille gehen/nas mihi ꝓponas. nõ tm̄ reputo ſic̄ ab illiuſ gl̄ioſe ſocietatꝫ iocũditate expelli ⁊ exoſum fieri creatori. O aĩa terribil̄ eſt gehẽna. ſed t̄ribilioꝛ facies iudicꝫ irata. ſed qḋ oĩm vin/cit terrorẽ eſt a btiſſime ⁊ iocũdiſſime trini/tatis ꝯtẽplatõe elõgatio eterna. Chryſ. Ex/cludi a bonis etn̄is. ⁊ alienũ effici ab his q̄ ꝓꝑauit deꝰ diligẽtibꝫ ſe tãtũ generat crucia/tuꝫ. vt ſi exteriꝰ nulla pena torq̄ret. hec ſola ſufficeret. ⁊ meliꝰ eẽt mille milia flãmaꝝ ſu/ſtinere q̄ xp̄i faciẽ mãſuetiſſimã iratã vide/re. et ab ip̄a eternalit̄ diſcedere. O ſi deꝰ ſic egit cũ angelo ſuꝑbiẽte. ꝗd de te erit terra ⁊ cinere. Ille ſuꝑbiuit in celeſti palacio. ego autẽ in ſterquilinio. Quis non tolerabilio/rem in diuite ſuperbiaꝫ q̄ in pauꝑe aſſerit. Ve mihi ſi tam dure et potẽter eſt punita ſuꝑbia in angelo. q̄liter ĩ me miſera ⁊ pauꝑ/cula eſt iudicanda. O pie ieſu ꝓpter nomen tuũ fac mecũ miſericordiã ⁊ obliuiſcere ſu/perbũ ꝓuocantẽ. reſpice miſeꝝ hũiliter in/uocantẽ. et recognoſce benigniſſime qḋ eſt

tuū.abſterge qđ eſt alienuꝫ. Miſerere dn̄e
dū eſt tp̄s miſerēdi.ne damnes in tp̄e iudi/
candi. Verū eſt ꝙ ꝯſcia mea meruit dāna/
tionē.pnīa nō ſufficit ad ſatiſfactionē. Sꝫ
certū eſt ꝙ tua miſcđia oēm ſupat offenſio/
nē. Hec Anſelmꝰ in meditatiōibꝫ. Augꝰ.in
medita. Noli dn̄e ſic attendere malū meuꝫ
vt obliuiſcaris bonū tuū. O bone dn̄e ſi ego
admiſi vnde me dānare potes. tu nō amiſi
ſti vnde ſaluare ſoles. Grego.in omel. O ſi
hō intelligere poſſet qđ āmiratiōis habet.
ecce ſpōſus venit.qđ dulcedinis. q̄ parate
erant intrauerūt cū eo ad nuptias.qđ ama
ritudinis.⁊ clauſa eſt ianua.O anīa qđ plu
ra. Proſper de vita ꝯtēplatiua. Cogita q̄n
tū ſit malū a facie xp̄i ſepari. ab illo gaudio
diuine ꝯtemplatiōis excludi.btiſſima ſan/
ctoꝝ oīm ſocietate p̄uari. mori vite eterne.
⁊ viuere morti ſempit̄ne.pfundo fluctuan/
tis gehenne immergi.edaciſſimis vermibꝫ
ineternū dilaniari.nec finiri tribulationes
incendij fluctuantis.ſtrepitꝰ pati baratri fu
migantis.amara caligine oculos obcecari.
nō ſentire qđ illumiat.ſed ſentire qđ cruci/
at. Hec Proſper. Augꝰ. Tanta erit ī infer/
no vis doloris.vt ſe nō ferat alias intentio
cogitatiōis. Anīa. Jā timore cōtremi/
ſco.iam horrore deficio.dic queſo o hō ad
qđ valet tā lamētabilis meditatio. Ho/
mo. O anīa puto ꝙ p̄dictoꝝ ꝯtinua ⁊ de
uota meditatio eſt pctōꝝ medela.⁊ ad que/
qꝫ bona agenda ⁊ mala ſuſtinēda ſalutife/
ra excitatio. Bern̄.in ep̄la q̄dā. Vigilias ti
mes. manuūqꝫ tuarū labores. Sꝫ leuia ſūt
hec meditāti flāmas ppetuas. Recordatio
tenebraꝝ facit nō horrere ſolitudinē. ſi fu/
turā de v̄bis ocioſis cogitas diſcuſſioneꝫ.
non diſplicebit ſilentiū.fletus ille ⁊ ſtridor
dentiū an̄ oculos mētis ſepe reducti. pares
tibi reddūt mattā ⁊ culcitrā. Augꝰ.in q̄daꝫ
ſermone. Mens hūana mūdi huius illece
bris ⁊ ꝯcupiſcētijs deuicta.fugit laborē.ex/
petit voluptates.⁊ vix ad h̄ ducit̄ vt a ſe cō/
ſuetudines vite p̄oris excludat. Sed cū ce
perit cogitare futuri iudicij neceſſitatē ⁊ pe
narū eternaliū crudelitatē.voluntariū bel
lū indicit paſſiōibꝫ.mota vl̄ ſpe p̄mij.vel ti/
more ſupplicij.vim facit p̄ſtinis deſiderijs.
⁊ violent̄ vincere ſeipam ꝯtendit. Hec Au
guſtinꝰ. Vnđ v̄ſus. O felix mortale genꝰ.ſi
ſemp haberet. Eternū p̄ mente bonū.finē/
qꝫ timeret.

Capitulū IIII Quō anīa p mēta/
le exercitiū dꝫ radiū ꝯtēplatiōis cōuertere
ad ſupiora.vt cognoſcat ⁊ ſapiat celeſtis gau
dij ineſtimabilē p̄cioſitatē.ineffabilē delici/
oſitatē.⁊ intermiabilē eternitatē.

Anima.

IAm nunc o ho
mo me miſerā in hac lacrima/
rū valle piectā ſatis terruiſti.
licet n̄ infructuoſe docuiſti. Miſerere etiā
nūc mihi miſere.⁊ fac iā ſicut dudū ꝓmiſi/
ſti. Propone paululū de felicitate ppetua.
ſi forte valeā ex h̄ cape aliq̄ mētis ſolacia.qꝛ
alternis vti delectabile eſt. qꝛ ſcḋm Augꝰ.ſi/
ne plectendo ſiue ignoſcēdo ſiue deterrēdo
ſiue ꝯſolādo ſp bene agit̄ vt vita hoīm cor/
rigat̄. Attende hō ꝙꝫ generoſus ē animꝰ ho
minis.ſepe facilꝰ ducit̄ leuibꝫ ⁊ blandis ꝙꝫ
terribilibꝫ ⁊ aduerſis.ſepe magis allicit̄ pro
miſſis ⁊ ꝯſolatorijs ꝙꝫ cogat̄ minis ⁊ troi/
bus. Vnđ ſoror nr̄a ſponſa trahi cupiebat
odore celeſtiū vngentoꝝ.ſapore diuinoruꝫ
chariſmatū.⁊ ſic cū ſponſo currere.⁊ viā mā
datorū iā nō ex timore ſed amore delectabi
liter adimplere. Homo O aīa vex ēē
ꝓfiteor qđ loq̄ris.ſed heu multi ſunt q̄ deū
nolūt imitari ī ꝓſperis. Vn̄ neceſſe ē eos de
terreri ī aduerſiſ. Multi em̄ ſunt q̄ diuina
chariſmata.vl̄ ꝓpter cecitatē nō intelligunt.
vl̄ ꝓpter negligētiā vanis occupatōibꝫ per/
dūt. Vn̄ vt eſtimo deꝰ ex ſue infinite boni/
tatis imēſitate.ſp paratꝰ eēt magis ꝯſolatio
nibꝫ fouere ꝙꝫ aſpitatibꝫ terrere. ſi hoīes eq̄
diſpoſiti eēnt vt ſuā diuinā ꝯſolatōꝫ recipent
Que adeo p̄cioſa ⁊ delicata eſt ꝙ nullo mō
decet vel expedit vt indifferent̄ oībꝫ tribua
tur. Tu ḡ ſi poſt hec tibi ꝓpoſita ad hanc a/
ſpiras.vide ꝙ habeas purgatū intellectuꝫ.
⁊ bene diſpoſitū affectū. Quia ſcḋm Augu.
ſummū bonū nō niſi purgatiſſimis mētibꝫ
cernit̄. Et puto ꝙ multo minꝰ nō niſi valde
bene diſpoſitis affectibꝫ deguſtet̄. A multis
em̄ in hac vita valde limpide ſpeculat̄.a q̄/
bus etiā mīme deguſtat̄. Vn̄ idem Augu.
Fac me dn̄e p̄cor deguſtare p affectū.qđ i/
telligo p intellectū.fac me ſentire p amoreꝫ
qđ ſentio p agnitionē. Anīa Dic que/
ſo o hō q̄ debēt diſpoſitionē ī affectu ⁊ intel
eſt ſumma cōmunicatio ⁊ vera diffuſio.ve/
ra eſt ibi origo et vera diſtinctio. Et q̄a to/
tum cōmunicať.nō pars.idem ip̄m datur
quod habeť.et totū. Igitur emanans ⁊ ꝓ/
ducens.et diſtinguunť ꝓprietatib9. et ſunt
eſſentialiter vnū. Quia igitur diſtinguunť
ꝓprietatib9.ideo habēt ꝑſonarū ꝓprietates.
et hypoſtaſum pluralitatē.et originis ema
nationē.et ordinē nō poſterioritatis ſed o/
riginis.⁊ emiſſionē nō localis mutatiōis.
ſed gratuite inſpiratiōis.ꝑ rationē auctori
tatis ꝓducentꝭ.quā habet mittēs reſpectu
miſſi. Quia vero ſunt vnū ſubſtātialiť.ideo
oportet ꝙ ſit vnitas in eſſentia. et forma et
dignitate.⁊ eternitate ⁊ exiſtētia ⁊ incircū/
ſcriptibilitate. Dū ergo hec ꝑ ſe ſingillatim
conſideras.habes vnde veritatē ꝯtemple/
ris. Dum hec adinuicē confers. habes vn
de in admirationē altiſſimaz ſuſpendaris.
Et ideo vt mens tua ꝑ admiratōnē in ad/
mirabilem aſcēdat cōtemplationez. hec ſi/
mul ſunt cōſiderāda. Nam ⁊ cherubin hoc
deſignāt.que ſe mutuo aſpiciebāt. Nec hoc
vacat a myſterio ꝙ reſpiciebāt ſe ꝯ̄ſis vul/
tibus in ꝓpiciatoriū.vt verificeť illud quod
dicit domin9 in Johāne. Hec eſt vita eter/
na vt cognoſcant te ſolū verū deū.⁊ quē mi
ſiſti ieſum chriſtū. Nā admirari debemus
nō ſolū conditiōes dei eſſentiales ⁊ ꝑſona/
les in ſe.verūetiā per cōparationez ad ſuꝑ/
mirabilem vnionē dei ⁊ hominis in vnita
te ꝑſone chriſti. Si enim cherub es eſſen/
tialia dei ꝯtemplando. ⁊ miraris q̄a ſimul
eſt diuinū eſſe primū ⁊ nouiſſimū. eternuz
⁊ p̄ſentiſſimū.ſimpliciſſimū et maximū ſeu
incircūſcriptuz totum vbiq̄ ⁊ nuſq̄ cōpre/
henſum.actualiſſimū et nunq̄ motū. per/
fectiſſimū ⁊ nihil habens ſuperfluū nec di/
minutū. ⁊ tamē immēſum ⁊ ſine termio in/
finitū.ſumme vnū ⁊ tamē om̄imodū.vt om
nia in ſe habēs.vt om̄is virt9.vt om̄is veri/
tas.vt om̄e bonū. Reſpice ad ꝓpiciatorium
⁊ mirare ꝙ in ip̄o principiū primū iunctuz
eſt cū poſtremo.deus cum homīe ſexto die
formato.eternum iunctū eſt cū homīe tem
porali in plenitudine temporū de virgine
nato.ſimpliciſſimū cum ſummo cōpoſito.
actualiſſimū cū ſumme paſſo ⁊ mortuo.ꝑ/
fectiſſimuz ⁊ immēſum cū modico.ſumme
vnū ⁊ om̄imodū cū indiuiduo compoſito.
⁊ a ceteris diſtincto.homīe ſcz ieſu chriſto.
Si autē alter cherub es ꝑſonaruz propria
contēplando.et miraris cōmunicabilitatē
eſſe cū ꝓprietate.et conſubſtantialitatē cum
pluralitate.configurabilitatē cū perſonali/
tate.coequalitatē cum ordine. eternitatem
cū ꝓductione.cointimitatez cū emiſſione.
q2 fili9 miſſus eſt a patre.⁊ ſpūſſanctus ab
vtroq̄.q̇ tamē ſemꝑ eſt cū eis.⁊ nunq̄ rece
dit ab eis. Reſpice in ꝓpiciatoriū et mirare
quia in chriſto ſtat ꝑſonalis vnio cū trinita
te ſubſtantiarū ⁊ naturaruz dualitate.ſtat
om̄imoda ꝯſenſio cū pluralitate volunta/
tum.ſtat dei ⁊ homis cōpredicatio cū plura
litate ꝓprietatū.ſtat coadoratio cū plurali/
tate nobilitatū.ſtat coexaltatio ſuper om̄ia
cū pluralitate dignitatū.ſtat condomina/
tio cū pluralitate poteſtatū In hac autem
ꝯſideratiōe eſt ꝑfectio illuminatiōis mētis.
dum q̄ſi in ſexta die videt hominē factum
ad imaginē dei. Si em̄ imago eſt ſilitudo
expreſſiua.dū mens noſtra contemplať in

chriſto filio dei q̄ eſt imago dei inuiſibilis
p naturā. humanitatē noſtraȝ tā mirabilit̄
exaltatā. tam ineffabilit̄ vnitā. videndo ſi/
mul in vnū p̄mū ꝛ vltimū. ſummū ꝛ imuȝ.
circūferentiā ꝛ centrū. alpha ꝛ o. cauſatū et
cauſam. creatorē ꝛ creaturā. librū. ſ. ſcriptū
intus ꝛ extra. iā puenit ad quandā rem pfe
ctam. vt cū deo ad pfectionē ſuaꝝ illumina
tionū. in ſexto gradu q̄ſi in ſexta die pueni/
at. nec aliq̄d iam ampli⁹ reſtet niſi dies re/
quiei. in q̄ p mentis exceſſum req̄eſcat hu/
mane mentis pſpicacitas ab omni ope qđ
patrarat.

De exceſſu mentali ꝛ myſtico. in q̄ requi
es dat̄ intellectui. affectu totalit̄ in deuȝ p
exceſſum trāſeunte. Cap̄. VII.

h

Is igitur ſex cō

ſiderationib⁹ excurſis tanq̄ȝ ſex
gradib⁹ throni veri ſalomonis.
quib⁹ puenit̄ ad pacē. vbi ver⁹ pacificus in
mente pacifica tanq̄ȝ in interiori hieroſoly
ma req̄eſcit. tanq̄ȝ etiā ſex alis cherub. q̄b⁹
mens veri ꝯtemplatiui. plena illuſtratōne
ſupne ſapiētie valeat ſurſum agi. tanq̄ȝ etiā
ſex dieb⁹ p̄mis in quib⁹ mens exercitari ha
bet. vt tandē pueniat ad ſabbatiſmū quie/
tis. Poſtq̄ȝ mens nr̄a cōtuita eſt deū extra
ſe p veſtigia ꝛ in veſtigiis. intra ſe p imagi/
nē ꝛ in imagine. ſupra ſe p diuine luc̄ ſimi/
litudinē ſup nos relucentem. ꝛ in ipa luce.
ſm q̄ poſſibile eſt ſm ſtatū vie ꝛ exercitium
mentis nr̄e. cū tandē in ſexto gradu ad h̄ p
uenerit vt ſpeculet̄ in p̄ncipio p̄mo ꝛ ſūmo
ꝛ mediatore dei ꝛ hoīm ieſu chriſto. ea q̄rū
ſimilia in creatur̄ nullaten⁹ repiri poſſūt.
ꝛ que oēm pſpicacitatē humani intellectus
excedūt reſtat vt hec ſpeculādo trāſcendat
ꝛ trāſeat. nō ſolū mundū iſtū ſenſibilē. veꝝ/
etiā ſemetipam. in q̄ tranſitu chriſt⁹ eſt via
ꝛ oſtiū. chriſt⁹ eſt ſcala ꝛ vehiculū. tanq̄ȝ ppi/
ciatoriū ſup archā dei collocatū. ꝛ ſacramē
tū a ſeculis abſconditū. Ad qđ ppiciatoriū
qui aſpicit plena ꝯuerſione vult⁹ aſpicien/
do ad eū in cruce ſuſpenſum. p fideȝ. ſpem
ꝛ charitatē. deuotionē. āmirationē. exulta/
tionē. appreciationē. laudē ꝛ iubilationem.
paſcha hoc eſt trāſitū cū eo facit. vt p virgā
crucis trāſeat mare rubrū. ab egypto itrās
deſertū. vbi guſtet manna abſconditū. ꝛ cū
chriſto req̄eſcat in tumulo. q̄ſi exteri⁹ mor
tuus. ſentiens tn̄ quātū poſſibile eſt ſm ſta
tum vie qđ in cruce dictū eſt latroni cohe/
renti chriſto. Hodie mecū eris in paradiſo
Qđ etiā oſtenſum eſt beato Franciſco. cū
in exceſſu ꝯtemplatiōis. in monte excelſo (
vbi hec q̄ ſcripta ſunt mente tractaui) ap/
paruit ſeraph ſex alarū in cruce ꝯfixus. vt
ibidem a ſocio ei⁹ (qui tunc cū eo fuit) ego
ꝛ plures alii audiuim⁹. vbi in deū tranſiit p
ꝯtemplatiōis exceſſum. ꝛ poſit⁹ eſt in exem
plū pfecte ꝯtemplatiōis. ſic p̄us fuerat acti
onis. tanq̄ȝ alter iacob mutat⁹ in iſrael. vt
oīes viros vere ſpūales de⁹ p eū inuitaret
ad hmōi tranſitū ꝛ mētis exceſſum. magis
exemplo q̄ȝ v̄bo. In hoc aūt trāſitu ſi ſit p/
fectus oportet q̄ relinquant̄ oīes intelle/
ctuales opatiōes. ꝛ apex affect⁹ tot⁹ trāſfe/
ratur ꝛ trāſformet̄ in deū. Hoc aūt eſt my/
ſticū ꝛ ſecretiſſimū. qđ nemo nouit niſi q̄ ac
cipit. nec accipit niſi q̄ deſiderat. nec deſide
rat niſi quē ignis ſpūſſancti medullit⁹ in/
flāmat. quē chriſt⁹ miſit in terrā. Et ideo di
cit Apl's hanc myſticā ſapiāȝ eſſe p ſpiritū/
ſanctū reuelatā. Quoniā igit̄ ad h̄ nihil pt
natura. modicū poteſt induſtria paruȝ eſt
dandū inq̄ſitioni. ꝛ multū vnctioni. parum
dandū eſt lingue. ꝛ plurimū interne leticie.
parū dandū eſt verbo ꝛ ſcripto. ꝛ totuȝ dei
dono. ſcȝ ſpirituiſctō. paꝝ aut nihil dandū
eſt creature. ꝛ totū creatrici eſſentie. patri ꝛ
filio ꝛ ſpūiſctō. dicendo cū Dyoniſio ad de
um trinitatē. Trinitas ſupeſſentialis. ꝛ ſu
perdeus ꝛ ſupoptime chriſtiāoꝝ inſpector
theoſophie. dirige nos in myſticoꝝ eloqui
orū ſupincognitū ꝛ ſuplucentē. ꝛ ſupſubli/
miſſimū verticē. vbi noua ꝛ abſoluta et in/
cōuerſibilia ꝛ incōmutabilia theologie my
ſteria. ſm ſuplucentē abſconditum occulte
docent̄ ſilentii caliginem. in obſcuriſſimo
(qđ eſt ſupmanifeſtiſſimū) ſupſplendenteȝ
ꝛ in q̄ oīe relucet. ꝛ inuiſibiliū ſupbeatorū
ſplendorib⁹ ſupimplentē inuiſibiles intel/
lectus. Hoc ad deū. Ad amicū autem cui
hec ſcribunt̄ dicat̄ cū eodē. Tu autē o ami/
ce circa myſticas viſiōes corroborato itine
re. ꝛ ſenſus deſere. ꝛ intellectuales opatōes
ꝛ ſenſibilia ꝛ iuiſibilia. ꝛ oīe nō ens ꝛ ens.
ꝛ ad vnitatē vt poſſibile eſt inſcius reſtitue
re ipi⁹ qui eſt ſup oēm eſſentiā ꝛ ſcientiā. et/
enim teipo ꝛ oīb⁹ immēſurabili ꝛ abſolu
to pure mentis exceſſu. ad ſupeſſentialē di/
uinarū tenebrarū radium. oīa deſerēs. ꝛ
ab oīb⁹ abſolut⁹ aſcēdes. Si autē quer̄

quomõ be fiant. interroga grãm. non do/
ctrinã. deſideriũ. nõ intellectũ. gemitũ ozo
nis. nõ ſtudiũ lectõis. ſponſuʒ. nõ magiſtrũ.
deũ. nõ hoiem. caliginẽ. nõ claritatẽ. nõ lu/
cem. ſed ignẽ totalit̃ inflãmantẽ. ⁊ in deũ ex
ceſſiuis vnctionib⁹. ⁊ ardẽtiſſimis affectio/
nib⁹ transferentẽ. Qui quidẽ ignis de⁹ eſt.
⁊ hui⁹ camin⁹ eſt in hierl'm. ⁊ chriſt⁹ homo
hũc accẽdit in feruoze ſue ardentiſſime paſ
ſionis. queʒ ſolus ille vere pcipit. qui dicit.
Suſpendiũ elegit aĩa mea. ⁊ mortem oſſa
mea. Quã mortẽ q̃ diligit videre põt deuʒ.
quia ĩdubitant̃ verũ eſt. Nõ videbit me hõ.
⁊ viuet. Moziamur ꝰ ⁊ ingrediamur in ca
liginẽ. imponam⁹ ſilentiũ ſollicitudinibus
ɔcupiſcẽtijs ⁊ fantaſmatib⁹. trãſcam⁹ cum
chriſto crucifixo ex hoc mũdo ad prem. vt
oſtenſo nob pre dicam⁹ cũ philippo. ſufficit
nobis. Audiam⁹ cum paulo. Sufficit tibi
gra mea. Exultem⁹ cũ dauid dicentes. De
fecit caro mea ⁊ coz meũ. deus cordis mei.
⁊ pars mea de⁹ ineternũ. Benedictus dñs
ineternũ. ⁊ dicat oms ppl's. fiat fiat.

Finit Itinerari⁹ mentis in
deũ ſancti Bonauenture.

Incipit plogus in paruũ bonũ ſcti Bo/
nauenture. qđ alias incendiũ amoris dicit̃
vel regimen ɔſcientie. vel fons vite.

Vigilans uero

animã meã tanq̃ꝫ frigiditate te
nebrarã caleſcere conoz. quã in
deuotiõe deſertã ſcio incendi. ⁊ ingenti ni/
mirũ deſiderio ſup terrigenas eleuari. Nõ
eñ in ocio aduenit mihi affluẽtia amoris
eterni. neqꝫ dũ cozpalit̃ fuerã nimis aggra
uatus. ⁊ fatigat⁹ p̃ itinere ardozẽ ipm ſpe/
cialẽ potui ſentire. aut etiã ĩmoderate occu
patus ſolacijs vel cuidã vltime diſpoſitiõi
dedit⁹. imo me in talib⁹ refrigeſcere depre/
hendi donec iterũ poſtpoſitꝭ oĩb⁹ q̃b⁹ ex/
terius poſſem detineri. ſolũmõ ſaluatoris
aſpectib⁹ aſſiſtere ɔtenderẽ. in interniſqꝫ o/
dorib⁹ ĩmozare. Iſtũ ergo librũ offero intu
endũ nõ phis. nõ mũdi ſapiẽtib⁹. non ma/
gnis theologꝭ. infinitꝭ q̃ſtionib⁹ implicatꝭ.
ſed rudib⁹ ⁊ indoctꝭ. magꝭ deum diligere q̃ꝫ
multa ſcire conãtib⁹. Nõ eñ diſputãdo ſed
agendo ſcit̃ ars amãdi. Arbitroz aũt ea q̃
hic cõtinent̃ ab iſtis q̃ſtionarijs. ⁊ in oĩ ſci/
entia ſũmis. ſed ĩ amoze chriſti inferiorib⁹
nõ poſſe intelligi. vnde nec eis ſcribere de/
creui. niſi poſtpoſitꝭ ⁊ oblitis cũctis que ad
mũdũ ptinẽt ſolis ɔditoris inardeſcãt de/
ſiderijs mancipati. Primo q̃dẽ vt oẽm ter/
renã dignitatẽ fugiãt. oẽm oſtentationem
ſcie ⁊ vanã glĩam odiãt. ac demũ pauptati
altiſſime ſe ɔfozmãtes. ozãdo ⁊ meditãdo.
diuine dilectiõi iugiter aſſiſtãt. Sic nimi/
rũ apparebit eis interi⁹ igniculus q̃deʒ vir/
tutis increate. ⁊ cõponens coz eoꝝ ad capi
endũ calozẽ q̃ cuncta caligo ɔſumet̃. eleua/
bit eos in ardozẽ amabileʒ ameniſſimũ. vt
tpalia trãſcendãt ⁊ thronũ teneãt in termi
no trãquillitatꝭ. Quo eñ ſcientiores ſunt
eo aptiores ſunt vel eẽnt ad amandũ ſi ve/
re ſpernerẽt ſeipos ⁊ ab alijs ſperni gaude
rent. Proinde qz hic vniuerſos excito ad
amozẽ. amoriſqꝫ ſupferuidũ ac ſupnatura
lem affectũ. vtrũqꝫ oſtẽdere conaboz. iſtius
libri titulus incendiũ amozis dicat̃.

Ece deſcripſi

eam tibi tripliciter Prouer
bioꝝ. xxij. Cũ oĩs ſcia de/
beat gerere trinitatꝭ iſigne.
p̃cipue illa ſcia q̃ in ſacra ſcri
ptura docet̃. debet in ſe repſentare veſtigiũ
trinitatis. Propter h̃ ſapiẽs eã tibi triplici
ter deſcripſiſſe dicit. pter triplicẽ ipi⁹ intel/
lectũ ſpũalem. moralẽ ſcʒ allegozicũ ⁊ ana/
gogicũ. Hic aũt triplex intellect⁹ rñdet tri/
plici actui hierarchico. ſcʒ purgatõi. illumi
nationi ⁊ pfectioni. Purgatio aũt ad paceʒ
ducit. Illumĩatio ad veritateʒ. Perfectio
ad charitatẽ. Quib⁹ pfecte adeptis. aĩa bea
tificat̃. ⁊ ſm hoc ꝙ circa hec verſat̃. ſuſcipit
meriti incrementũ. In hoꝝ igit̃ triũ cogni
tione dependet ſcia toti⁹ theologie. ⁊ meri
tũ vite eterne. Sciendũ ꝰ eſt ꝙ triplex eſt
modus exercendi ſe circa hanc tripliceʒ vi
am. ſcilicet.

Legendo	Lectio eſt diffuſioz.
Meditãdo	Meditatio ẽ breuioz.
Ozando	Ozo eſt cõpendioſioz.

Lectio eñ hui⁹ triplicꝭ vie totã ɔtinet ſa
crã ſcripturã. imo fere omnẽ ſanã doctrinã
ſicut dñſũ ẽ. ſ. in tractatu de reductiõe om
niũ artiũ ad theologiã. Quidã ali⁹ liber
habet ſic. Sciendũ igit̃ ꝙ triplex eſt mod⁹
exercendi ſe circa hanc triplicẽ viam. ſcilicʒ

meditando.oꝛando ꝛ ꝯtemplando.

P Rimo meditationis foꝛmaꝫ breuiter libeat intueri. Sciēduꝫ ergo ꝙ tria ſunt in nobis. ſm quoꝛuꝫ vſum in hac triplici via exercemur. ſcꝫ.

Stimulus cōſcientie.
Radius intelligentie.
Igniculus ſapientie.

Si ergo vis purgari. verte te ad conſcientie ſtimulum. Si illuminari. ad intelligentie radiū. Si perfici. ad ſapientie igniculū ſm conſiliū beati Dioniſij ad Titum. vbi eum hoꝛtatur dicēs. Uerte te inquit ad radium ꝛc̄. Ad ſtimulū conſcientie debet homo exercere ſeipm̄. hoc modo meditando in via purgatiua. ſcilicet vt

Primo ſeipm̄ exaſperet.
Secundo exacuat.
Tercio dirigat.

Nam
Exaſperādus eſt recoꝛdatione peccati.
Exacuend⁹ circūſpectiōe ſui
Rectificandus conſideratiōe boni.

Peccati autē recoꝛdatio dꝫ eſſe in hunc modum. Ut arguat ſe animus

De
Multiplici negligentia.
Multiplici ꝯcupiſcētia.
Multiplici nequicia.

Fere enim omnia peccata et mala noſtra. ſiue contracta. ſiue acta. reduci poſſunt ad hec tria.

Circa negligentiā autez attende ꝙ p̄mo debet recogitare homo. ſi in ſe fuerit negligentia. ſcilicet

Coꝛdis cuſtodiendi.
Tempoꝛꝭ expendēdi.
Finis intendendi.

Hec enim tria ſunt ab om̄ibꝫ ſumma cū diligentia obſeruanda. ſcilicet

Ut coꝛ bene cuſtodiat.
Ut temp⁹ vtiliter expendatur.
Ut finis debit⁹ in om̄i ope p̄figat.

Scd̄o dꝫ hō cogitare ſi negligēs fuerit in oꝛone. in lectiōe ꝛ in boni opis executiōe In his tribꝫ debet vnuſquiſq꞉ diligēter ac ſollicite ſe exercere ꝛ excolere. vt poſſit fructum bonū dare in tp̄e ſuo. eo ꝙ vnū hoꝛū ſine altero nequaq꞉ ſufficiat.

Tercio debet cogitare ſollicite ſi negligens fuerit Ad penitendū. Ad reſiſtenduꝫ Ad p̄ficiendū. Debet em̄ vnuſq̄ſq꞉ cū ſumma diligentia deflere culpā cōmiſſam. Repellere tentationē diabolicā. Proficere de vna virtute in aliaꝫ. vt ſic poſſit p̄uenire ad terram p̄miſſam.

Circa concupiſcentiā aūt debet cogitare homo ſi in eo viuat ſcilicet

Concupiſcentia voluptatis.
Cōcupiſcētia curioſitatis.
Concupiſcentia vanitatꝭ. Que ſunt radices totius mali.

Primo igitur recogitanda eſt ꝯcupiſcētia voluptatis. que tunc in homine viuit ſi fuerit in eo ſcilicet

Appetitus
Dulcium
Mollium
Carnaliū
Hoc eſt

Si hō q̄rat
Cibaria ſapoꝛoſa.
Ueſtimēta delicioſa.
Oblectamēta luxurioſa.

Que oīa nō ſolū rep̄hēſibile eſt appetere cū ꝯſenſu. ſed etiā dꝫ hō reſpuere p̄mo motu.

Scd̄o recogitanda eſt concupiſcentia curioſitatis ſi viuat vel vixerit in homine.

Hoc autē dep̄henditur.

Cū q̄s appetit
Scire occulta
Uidere pulchꝛa.
Habere chara.

In oībꝫ his eſt viciū auaricie ꝛ curioſitatꝭ. Multū rep̄henſibile eſt hoc in homie.

Tercio recogitanda eſt ꝯcupiſcētia vanitatis. q̄ tunc viuit in hoīe. ſi in eo fuerit.

Appetitus
Fauoꝛis.
Laudis.
Honoꝛis.

Que omnia vana ſunt. ꝛ hominē vanū reddunt. ꝛ ita fugienda ſunt ſicut cōcupiſcētia mulierū. Et de omni tali debet conſcientia arguere coꝛ humanū.

Circa nequiciā autē debet cogitare hō ſi in ſe vigeat vel aliq̄n viguerit ſcilicet

Iracundia
Inuidia
Accidia. Que faciunt hoīem nequā.

Primo cogitanda eſt iracundie nequicia. que conſiſtit

In Aio / Sigꝰ / Uerbo — vel in Coꝛde / Facie / Clamoꝛe — vel in Affectu. / Affatu. / Effectu.

Scd̄o recogitāda eſt neq̄cia inuidie.

Que i aliena
Proſperitate tabeſcit.
Aduerſitate hilareſcit.
Mendicitate refrigeſcit.

Tercio recogitāda eſt nequicia accidie. ex qua oriuntur.ſcilicet

Suſpitōnes male.
Cogitatiōes blaſpheme.
Detractiones maligne.

Omnis eñ talis nequicia admoduȝ dete/ſtanda eſt. Et hac trifaria recordatione triplicata.debet exaſperari ſtimulus cōſci/entie.ꝛ amaricari anſa.vt poſſit homo con ſequi ſalutē.

Iſo qualiter exaſperari debeat ſti/mulus cōſcientie i recordatiōe pec/cati.videndū eſt qualiter ſit exacu/endus ſtimulus in circūſpectione ſui. Tria autem debet homo circa ſe circūſpi/cere.ſcilicet

Diem mortis imminentē.
Sanguinē chriſti recentē.
Faciem iudicis pſentē.

In his trib9 acuitur ſtimulus conſcientie contra omne malū.

Prio nāq3 acuit dū ꝯſiderat hō diē mortꝭ

Quia eſt
Indeterminabilis.
Inevitabilis.
Irrevocabilis.

Quē ſi diligent inſpiciat.diligentiſſime la/borabit.vt dū temp9 habet purget

Ab omni
Negligentia.
Concupiſcentia.
Nequicia.

Quis enim moraret in culpa.qui nō ē cer/tus de die craſtina.

Scdo acuit duȝ ꝯſiderat homo ſangui nem chriſti effuſum.

Pro
Hūano corde excitando
Eodem abluendo
Ipo mollificādo. Vel effu/ſum.p humana immūdicia mūdificanda.p humana morte viuificāda.ꝛ p humana ari ditate fecūdanda.Quis eñ tam hebes vt ꝑmittat in ſe regnare culpā negligētie.con cupiſcentie.vel neqcie.q̄ cogitat ſe ꝓfuſum illo pcioſo ſanguine.

Tercio acuit dū ꝯſiderat hō faciē iudicꝭ

Que eſt
Infallibilis.
Inflexibilis.
Infugibilis.

Nullus eñ pōt aliq̄ modo fallere ei9 ſapi/entiā. Flectere iuſticiā. Effugere vindictaȝ Quia g nullū bonū irremuneratū.nullum malū impunitū.qs nō acuet ex hac cōſide/ratione contra oīe malū.

Oſt hec videndum eſt quō ſtimul9 ꝯſcientie ſit rectificādus in cōſide/ratione boni. Tria autē ſunt bona meditanda.in quorū acqſitione rectificat ſtimulus ꝯſcientie.ſcilicet.

Strennuitas contra negligentiā.
Seueritas contra ꝯcupiſcentiā.
Benignitas contra nequiciā.

His eñ trib9 habitꝭ.fit ꝯſcia bona.mūda ꝛ recta. Et h eſt qd dr Mich.vj. Indicabo ti bi hō qd ſit bonū.ꝛ qd domin9 reqrat a te. Vtiq3 facere iudiciū ꝛ diligere miſ:diaȝ et ſollicitū ambulare cū deo tuo. In qb9 ver/bis tangunt illa tria pdicta. Silr ꝛ dñs h eadē tāgit i luca xi. Sint lūbi vri pcincti.

Primo igit inchoandū eſt a ſtrēnuitate. q̄ viā pbet aliis. Licet aūt eā ſic deſcribere Strēnuitas eſt qdā vigor animi excut ēs omnē negligentiā.ꝛ diſponens aīam ad fa/ciendū bona opera.ſcilicet

Vigilanter.
Confidenter.
Eleganter.

Hec eſt q̄ viā pbet ad oīa bona ſequētia.

Scdo ſequit ſeueritas.q̄ eſt quidam vi/gor animi reſtringens oēm ꝯcupiſcentiā.ꝛ habilitans animā.ac feruentē reddens eā ad amorem.ſcilicet

Aſperitatis.
Paupertatis.
Vilitatis.

Tercio ſequit benignitas.que eſt quidā dulcor anime.excludens omnē nequiciaȝ.ꝛ habilitans animā.

Ad
Beniuolentiā.
Tolerantiam.
Internā leticiā.

Et hic ē termin9 purgatiōis ꝭm viā medi/tationis. Nā oīs ꝯſcia mūda leta eſt ꝛ iocū/da. Qui igit vult purgari.ſtrat ſe mō predi/cto ad ſtimulū ꝯſcie. In pdicta tñ exercita/tione a qlib3 pmiſſoꝝ pt inchoari nra me/ditatio. Trāſeundū eſt etiā ab vno i aliud. ꝛ rādiu imorādū.quſq3 trāqllitas et ſereni/tas acqrat ꝛ pcipiat.ex q̄ orit ſpūal iocun/ditas. Qua adepta pmpt9 eſt anim9 vt ſur/ſum tendat. Incipit g via iſta a ſtimulo ꝯſcie.ꝛ terminat in affectū ſpūal leticie.ex/ercet in dolore.ꝛ ꝯſummat in amore.

De via illuminatiua.

Ecundo loco poſt viā purgatiuam ſequit illuminatiua. In q ſe dȝ hō

exercere ad radiū intelligentie. hoc ordine. Nam radius intelligentie.

Est
- Primo ptendēd⁹ ad mala dimiſſa.
- Secundo dilatādus ad beneficia commiſſa.
- Tercio reflectēd⁹ ad pmia pmiſſa.

Protenditur autē radius intelligētie ad mala dimiſſa. dum ſollicite penſant mala que domin⁹ indulſit. que tot ſunt quot ſunt peccata que cōmiſimus. ⁊ tam magna quantis eramus malis aſtricti. et quantis bonis priuati. Et hec meditatio ſatis patet ex precedenti. Nec hoc ſolum attendendum eſt quanta mala cōmiſimus. ſed etiā conſiderandū eſt in quanta mala incidiſſemus ſi domin⁹ pmiſiſſet. Et cum hec diligenter penſantur. per radiū intelligētie tenebre noſtre illuminant. Et talis illuminatio cōiuncta debet eē gtitudini affectionis. alioquin non eſt illuminatio celeſtis ad cuius ſplendorem videmus ſequi calorem. Unde gratie hic agende ſunt pro dimiſſione malorum cōmiſſorū. vel poſſibiliū committi.

- Infirmitate.
- Neceſſitate.
- Uoluntatꝫ pverſitate.

Secundo videndū eſt qualiter iſte radius intelligentie dilatet in ꝯſideratiōe beneficiorū cōmiſſorū. que quidē ſunt in triplici genere. Quedā enim

ſpectāt ad
- Complementū nature.
- Adiutoriū gratie.
- Donū ſupabundātie.

Ad cōplementū nature ſpectat quod dedit deus ex parte corpis. ſcilicet
- Membrorū integritatē.
- Complexionis ſanitatē.
- Sexus nobilitatem.

Ex pte ſenſus dedit
- Uiſum pſpicuū.
- Auditum acutū.
- Sermonē diſcretū.

Ex parte aīe dedit
- Ingenium clarum.
- Iudiciū rectum.
- Animū bonū.

Ad adiutoriū autē gratie ſpectat primo ꝙ dedit gratiā baptiſmalē.

Qua
- Deletur culpa.
- Reſtituit innocentia.
- Confertur iuſticia.

Et per hoc dignū facit vita eterna.

Scdo ꝙ dedit gratiā penitentialē,

qntū ad
- Animi voluntātē.
- Tpis oportunitatē.
- Religionis ſublimitatē.

Tercio ꝙ dedit grāz ſacerdotalē. p q̄m fecit
- Diſpenſatores doctrine.
- Diſpenſatores indulgentie.
- Diſpenſatores eucbariſtie.

In quibꝫ omnibꝫ ſm plus ⁊ minus diſpenſantur verba vite.

Ad donū autē ſupabundātie ſpectat ꝙ primo dedit totū mundū. ſcilicet
- Inferiora ad obſequiū.
- Paria ad meritum.
- Superiora ad patrociniū.

Secundo dedit filium ſuum.

Et hoc
- In fratrē ⁊ amicū.
- In noſtrū pcium.
- In cibū quotidianū.

- Primū in incarnatione.
- Secundū in paſſione.
- Terciū in altaris ꝯſecratione.

Tercio dedit ſpiritū ſanctū.

Et hoc
- In ſignaculū acceptatōis
- In puilegiū adoptiōis.
- In anulū deſponſatiōis

Et p hoc fecit animā chriſtianā.

Uere
- Suam amicam.
- Suam filiam.
- Suam ſponſam.

Hec omnia ſunt mira ⁊ ineffabilia. et in eorū meditatione ad modū ſponſe aīa debet eſſe deo grata.

Tercio circa viam illuminatiuā videndū eſt qualit iſte radi⁹ intelligentie p meditationē eſt reflectēdus. vt ad fontē tot⁹ boni reuertat. recogitādo pmia pmiſſa. Cōſiderandū eſt ergo ſollicite ⁊ frequēter penſandū. ꝙ deus q̄ nō mentit. credentibꝫ diligentibꝫ ſe pmiſit veraciter.

- Amotionē omniū malorū.
- Aſſociationē omniū ſanctorꝫ.
- Impletionē oīm deſideriorꝫ i ſeipo.

Qui eſt qui origo eſt ⁊ finis oīm bonorum. Qui eſt tantū bonū ꝙ

Excedit
- Omnē petitionē.
- Oēm deſiderij dilatatōēꝫ.
- Omnē eſtimationē.

Et nos tanto bono dignos reputat. ſi diligim⁹ ⁊ appetim⁹ eū ſup omnia. ⁊ pter ſe. Et ideo cū omi deſiderio ⁊ affectu ac beniuolētia debemus in ipm tendere.

De via vnitiua ⁊ pfectiua.

p Oſtremo ſequit̃ q̃liter nos exercere debem⁹ ad igniculū ſapīe. Hoc aūt faciendū eſt h̄ ordine. Quia iſte igniculus ſapīe ſollicite ac diligenter.

Eſt
Primo ꝯgregandus.
Scḋo inflãmãdus.
Tercio ſubleuandus.

Congregat̃ autē ꝑ reductionē affectōis ab omni amore creature. A cui⁹ amore reuocari debet affectio. Om̄ amor creature nō ꝓficit. ⁊ ſi ꝓficit nō reficit. ⁊ ſi reficit non ſufficit. Jō oīs amor talis ab affectu debet om̄ino elongari. Scḋo inflãmãdus eſt igniculus iſte. ⁊ h̄ ex ꝯuerſione affectionis ſuꝑ amorē ſponſi. Et h̄ quidē fit. vl' comparando ipm amorē ad ſeipm. vel ad effectuz ſupnorū ciuiū. vel ad ipm ſponſum. Tunc autē hoc fit quãdo attendit ꝙ ꝑ hunc amorem poteſt in nobis ſuppleri om̄is indigentia. ⁊ ꝙ per amorē eſt in beatis omnis boni abundantia. et ꝙ per amorez habet̃ ipi⁹ ſummi deſiderabilis p̄ſentia. Hec em̄ ſūt que affectū inflãmant. Tercio ſubleuandus eſt igniculus iſte. ⁊ hoc ſupra om̄e ſenſibile. imaginabile. ⁊ intelligibile. hoc ordine vt homo immediate de ipo quem perfecte optat diligere.

Primo meditando diſcat ꝙ ille quē diligit

Nō eſt
Uiſibilis.
Audibilis.
Odorabilis.
Guſtabilis.
Tãgibilis
Senſibilis.
Jmmo totus deſiderabilis.

Secundo querit cogitet ꝙ ille quem diligendo

Nō eſt
Terminabilis.
Figurabilis.
Numerabilis
Circūſcriptibil'
Cõmutabilis.
Jmaginabilis.
Sz tot⁹ deſiderabilis.

Tercio cogitet ꝙ ille quem diligit.

Nō eſt
Demõſtrabilis.
Diffinibilis.
Opinabilis
Eſtimabilis
Jnueſtigabilis.
Jntelligibilis.
Sed tot⁹ deſiderabilis.

Ex his autem liquide patet. qualiter ad ſapientiã ſacre ſcripture ꝑueniri poteſt. meditando ſcilicet

Circa viã.
Purgatiuam.
Jlluminatiuã.
Perfectiuã.

Et nō ſolum ſacre ſcripture ꝯtinētia. imo oīs meditatio nr̃a dz verſari circa iſta. Nã oīs meditatio ſapiēt̃ aut eſt circa opa hūana. cogitãdo ſcilicet q̇d hõ fecerit. ⁊ q̇d debeat facere. ⁊ que ſit rõ mouēs. Aut circa opa diuina. cogitãdo ſcz q̄nta de⁹ homini cõmiſerit ꝙ oīa fecit ꝓpter hoīem. q̄nta dimiſerit. ⁊ q̄nta repꝓmiſerit. ⁊ in h̄ claudunt̃ opa creatiōis. reparatiōis ⁊ glorificatiōis. Aut circa vtrorūq̧ ꝑncipia. q̇ ſcz ſunt de⁹ ⁊ aīa. q̄lit̃ hec ad inuicem ſunt copulanda. Et in hoc debet ſtare om̄is meditatio nr̃a. q: eſt finis oīs cognitionis ⁊ opationis. ⁊ eſt ſapiētia vera ī qua eſt cognitio ꝑverã experientiã. Jn hmōi autē meditatiōe. tota aīa nr̃a debet eſſe intenta ſm vires ſuas. ſcz ſm rationē et ſynderesim. ꝯſcientiã ⁊ voluntatē. Nã in hmōi meditatiōe. Rō ꝑcunctãdo affert ꝓpoſitionem. Synderesis ſentētiando ꝓfert diffinitionē. Cõſcientia teſtificãdo infert ꝯcluſionē. Uolūtas p̄eligendo defert ſolutionem. Uerbi grã. Si q̇s velit meditari circa viã purgatiuã. debet rõ querere q̇d debeat fieri de hoīe. q̇ tēplū dei violauit. Syndereſis rn̄det. ꝙ aut dz diſꝑdi. aut lamēt̃ pn̄ie purgari. Conſcīa aſſumit. Tu es ille. g̃ vel oportet te dãnari. aut ſtimulis pn̄ie ãffligi. Deinde volūtas p̄eligit. ſ. ꝙ recuſat dãnationē et̃nã. ⁊ aſſumit volūtarie pn̄ie lamēta Juxta hūc modū ī vijs alijs incedēdū ē.

Sequitur de orōne

quõ ꝑ eaz veniat̃ ad ſapiam ſacre ſcripture.

p Oſtq̧ dixim⁹ q̄liter ad ſapiam veram ꝑuenit̃. legēdo ⁊ meditãdo. videndū eſt nūc qualit̃ ad ipam ꝑuenitur orando. Sciendū aūt eſt ꝙ in orōne ſunt tres grad⁹ ſiue ꝑtes ipam ꝑficiētes.

Quorꝫ
Prim⁹ eſt deploratio miſerie.
Scḋus imploratio miſcḋie.
Tercius exhibitio latrie.

Latrie aūt cultū deo exhibere nō poſſum⁹ niſi ab eo grãz cõſequamur. Miſericordiam vero dei ad dandã grãm nō poſſumus inflectere niſi ꝑ deplorationē ⁊ expoſitionē nr̃e miſerie ⁊ indigentie. Nã oīs ꝑfecta orõ debet hr̃e iſtas tres partes. Nō em̄ ſufficit vna ſine altera. nec ꝑducit ad metã ꝑfectã. ⁊ ideo hec tria ſunt ſemꝑ iungenda.

Deploratio aũt miſerie circa q̄mcũq̃ miſeriã fit. ſiue ꝑ ꝑpetratiõe culpe. ſiue ꝑ amiſſione grẽ. ſiue ꝑ dilatiõe glẽ. hec tria dꝫ hr̃e ſcꝫ dolorẽ. pudorẽ ⁊ timorẽ. Dolorẽ ꝓpt̃ dãnũ ſiue incõmodũ. Pudorẽ ꝓpt̃ opprobriũ ſiue inhoneſtũ. Timorẽ ꝓpt̃ piculũ ſiue reatũ. Ex mẽoria eñ p̃teritoꝝ orit̃ dolor. duꝫ recordat̃. Quid omiſit. qꝛ precepta iuſticie. Quid cõmiſit. qꝛ ꝓhibita culpe. Quid amiſit. qꝛ g̃tuita vite. Ex intelligẽtia pñtium orit̃ pudor. duꝫ attẽdit. Ubi ſit. qꝛ longe in imo q̄ fuerat ꝓpe i ſũmo. Qual' ſit. qꝛ feda ĩ luto q̄ fuerat pulchra imago. Que ſit. qꝛ ancilla q̄ fuerat libera Ex ꝓuidẽtia futuroꝝ orit̃ timor. dũ p̄cogitat. Quo tẽdat. qꝛ ad ĩferos ꝓperat greſſus eiꝰ. Quid occurrat. q̇a iudiciũ ĩeuitabile. iuſtũ tñ. Quid aſſeq̃tur. qꝛ ſtipendiũ mortꝭ etñe. Imploratio ãt miſcḋie circa quãcũq̃ grãm inuocet̃. dꝫ eẽ. Cũ affluẽtia deſiderij. qḋ habemꝰ a ſpũſcõ. q̄ poſtulat ꝓ nob̃ gemitibꝫ inenarrabilibꝫ. Cũ fiducia ſpei quã habemꝰ a xp̄o. qꝛ mortuꝰ ẽ ꝓ nob̃ oĩbꝫ. Cũ diligẽtia iplorãdi ſubſidij. qḋ q̄rimꝰ a ſctis oĩbꝫ. Qñ ei hec tria concurrũt. tũc iplorat̃ efficacit̃ dĩna miſcḋia.

Affluentiã deſiderij habemꝰ a ſpũſctõ.

Quia
- Per ip̄m ſumus a patre in filio p̄deſtinati eternaliter.
- Per ip̄m renati in baptiſmo ſpiritualiter.
- Per ip̄m congregati in eccleſia vnanimiter.

Confidentiã ſpei habemꝰ a xp̄o dño.

Qui ꝑ nobis
- Obtulit ſe in cruce in terra.
- Offert̃ a mr̃e eccl'ia in ſacramẽto altaris in ſui mẽoriã.
- Apparet vultui patris in celo in gloria.

Diligentiã implorandi ſubſidij a ſanctorũ conſortio habemus.
- Ab angeloꝝ miſtrantiũ patrocinijs
- A beatoꝝ triũphantiũ ſuffragijs.
- A iuſtoꝝ militantiũ meritis.

Exhibitio autẽ latrie ex quacũq̃ grã deus colatur. debet habere tria.
- Primo eñ ob grãm impetrandaꝫ debet cor noſtrũ incuruari ad dei reuerentiã ⁊ adorationẽ.
- Secũdo debet dilatari ad beniuolentiã ⁊ gratiarũactionẽ.
- Tercio debet eleuari ad complacentiam ⁊ mutuã allocutionẽ.

Que eſt ſponſi ⁊ ſponſe. quã docet ſpũſſanctus in canticꝭ. In q̄ ſi recto ordine fiat, mira eſt exultatio ⁊ iubilatio. ita vt ducat̃ homo in exceſſuꝫ. ⁊ faciat aĩam dicere. Bonũ eſt nos hic eſſe. Et hic debꝫ orõ nr̃a terminari. Nec ante debꝫ hõ deſiſtere. donec ingrediat̃ in locũ tabernaculi admirabil' vſq̃ ad domũ dei. vbi in voce exultatiõis eſt ſonus epulantis. Ut aũt incurueris ad reuerentiã. admirare imenſitatẽ diuinã. ⁊ intuere modicitatẽ tuã. Ut dilaterꝭ ad beniuolentiã attende benignitatẽ diuinã. ⁊ vide indignitatẽ tuã. Ut eleuerꝭ ad cõplacentiã. recogita charitatẽ diuinã. ⁊ ꝯſidera tepiditatem tuã. vt ex huiꝰ collatione ꝑuenias in exceſſum mentis.

Sciendum autem q̄ reuerentiam debẽmus exhibere deo tripliciter. Primo tanq̃ patri.

A quo
- Formati.
- Reformati.
- Educati.

Scḋo tanq̃ dño a q̄
- Eruti de ore inimici.
- Redẽpti de carcere iferni.
- Conducti in vineaꝫ dñi ꝑ munere paradiſi.

Tercio debemus exhibere deo reuerentiam tanq̃ iudici.

Corã q̄
- Accuſati. Accuſat eñ clamor conſcientie.
- Conuicti. Cõuincit enim euidentia vite.
- Confeſſi. Cõfitet̃ eñ aſpectꝰ diuine ſapie vnde ꝯ nos ḋ iure debeat ſnĩa ꝓferri.

Et ꝓma q̇dẽ reuerentia dꝫ eſſe magna. ſcḋa maior. tercia maxia.

Un̄
- Prima eſt ad modũ inclinatiõis
- Scḋa ad modũ genuflexionis.
- Tercia ad modũ proſtrationis.

In
- Prima nos ſubijcimus.
- Secunda nos deijcimus.
- Tercia nos abijcimus.

In
- Prima reputamus nos paruos.
- Secunda minimos.
- Tercia vero nullos.

Beniuolentiã autẽ debemꝰ ſil'i mõ deo tripl'r exhibere. ſ. magnã. maiorẽ. maximã.
- Magnã ꝯſideratõe ĩfirmitatis nr̃e.
- Maiorẽ ꝯſideratõe magnitudinis gratie ſue.
- Maximã conſideratiõe immẽſitatꝭ miſericordie ſue.

Vel Magnam p cōmiſſis.
Maiorē pro dimiſſis.
Maximā pro pmiſſis.

Vel Magnā p cōplemētis nature.
Maiorē p indumētis gratie.
Maximā p donis ſuperogātie.

In Prima cor extenditur.
Secūda aperit. Cantic. v. Aperi mihi ſoror mea.
Tercia effundit. Treñ. ij. Effūde ſic aquā cor tuū añ ɔſpectū dñi.

Complacentiā aūt triplici modo debemus deo exhibere toto corde.
Primo vt ſic coaptet cōplacētia nr̄a ad deū. vt vnicuiqꝫ placeat ꝙ ſolꝰ deus placeat ſibi.
Scd̄o vt ei hoc placeat ꝙ ipſe placeat ſoli deo.
Tercio vt ei h̄ placeat ꝙ i hac complacentia ceteri cōmunicent.

In Prima eſt magna.
Secūda maior.
Tercia maxima.

In Prima eſt amor gratuitus.
Secunda eſt amor debitus.
Tercia ē amor ex vtroqꝫ pmixtus.

In Prima crucifigit mūdus homini.
Scd̄a crucifigitur homo mundo
Tercia crucifigit homo pro mundo.

vt p omnib᷒ velit hō mori. vt ꝛ ipſi placeant deo. Et hic eſt gradꝰ ꝛ ſtatꝰ pfecte charitatis. ante cuꝰ aſſecutionē nemo dꝫ ſe eſtimare pfectū. Tūc aūt hāc pfectionē hō aſſeqtur qñ cor ſuū īuenit nō ſolū volūtariū. ſed etiā auidiſſimū ad moriēdū p ſalute pxioꝝ. ſm ꝙ apl's dicebat. ij. Cor. xij. Libentiſſime impendar. ꝛ ſupimpendar egoipſe p aīabus vr̄is. Ad hāc pfectā dilectionē pximi nō puenit niſi pus peniat ad pfectā dilectionē dei. ꝓpter quē diligit pximꝰ. q̄ nō ē diligendus niſi ꝓpter deū. Et ꝓpterea ad intelligendā pfectionē in dilectōne dei. ſciendū eſt ꝙ ſex ſunt gradꝰ qb᷒ paulatim ꝛ ordinate pcedit. vt ad pfectionē perueniat

Quoꝝ Primus eſt ſuauitas.
Secundus auiditas.
Tercius ſaturitas.
Quartus ebrietas.
Quintus ſecuritas.
Sextus trāquillitas.

Primus itaqꝫ gradꝰ eſt ſuauitas. vt homo addiſcat guſtare ꝙ̄ ſuauis eſt dñs. Et h̄ quidē fit vacādo ꝛ ſabbatizādo ei p ſanctas meditatōes. ſm qd̄ dicit in ps. Reliq̄ cogitationis diē feſtū agent tibi. Qd̄ q̄dē fit qñ meditatiōes circa amorē dei. ſuauitatē pariūt in corde. Scd̄s gradꝰ eſt auiditas. qñ ſcꝫ aīa aſſuefieri cepit circa illaꝫ ſuauitatē. ꝛ naſcit in ea tāta eſuries. vt nihil poſſit eā reficere. niſi eū quē amat poſſederit pfecte. Qd̄ qꝛ nō pōt in pſenti attigere. quia adhuc longe ē. ɔtinue excedit ꝛ egredit extra p amore extaticū. clamans ꝛ dicēs illud beati Job. vij. Suſpendiū elegit aīa mea. ꝛ mortē oſſa mea. Et illud ps. Queadmodū deſiderat ceruus ad fontes aq̄rum. ita deſiderat aīa mea ad te deꝰ. Terciꝰ gradus eſt ſaturitas. q̄ oritur ex ipa auiditate. Qui ei vehemētiſſime deū deſiderat. ꝛ ſurſum fert. iam oīe qd̄ deorſum videt. vertit ei in faſtidiū. Vñ q̄ſi ſaturatꝰ nō pōt refectionē inuenire in aliq̄ citra ipm dilectū. Et ſicut ſaturatꝰ ſi cibū ſumat. incurrit potius abominationē ꝙ̄ refectōnē. ſic in h̄ gdu charitas facit circa oīe creatū. Prouer. xxvij. Aīa ſaturata calcabit fauū. Quartus gradus eſt ebrietas. que orit ex ſaturitate. Ebrietas aūt in h̄ conſiſtit. ꝙ q̄s tāto amore diligat deū. vt iā nō ſolū faſtidiat ſolacium terrenū. ſed etiā delectet ꝛ q̄rat tormētū p ſolacio. ꝛ amore illius quē diligit delectet in penis. opprobrijs ꝛ flagellis. cū apl'o ij. Corinth. xij. Vñ ſicut ebriꝰ ſeipm denudat ſine pudore. ꝛ ſuſtinet plagas ſine dolore. ſic in iſto intelligendū eſt. Vñ Actuū. v. Ibāt apl'i gaudētes a ɔſpectu concilij. qm̄ digni habiti ſunt p noīe ieſu cōtumeliā pati. Quintꝰ gradꝰ eſt ſecuritas. que orit ex ebrietate. Ex h̄ eñ ꝙ aīa ſentit ſe tm̄ amare deū ꝙ libent ſuſtinet ꝓpter ipm oīe dāmnū ꝛ oīe opprobriuꝫ. iā foras mittit timor. et tantā cōcipit aīa ſpem de adiutorio dei. vt nullo modo exiſtimet ſe poſſe ſeparī ab eo. In h̄ gradu erat apl's cū dicebat. Quis nos ſepabit a charitate chriſti ꝛc̄. Certus ſum eñ. qꝛ neqꝫ mors neqꝫ vita ꝛc̄. poterit nos ſepare a charitate dei. q̄ eſt i chriſto ieſu dño nr̄o. Rom̄. viij. Sextꝰ gradus eſt vera ꝛ plena tranquillitas. p quaꝫ eſt tanta pax ꝛ req̄es in aīa. vt quodāmodo ſit in ſilentio et ſomno ꝛ velut in archa noe collocata. vt nullo mō pturbet. Quis eī pt inq̄etare mentē quā nullus cupiditatis ſtimulꝰ inq̄etat. nullus timoris aculeus agitat. In

ſta mente pax eſt.⁊ ſtat⁹ vltimus.⁊ quies.⁊ ibi requieſcit ver⁹ ſalomon. qm̄ in pace fa/ctus eſt loc⁹ ei⁹. Et ideo valde ↄuenient iſti grad⁹ ſignificant̄ p illos ſex grad⁹.qb⁹ aſcē debat̄ ad thronũ ſalomonis.iij.Reg.x.⁊.ij Paralip.ix. Et ꝓpter h̄ dicit̄ Canti.iij. Aſcē ſum purpureũ media charitate conſtrauit. Quia impoſſibile eſt ad iſtã tranq̄llitatē ꝑ/tingere niſi ꝑ charitatē. Hac aũt acq̄ſita.fa cillimũ eſt homini facere om̄e quod eſt ꝑfe ctionis.ſiue agere ſiue pati.ſiue viuere ſiue mori. Studendũ eſt igit̄ ad ꝑfectũ cha/ritatis.cũ ꝑfect⁹ eius inducat ꝑfectōnē om nis boni ⁊ ↄplemētũ. Ut igit̄ ſint ad ma nũ p̄dicte differētie nota q̄ q̄ ad hãc ꝑfecti onē vult ꝓficere.debet ꝑ meditationez ſti/mulum conſcientie.

Primo: Exaſperare. Exacuere. Rectificare.

Et ſic ad radiũ intelligentie tranſire.

Ip̄m: Protendendo. Dilatando. Reflectendo.

Et ſic ad igniculũ ſapientie tranſire.

Ip̄m: Congregando. Inflãmando. Subleuando.

Et ſic ꝑ orationez primo debet deplorare miſeriam ſuã.

Cũ: Dolore ꝓpter damnum. Pudore ꝓpter opprobrium. Timore ꝓpter periculũ.

Scd̄o dꝫ implorare diuinã miſericordiã.

Cũ: Uehemētia deſiderij ꝑ ſp̄m ſctm̄. Fiducia ſpei ꝑ chriſtũ crucifixũ. Aſſiſtentia patrocinij per ſancto/rum ſuffragiũ.

Tercio debet exhibere latriã.exhibendo.

Deo: Reuerentiam. Beniuolentiã. Complacentiã.

Ut p̄mo ex parte dei ꝓcedat admiratio di/uina.q̄ſi maior ꝓpoſitio. Scd̄o ex parte no ſtra ſequat̄ ↄſideratio q̄ſi aſſumptio. Ter/cio fiat latrie plena exhibitio.q̄ſi cõcluſio.

Qui aũt ſic excitauerit ſe ↄtinue ⁊ intēte. ꝓficiet in charitate ſ̄m ſex grad⁹ p̄dictos.q̄ bus ꝑuenit̄ ad ꝑfectionē tranq̄llitat̄ſ. vbi ē multitudo pac̄ſ.⁊ q̄ſi quidã finis q̄etis nr̄e quã dñs reliq̄t ap̄lis. Unde nota q̄ ap̄l's in q̄libet ſalutatiōe optabat gr̄am ⁊ pacez. gr̄am tanq̄ꝫ primordialē.pacē ſicut cōple mentũ. Ad thimotheũ autē interponit mi/ſericordiã que eſt vtriuſqꝫ principiũ.

Nota q̄ in miſſa cogitandũ eſt de negli/gentia circa corpus chriſti.

Nota de ſacramēto q̄ dñs ꝓpter nos ſp totus ibi eſt.⁊ nos raro vl' nunq̄ꝫ ibi toti ſu mus ꝓpter eum.

Itē q̄ ibi eſt p̄ciũ redēptiōis nr̄e.⁊ nõ libe/ramur.⁊ h̄ ſtat ꝑ nos. Itē q̄ ibi vere eſt de⁹ ⁊ nõ videm⁹ eũ.ad quē videnduꝫ creati ſu/mus. Itē q̄ ibi eſt paratior ad liberanduꝫ nos.q̄ꝫ nos a miſeria liberari Itē q̄ ip̄e ad ſalutē nr̄am inſtituit h̄ ſacr̄m.⁊ tã ſtudioſe. Nos vero tepidi.imo toti frigidi h̄ ↄſecra/mus. Itē q̄ ip̄e ibi eſt cũ angeloꝝ frequētia nos cũ magna cordis irreuerētia. Item q̄ ip̄e ibi ardens eſt ꝑ nr̄a dilectiōe.nos ibi re miſſi in gr̄arũ actione. Itē q̄ ip̄e ibi eſt cib⁹ angeloꝝ ad nr̄am refectionē.⁊ nos nõ gu/ſtamus eũ ꝓpter nr̄am corruptionē. Itē q̄ quicq̄d diſpergim⁹ ꝑ culpã.ip̄e ibi ↄgregat ꝑ gr̄am.nec t̄n grati ſumuſ. Itē q̄ ip̄e ſe ibi offert p̄ciũ redemptiōis nr̄e ſine tedio.nec t̄n liberamur om̄ino. Uis ḡ ſcire q̄ ⁊ q̄n/ta ⁊ quib⁹ debeas. Primo chriſto oēm vitã tuã ponere.qr ip̄e ſuã poſuit pro tua.⁊ cru/ciatus diros ſuſtinuit.ne tu ꝑpetuos ſuſti/neres. Sed cõfer p̄mia om̄is vite filioꝝ adã.⁊ oēs dies ſeculi.⁊ labores oīm hoīm q̄ fuerũt.ſunt ⁊ erũt.nihil erũt ad cõparati onē illi⁹ corꝑis.qd̄ ſpectabile ⁊ etiã ſtupen/dũ eſt virtutib⁹ ſuꝑnis.in ↄceptu de ſpiritu ſctõ.in ortu de v̄gine.in vite innocentia.in doctrine affluētia.in coruſcatõib⁹ miracu/loꝝ.in reuelatiõib⁹ ſacramētoꝝ. Sicut igit̄ exaltant̄ celi a terra.ſic exaltata eſt vita illi⁹ a vita hoīm.que tamē poſita eſt pro vita no ſtra. Sicut eñ nihil ad aliq̄d nullã habet cõparationē.ita vita nr̄a ad vite illius ꝓpor tionez. Cũ illa nulla dignior ſit. noſtra nul la miſerior poteſt eſſe. Cũ ergo ei me deuo/uero.quid queſo ſum. None ſicut ſtella ad ſolē.gutta ad fluuiũ.lapis ad montē. Sed non huic ſoli debitor ſum. cui nihil retri/buere poſſum. Exigunt a me p̄terita pecca ta mea futurã vitã meaꝫ.vt faciam dignos fruct⁹ penitentie.⁊ recogitē oēs annos me os i amaritudine aie mee. Sed ad h̄ quis idoneus. Peccaui ſuper numerũ arene ma ris.⁊ mul.ſunt pec.mea. et nõ ſum dignus

aſpicere celũ ⁊c. Qđ igiť ſine numero eſt q̃/
modo numerabo. Quõ ſufficiã. cum cogar
reddere debitũ vſq; ad nouiſſimũ q̃dran
tem. Sed ⁊ delicta q̃s intelligit. Quãtũ pe
niteam. q̃ntũlibet me affligã ⁊ macerem. p
pter nomẽ tuũ nõ ꝓpter penitẽtie meritũ. p/
piciaberis dñe pctõ meo. ait iuſt⁹. multũ ẽ
em. Tu igiť quicq̃d vis. q̃cq̃d ſapis. q̃cq̃d
habes. quicq̃d potes. huic vni rei dedicane
ris. nunq̃d aliq̃d eſt. vel in aliq̃d cõputan/
dũ eſt. Sed ⁊ terciũ debitorẽ oſtendã tibi.
qui nõ min⁹ acriter q̃ꝫ veraciter ſibi vendi/
cat vitã tuã. Puto em̃ q poſſidere deſide/
ras gloriã illã. quã nec oculus vidit. nec au
ris audiuit ⁊c. regnũ oim̃ ſeculorũ. viuere i
eternuꝫ. in ꝑpetuas eternitates. Credo q
velis eq̃lis eſſe angel' dei. et in plateis ſup/
ne hieruſalẽ melos angelorũ audire. et vi/
dere quicq̃d eſt illud vl' erit qñ de⁹ erit oia
in omibꝫ. Nõne ad hoc totũ te. ⁊ q̃ntũcũq;
vndiq; trahere poter's. dare oportebit. Et
cũ oĩa impleuer's. nõ tñ credas ꝯdignas
eſſe paſſiones hui⁹ tp̃is vel corpis ad futu
rã gloriã que reuelabiť in nobis. Quid di/
ces. ⁊ ſi quartũ debitorẽ adduxero i mediũ
q̃ ſibi iure primat⁹ tres ſupiores excedere
velit. Ecce in ianuis eſt q̃ fecit celũ ⁊ terraꝫ.
Creator tu⁹. tu creatura. Tu ſuus. ille do/
min⁹. Ille figulus. tu figmẽtũ. Totũ g̃ qđ
es illi debes. a q̃ totũ habeſ. Illi p̃cipue do
mino q̃ ⁊ fecit te ⁊ bñ fecit tibi. q̃ ⁊ tibi mini
ſtrat ſiderꝝ curſus. aeris tẽperiẽ. iocũditatẽ
terre. fructuũ vbertateꝫ. huic reuera totis
medullis. totis viſceribꝫ ſeruienduꝫ eſt. ne
forte indignatõis oculo te reſpiciat ac de/
ſpiciat. ⁊ conterat te ineternũ. Expone igiť
mihi cui horꝫ q̃ttuor ꝓponis reddere qđ de
bes. cũ vnuſq̃ſq; tã interius q̃ꝫ exterius ex/
actor ſit. vt te ſingulariter poſſideat.
Eya dñe. vim patior. rñde p me. q2 horꝫ q̃t
tuor q̃libet de iure me tenere põt ⁊ ſuffoca/
re. In man⁹ tuas cõmẽdo ſpm̃ meuꝫ. tu p/
ſolue oĩbꝫ. tu ab omnibꝫ me libera. q2 tu
es de⁹ ⁊ nõ hõ. ⁊ qđ apud hoĩes impoſſibi/
le eſt. poſſibile eſt tibi dñe de⁹ noſter.

Sequitur de cõtem
platione. quõ p eam ꝑueniendũ ſit ad ſapi entiã ſacre ſcripture.

P Oſtq; aũt diximus q̃liter ad ſapiam
nos exercere debeam⁹ p meditatio
nẽ ⁊ orõnẽ. nũc breuiter tangam⁹ q̃
liter ꝯtemplãdo ad verã ſapiam ꝑuenitur.
Per ꝯtemplationẽ nanq; trãſit mens nr̃a
ad ſupnã hieruſalẽ. Ad cui⁹ inſtar eccl'ia eſt
formata. ſm illud Exo. xxv. Inſpice et fac
ſm exẽplar qđ tibi monſtratũ eſt in monte
Neceſſe eſt em̃ eccl'iam militãtẽ cõformari
triũphanti. ⁊ merita p̃miis. ⁊ viatores bea/
tis ſm q poſſibile eſt. In gl'ia aũt triplex ẽ
dos. in qua ꝯſiſtit ꝑfectio p̃miĩ. ſcꝫ

Summe pacis tentio.
Sũme veritatis viſio.
Sũme charitatis fruitio.

Et ſm hoc diſtinguiť triplex ordo i ſupma
hierarchia celeſti. ſcꝫ thronorꝫ. cherubin et
ſeraphin. Neceſſe eſt igiť vt qui vult ad illã
beatitudinem p merita ꝑuenire. iſtorũ triũ
ſimilitudinẽ ſm q poſſibile eſt in via ſibi cõ
paret. ſcilicet

Ut habeat: Soporem pacis. / Splendorẽ veritatis. / Dulcorẽ charitatis.

In his em̃ tribꝫ requieſcit deus. ⁊ habitat
tanq̃ꝫ in ſolio ꝓprio. Neceſſe eſt igiť vnũq̃d/
q; triũ predictorꝫ p tres gradus aſcendẽdi
diſtinguere ſm triplicẽ viam. ſcꝫ

Purgatiuã. q̃ ꝯſiſtit in expulſiõe pcti.
Illuminatiuã. q̃ ꝯſiſtit i imitatiõe xp̃i.
Unitiuã. q̃ ꝯſiſtit in ſuſceptõe ſp̃uſſcti.

Ita q q̃libet via hꝫ grad⁹ ſuos. p q̃s aſcen
ditur ab imo. ⁊ tendiť vſq; ad ſummũ.

G Radus aũt ꝑueniẽdi ad ſoporẽ pa
cis ſunt iſti ſeptem.
Primo occurrit pudor i recordati/
one flagicij. Et h̃ quantũ ad q̃ttuor. ſcꝫ

Magnitudinem.
Multitudinem.
Turpitudinem.
Ingratitudinem.

Scđo occurrit timor in circũſpectõe iu
dicij. ⁊ hoc quadruplic'. ſcilicet

Diſſipationis operis.
Excecationis rationis.
Obdurationis voluntat'.
Condemnatiõis finalis.

Tercio occurrit dolor in eſtimatiõe dã/
ni. ⁊ hoc ſm quattuor. ſcilicet

Quãtũ ad amiſſionẽ diuine amicicie.
Quantũ ad ꝑditionẽ innocentie.
Quantũ ad vulnerationẽ nature.
Quãtũ ad diſſipationẽ vite p̃terite.

Quarto occurrit clamor in imploratio/
ne ſubſidij quadruplicis. ſcilicet

Dei patris.
Filij redemptoris.
Virginis matris.
Eccleſie triūphantis.

Quinto occurrit rigor in extinctione fo/mitis ſine incentiui q̄druplicis.ſcilicet
Ariditatis.que eſt deſidia.
Peruerſitatis.que eſt malicia.
Voluptatꝭ.que eſt ꝯcupiſcētia.
Vanitatis.que eſt ſupbia.

Sexto occurrit ardor in appetitu marti rij.⁊ ꝑpter quattuor.ſcilicet
Propter pfectionē
Remiſſionis offenſe.
Purgatiōis macule.
Satiſfactiōis pene.
Sanctificatiōis ꝯcupiſcētie.
alias exactiōis ꝯcupiſcentie

Septimo loco occurrit ſopor in obum/bratione chriſti. vbi eſt ſtatus et requies. quando homo ſentit ſe protegi ſub vmbra alarum diuinarū.vt non vratur ardore cō/cupiſcentie.nec timore pene.Ad quod nō poteſt perueniri niſi per appetitum marty/rij.nec ad appetitum martyrij.niſi extinxe/rit incentiuum.nec ad extinctionem incen tiui niſi implorauerit ſubſidium.nec ad im plorationem ſubſidij.niſi deploret damnū nec ad deplorationeꝫ damni.niſi timeat iu dicium.nec ad timorem iudicij. niſi recor/detur ⁊ erubeſcat flagiciuꝫ. Qui ergo vult habere pacis ſoporem.procedat ſm ordi/nem predictum.

G Radus aūt ꝑueniēdi ad ſplendorē veritatꝭ.ad quē ꝑuenitꝰ imitatione chriſti.ſunt iſti ſeptem.ſcꝫ
Aſſenſus rationis.
Affectus compaſſionis.
Aſpectus admirationis.
Exceſſus deuotionis.
Amictus aſſimilationis.
Amplexus crucis.
Intuitus veritatis.

In quibꝰ hoc ordine ꝑgrediendū eſt.

Primo cōſidera. quis eſt q̄ patitur.et ei ſubdere ꝑ rationis aſſenſum.vt credas fir miſſime ipm veraciter.
Eſſe
Dei filium
Omniū rerū principium.
Saluatorē hominū.
Retributorē meritorꝫ omniū.

Scdo ꝯſidera q̄lis eſt q̄ patitꝰ.⁊ ei confi/gurare ꝑ cōpaſſionis affectum.ſcꝫ
Ut cōpatia/ris ei tanq̄
Innocētiſſimo.
Mitiſſimo.
Nobiliſſimo.
Amantiſſimo.

Tercio cōſidera q̄ntꝰ ē q̄ patitꝰ ⁊ ad ipm egredere ꝑ admiratōis aſpectū. ⁊ attēde q̄ (ipſe eſt.
Immēſus
Poteſtate.
Specioſitate.
Felicitate.
Eternitate.
Igitꝰ admira re immēſam
Poteſtatē adnihilari.
Specioſitatē decolorari.
Felicitatē tormentari.
Eternitatē mori.

Quarto ꝯſidera q̄ de cā patitꝰ.⁊ teipꝫ ob liuiſcere ꝑ deuotōis exceſſum. Nā patitꝰ ſcꝫ
Pro
Tua redemptione.
Tua illuminatione.
Tua ſanctificatione.
Tua glorificatione.

Quinto ꝯſidera.q'i forma patitꝰ.⁊ ipſuꝫ induere ꝑ aſſimilatiōis amictū. Paſſus eſt eñ ſicut verus agnus.
Libentiſſime.reſpectu proximi.
Seueriſſime.reſpectu ſui.
Obedientiſſime.reſpectu pr̄is.
Prudētiſſime.reſpectu aduerſarij.

Stude igitꝰ ad habendū habitū ſm effigi/em imitationis chriſti.ſcilicet
Benignitatis.
Seueritatis.
Humilitatis.
Perſpicacitatis.

Sexto conſidera quanta ſint que patitꝰ ⁊ crucem amplectere ꝑ paſſionis deſideriū vt ſicut chriſtus paſſus eſt
Vincula.vt impotens omnipotentia
Conuicia.vt vilis bonitas.
Ludibria.vt ſtulta ſapientia.
Supplicia.vt iniqua iuſticia.

Sic ⁊ tu conſidera paſſionem crucis.h' eſt paſſionem
Plenam
Iniurijs in rebus.
Cōtumelijs in verbis.
Ludibrijs in ſignis.
Supplicijs in tormentis

Septimo cōſidera quid ex hoc cōſequitur q̄ patitꝰ.⁊ veritatis radiū intuere ꝑ ꝯtē/platiōis oculuꝫ. Om̄ ex hoc q̄ agnꝰ paſſus eſt ſeptē ſignacula libri aperta ſūt. Apocal. v. Liber iſte eſt vniuerſalis rerū noticia.in qua ſeptē erāt clauſa homini. que q̄dē ſunt

ꝑ paſſionis chriſti efficaciā reſerata.ſ. De⁹ admirabilis. Spūs intelligibil̄. Mūdus ſenſibilis. Paradiſus deſiderabil̄. Infernus horribilis. Virtus laudabilis. Reatus culpabilis.

Primo eñ de⁹ admirabilis manifeſtat⁹ eſt nobis ꝑ crucē eſſe ſūme ⁊ inſcrutabilis ſapiētie. ſūme ⁊ irrephenſibilis iuſticie. ſūme ⁊ inenarrabilis miſcdie. Sūma ei ſua ſapiētia decepit diabolū. Sūma ſua iuſticia queſiuit redemptiōis p̄ciū. Sūma ſua miſericordia ꝑ nobis tradidit filiuꝫ ſuum. Que ſi diligēter conſiderent̄. deū nob clariſſime manifeſtant.

Scdo ſpūs intelligibil̄ nob manifeſtatus ē ꝑ crucē. ſm differētiā triplicē. ſcꝫ.

Quāte
Sit benignitatꝭ. q̄tū ad angelos
Sit dignitatꝭ. q̄ntū ad homīes.
Sit crudelitatis. quantū ad demones.

Nam Angeli ꝑmiſerūt crucifigi dñm ſuum. Dei fili⁹ crucifix⁹ eſt ꝑpt̄ gen⁹ humanū. Et h ad crudelē ſuggeſtionē demonū.

Tercio mūd⁹ ſenſibil̄ nob manifeſtat⁹ ē ꝑ crucē. q̄m eſt loc⁹ tenebrarū plen⁹. in quo

Regnat
Cecitas. q̄m lucē verā ⁊ ſummam nō cognouit.
Sterilitas. q̄m ieſuꝫ chriſtū tanq̄ꝫ infructuoſū deſpexit.
Impietas. q̄m deū ⁊ dñm ſuum ⁊ amicū ⁊ innocentē dānauit ⁊ interfecit.

Quarto paradiſus deſiderabil̄ nob manifeſtatus eſt ꝑ crucem. in quo eſt
Faſtigium totius glorie.
Spectaculū omnis leticie.
Promptuariū oīs opulentie.

Unde de⁹ ꝑpter illā habitationē nob reſtituendā fact⁹ eſt ꝑ nobis homo. ſcilicet.
Vilis
Miſer
Pauper

In quo celſitudo abiectionē induit. iuſticia reatum ſubijt. opulentia egeſtatē ſuſcepit. Nam altiſſim⁹ impator accepit ſeruitutē abiectā vt ſublimaremur in gloriā. Iuſtiſſimus iudex ſubijt reatū penaliſſimū. vt iuſtificaremur a culpa. Opulentiſſim⁹ dñs ſuſcepit egeſtatē extremam. vt locupletaremur in copia.

Quinto infernus horribilis manifeſtatus eſt nobis ꝑ crucem. locus vtiq̄ꝫ plenus

Omni
Egeſtate ⁊ penuria
Vilitate ⁊ ignominia
Calamitate ⁊ miſeria

Unde ſi neceſſe fuit hec chriſtū pati ꝑpter peccati deletionē. multo forti⁹ oportet hec pati dānatos. ꝑpter iuſtā meritorum ſuorū retributionem.

Sexto manifeſtata eſt nobis ꝑ crucem virtus laudabilis. quantū ſcilicet

Sit
Precioſa
Specioſa
Fructuoſa

Vere
Precioſa. qꝛ poti⁹ voluit chriſt⁹ vitā corpalem ꝑdere. q̄ꝫ virtuti contraire.
Specioſa. quia in ipis ꝯtumelijs relucebat.
Fructuoſa. qꝛ vnus actus ꝑfecte virtutis infernū ſpoliauit. celum aperuit. ꝑdita reſtaurauit.

Septimo manifeſtatus eſt nobis ꝑ crucem reatus culpabilis. quantū ſit deteſtabilis. cū ad ſui remiſſionē indigeat.

Tam
Magno precio
Grandi piaculo
Difficili medicamento.

Ecce igit̄ hēs quō ī cruce oīa māifeſtantur ſi bñ ad hec ſeptē reducant̄. Oīa eñ ad hec ſeptē reducunt̄. Vñ ipa crux ꝯe beata

Eſt
Clauis
Porta
Via
Splendor veritatis.

Quā qui deuote ſibi tollit. ⁊ ſequit̄ chriſtū iuxta modum pāſſignatū. nō ambulat ī tenebris. ſed habebit lumen vite.

Gradus aūt ꝑueniēdi ad dulcorem charitatis ſunt iſti ſeptē. ſcilicet.
Vigilantia ſollicitans.
Cōfidentia confortans.
Cōcupiſcētia inflāmans
Excedentia eleuans.
Complacentia quietans.
Leticia delectans.
Adherentia ꝯglutinans.

In q̄bꝫ h ordie ꝑgredi debes. q̄ vis ad ꝑfectionē charitatꝭ ⁊ amorꝭ ſpūſſcti ꝑtingere.

Prio g neceſſe ē vt vigilātia te ſollicitet. ꝑpt̄ ſpōſi ꝑmptitudinē. adeo vt poſſis dicere illud ps. De⁹ de⁹ me⁹ ad te de luce vigilo. Et illud ſponſe Cāti. v. Ego dormio et cor meū vigilat. Et illud Iſa. xxvi. Anima

mea deſiderauit te in nocte. ſed ⁊ ſpū meo i pcordijs meis. de mane vigilabo ad te.

Scđo vt ꝯfidētia te ꝯfortet, ꝓpter ſponſi certitudinē. adeo vt vere poſſis dicere. In dño ꝯfido. Et illud. In te dñe ſperaui. Et illud Iob. xiij. c. Etiā ſi occiderit me in ipo ſperabo Tercio vt ꝯcupiſcētia te iflāmet ꝓpter ſpōſi dulcedinē. adeo vt poſſis dicere Sicut ceru⁹ deſiderat ad fontes aq̄rū. ita deſi. aīa mea ad te de⁹. Et illud Cant. viij. Fortꝫ eſt vt mors dilectio. Et illud. Quia amore langueo. Quarto vt excedētia te eleuet, ꝓpter ſpōſi celſitudinē. adeo vt poſſiſ dicere cū ps. Q̄ dilecta tab. t. dñe ꝟ. Et illđ Canti. j. Trahe me poſt te ⁊c̄. Et illđ Iob vij. Suſpendiū elegit aīa mea. Quinto vt cōplacētia te herer, ꝓpter ſpōſi pulchritudinē. adeo vt poſſis dicere illud ſpōſe Canti. iij. Dilect⁹ me⁹ mihi. ⁊ ego illi. Et illđ Cāti. v. Dilect⁹ me⁹ candid⁹ ⁊ rubicūd⁹. elect⁹ ex milibꝫ. Sexto vt leticia te delectet, ꝓpter ſpōſi plētudinē. adꝰ vt poſſiſ dicere. Scđꝫ multitudinē doloꝝ meoꝝ in cor. m. cōſo. t. le. a. m. Et illud. Q̄ magna multitudo dul. tue dñe. Et illud. ij. Chorinth. vij. Replet⁹ ſum ꝯſolatōe. ſupabūdo gaudio ⁊c̄. Septimo vt adherētia te ꝯglutinet, ꝓpter amorꝭ ſponſi fortitudinē. adeo vt poſſis dicere illud ps. Mihi aūt adherere deo bonū eſt. Et illud pauli. Quis nos ſepabit a caritate chriſti. In his em̄ gdibꝫ ordo ē. nec ſtatus ē aū vltimū. nec ad illū puenit̃ niſi p gdus int̃medios. ⁊ mutuo ſe pariūt. Et in pmo viget ꝯſideratio. i ceterꝭ ꝟo ſeq̄ntibꝫ dominat̃ affectio. Vigilātia ei ꝯſiderat q̄ʒ boneſtū q̄ʒ ꝯferēs q̄ʒ delectabile ſit diligere deum. Et ex h̄ q̄ſi nata ꝯfidētia parit cōcupiſcentiā. ⁊ illa excedentiaꝫ. q̄uſqꝫ pueniat̃ ad copulā. ⁊ oſculū ⁊ amplexū dilecti ⁊ amantiſſimi. Gradus ptinētes ad purgationē ſic diſtinguunt̃.

p Oſſunt aūt dicti gđ⁹ alit̃ diſtingui. ⁊ q̄ſi in idē redeūt. vt pmo diſtiguātur gradus purgationū ſic.

Propt̃
- Flagicium erubeſce.
- Iudiciū cotremiſce.
- Damnū ingemiſce.
- Remediū implora ſubſidiū.
- Aduerſariū extingue incēdiū.
- Brauiū anhela ad martyriū.
- Umbraculū appxima ad xpm.

Gradus ptinentes ad illuminationē ſic diſtinguuntur. Nota.

- Quis patit̃. ⁊ credens captiuare.
- Qualis q̄ patit̃. ⁊ cōdolens amaricare.
- Quant⁹ q̄ patit̃. ⁊ ſtupens admirare.
- Qua de cauſa patit̃. ⁊ ꝯfidens pcare.
- Quali forma patit̃. ⁊ ſequēs aſſimilare.
- Quāta q̄ patit̃. ⁊ ardens amplexare.
- Quid ad hoc conſequit̃ q̄ patit̃. ⁊ intelligens contemplare.

Gradus vie vnitiue ſic diſtinguunt̃

Te
- Vigilantia ſollicitet, ꝓpter ſponſi pmptitudinem.
- Confidētia corroboret, ꝓpter ei⁹ certitudinē.
- Cōcupia inflāmet, ꝓpt̃ ei⁹ dulcedineꝫ.
- Excedentia eleuet, ꝓpter eius celſitudinem.
- Complacentia alliciat, ꝓpter eius pulchritudinē.
- Leticia inebriet, ꝓpter amorꝭ eius plenitudinem.
- Adherentia cōglutinet, ꝓpter eius fortitudinē.

Ut dicat ſp deuota aīa i corde ⁊ i ore ſuo.

Ad dñm
- Te quero
- In te ſpero
- Te deſidero
- In te ꝯſurgo
- Te accepto
- In te exulto
- Tibi finaliter adhereo

dit ad illud qđ format ad imaginē dei.ꝛ iō
querēda eſt facies dei ſemꝑ.vt imago ma/
gis reformet.donec ſm aplm in eandē ima
ginem transformet. vt dicat illi deus illud
Cantic.iiij. Q̄ pulchra es ꝛc. Veni igit ad
meū intrinſecū.ꝛ intra in gaudiū domini
tui.veni iam ingreſſa vt amplius ingredia
ris.qꝛ poſt me ingredi nō ceſſabis. Hiere.
iij. Et huiꝰ amoroſe inuitatiōis ſubiungit
amoroſum allectiuū dicēs. Surge veloci/
ter ꝛ veni.qꝛ imber abijt et receſſit. Quod
Vercellenſ exponēs dicit. Imber ē aqua
hiemalis a celo fugiens.ꝛ in terrā corruēs.
frigefaciens.ꝛ in mltas guttas ſeu partes
diuidens.lutū generans.ꝛ itinerātes impe
diens.ꝛ ſignat affectū cure tempalis.q̄a lu/
bricū ꝛ deorſum trahit.ꝛ q̄ſi iuſta neceſſita/
te mentē retrahit a ſuſpendio ſpirituali in
eterna ſpectacula.ꝛ ad ſollicite tractāda ne
gocia terrena vehemēter vrget. Unde ſpi/
ritualis mentis feruorē ſepe tepefacit.vel
etiā totaliter extinguit.licet quidā ꝑfectiſſi
mi inter maiores exemplo angelico prece/
dāt ꝛ ſcedāt erecti. Exo.xxiij ꝛ.xxxij. Infe/
rius agunt ſurſum erecti.ſcꝫ per rectam et
deuotam intentionē. Iſte ymber eſt vitan/
dus in vſu et intentione. Hec ille. Sed q̄a
iſte ymber ſiue aqua hyemalis abijt et re/
ceſſit.et ymber eſtiualis ſiue aqua ſapiētie
ſalutaris aduenit que iter meditatiōis no/
ſtre ab eternis non impedit ſed promouet.
dirigit et perficit.ideo veni. Nam hec aqua
eſtiualis ſpiritū tuum in meditationibꝫ ad
veniendū ad meam eternitatē ſurſum eri/
git.ad meā eternitatem ſalire facit.ad meā
eternitatem introducit. Unde Johis.iiij.
dicit ieſus ſol eſtiuus. Aqua quam ego do
fiet in eo fons aque ſalientis in vitam eter
naꝫ. In his verbis veritas innuit ꝙ aqua
eſtiualis a fonte vite oritur. quia apud de/
um eſt fons vite.ait Pſalmiſta. ꝛ ideo me/
ditationem noſtrā ſurſum trahit per deſi/
derium eternorū. quare Pſa.dicit. Siti/
uit anima mea ad deū fontem viuū. Se/
cundo innuit ꝙ aqua eſtiualis ſpiritui no/
ſtro ad velociter veniendū per meditatio/
nē multipliciter cooperat. tum quia ſitim
ſpiritus itinerantis ad eterna quo ad tem
poralia extinguit. quia aqua illa fiet in eo
fons aque fluentis per omnes valles ani/
me.qui autem intra ſe habet fontem ſitire
non poteſt.ait Criſoſtomꝰ. Item ſpiritui
itineranti ad eterna vigorem tribuit. quia
eſt aqua viua viuificans omnes potentias
anime. Item ſpiritū itinerantē ad eterna
non ire ſed ſalire facit.quia eſt aqua ſaltare
faciens. Tercio aqua hec eſtiualis ſpiritū
itinerantem reformat et perficit.quia ad vi
tam eternam introducit. quia nō ſaltat ad
temporalia ſed ſalit in vitam eternā.vt di
citur hic. Ad quam vitā nos perducat pa/
ter ꝛ filius ꝛ ſpiritusſanctus.vnus deus.be
nedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

Erciuum iter eter

t nitatis ꝑ qđ ſpūs humanus ve
nit ad intrinſecū ꝛ eternū mane
riū ieſu.eſt eternoꝝ limpida cōtemplatio.
Ad cuiꝰ itineris maiorē noticiā ſeptē ꝑ

ordinē ſunt notāda Primū que ſit iſtius itineris neceſſitas. ⁊ q̄re iter meditatōis i·mediate ſequit̄. Secōm eſt q̄d ſit cōtemplatio. ⁊ q̄liter deſcriptio ei⁹ intelligatur.

Terciū eſt q̄lit̄ ꝯtemplatio a meditatiōe ſpeculatiōe ⁊ intuitiua viſione diſtinguat̄.

Quartū eſt q̄liter ꝯtemplatio ſm̄ diuerſos grad⁹ diuerſimode a diuerſis diuidat̄.

Quintū eſt q̄ntā iocunditatē ſpūs hūanus in itinere ꝯtemplatiōis experiatur.

Sextū eſt q̄lit̄ ꝑ iter ꝯtemplatiōis ſpūs eternū maneriū ieſu ingrediat̄. Septimū eſt q̄liter ſpūs human⁹ ad veniendū ꝑ iter ꝯtemplatiōis ad ſecretū ieſu inuitatur

Diſtinctio prima.

P Rimo igit̄ videndū eſt q̄ ſit neceſſitas iſti⁹ itineris. ſcȝ ꝯtemplatiōis eternoꝝ. ⁊ q̄re imediate iter meditationis ſequat̄. De q̄ ſciendū ꝙ cū meditatio eternoꝝ ſit quedā inueſtigatio ⁊ inq̄ſitio cū magna animi induſtria veritat̄ eternoꝝ. nec ab inq̄ſitiōe deſiſtat donec qđ q̄rit inueniat q̄ntū poteſt. planū eſt ꝙ ſpirit⁹ human⁹ ꝑ ipām meditationē in eternis nō figit̄. nec quietat̄ donec ꝑ ꝯtemplationeȝ ei oſtendat̄ ꝙ ꝑ meditationē q̄rebat̄. ſed q̄ſcito queſitū inuenit̄ ⁊ ſpūs illi q̄ſi acq̄eſcēdo cū āmiratione inherere cepit. tācito meditatio eſſe deſinit ⁊ in ꝯtemplationeȝ trāſit. ait Rich. li. b. j. de archa myſtica. cap. iiij. vbi dicit ſic. Per meditationē veritatē diu queſitā tandēqȝ inuentā mens ſolet cū auiditate ſuſcipe. mirari cū exultatōe. eiuſdē quoqȝ āmirationi diuti⁹ inherere. ⁊ hoc eſt iam meditationē meditādo excedere. ⁊ ꝑ meditationē in ꝯtemplationē trāſire. Propriuȝ eſt em̄ ꝯtemplatiōi iocūditat̄ ſue ſpectaculo cū admiratiōe inherere. Meditatiōi vero ꝓpriū eſt ſua ꝓmotione ſemꝑ in vlteriora tendere. Hec ille. Ex his igit̄ patere poteſt iſti⁹ itiner̄ neceſſitas. q2 mot⁹ ⁊ inueſtigatio meditatiōis imꝑfect⁹ ⁊ min⁹ vtilis ꝑmaneret ſine termīo ⁊ quiete ꝯtemplatōis. cū meditatio t̄miet̄ ⁊ trāſeat in ꝯtēplatōeȝ tāq̄ in illud qđ ꝑfecti⁹ eſt. Ex his etiā pȝ ordo iſti⁹ itineris ꝯtemplatōis ad iter meditatiōis. ex q̄ ſtudio meditatōis ſpūs humanus ſurgit in iter cōtēplatōis. vt ait Rich. ⁊ ꝑ veritat̄ ꝯtēplationē hō ꝯuertit̄ ad iuſticiā ⁊ ꝯſummat̄ ad glīam. ⁊ ſic pȝ ꝑmū.

Diſtinctio ſecūda.

S Ecūdo videndū eſt q̄d ē ꝯtēplatio. ⁊ qualiter deſcriptio ei⁹ intelligatur. De quo notādū eſt ꝙ contemplatio ſm̄ potiſſimū ſtatū eſt act⁹ intellectus nō īmpediti. grā ſanati. in et̄na ſpectacula directi. ⁊ āmiratione ſuſpēſi. Sic videt̄ Rich. ꝯtēplationē deſcribere li. j. de archa myſtica. c. iiij. vbi dicit ſic. Contēplatio ē libera mēt̄is ꝑſpicacia in ſapīe ſpectacula cū āmiratiōe ſuſpenſa. In hac deſcriptiōe innuunt̄ q̄ttuor que ꝯtēplantibꝫ ſunt neceſſaria. Primū eſt libere ꝯtēplatōis mot⁹ ab oībꝫ exonerat⁹. ⁊ i nullo impedit⁹. vt Rich. ibidē dicit. Contēplatio libero q̄dā motu ⁊ ſm̄ ſpontaneū nutū huc illucqȝ circū fert̄. ⁊ nullo difficultat̄ obſtaculo a diſcurſiōis ſue impetu impeditur. q̄n ꝯtemplatiua ꝯtēplet̄ quātuȝ poteſt. Ex h̄ apparet ꝙ ſpūs ꝯtēplatiu⁹ dȝ eſſe ſine pctō. q2 q̄ peccat ſeru⁹ eſt pctī. ⁊ vincul̄ eius ligat̄ ne ſurſum ferat̄. Debet etiā eſſe liber a deſiderio ⁊ cura tpaliū. q̄ ſunt iuga dure ſeruitut̄. Liber aūt ſpūs dimittit̄ q̄n calcatis t̄renis deſiderijs ab appetitiōe tpalium in ſecuritate mētis exonerat̄. Hec Grego. iij. moꝝ. Secōm qđ neceſſariū eſt ꝯtēplātibꝫ qđ hic ponit̄ in deſcriptōe ē ꝙ ocul⁹ cōtemplationis ſit ꝑſpicax. i. grā ſanat⁹. Dicit em̄ Hugo commētator ſuꝑ angel̄. hierar. ꝙ triplex eſt oculuſ. Eſt em̄ oculus carnis quo videt homo ea q̄ ſunt extra ſe. et ocul⁹ rōnis quo videt homo ea q̄ ſunt intra ſe. ⁊ ocul⁹ ꝯtemplatōis quo videt homo ea que ſunt ſupra ſe. Oculus carnis apert⁹ ē oculus rōnis lippus. ⁊ oculus cōtemplationis clauſus eſt. Hec ille. Igit̄ neceſſe eſt vt oculus ꝯtemplatōnis ꝑſpicax ſit ⁊ ſanet̄. oportet igit̄ ſcire quattuor. Primo quid oculus ꝯtemplatōnis dicat̄. ſcđo qualit̄ oculus ſanatur. tercio q̄d ſit aſpect⁹ eius. quarto q̄d ſit viſio eius. Hec q̄ttuor dicit Aug⁹. libro de ſpiritu ⁊ aīa. omī aīe neceſſaria eſſe. et oſtendit q̄dlibet eoꝝ dicēs. Spirit⁹ dicit̄ mens rōnalis. vbi eſt quedā ſcintilla tanq̄ oculus aīe ad q̄m ꝑtinet imago ⁊ cognitio dei. Sequit̄. Oculus ḡ anime eſt mens. et hec ab omī labe corporis debet eſſe pura. ⁊ tunc eſt ſana. Ment̄ aūt aſpect⁹ eſt rō. intellectus vero viſio. Hec omni anime neceſſaria ſunt. id eſt. vt oculos habeat. et ſanos vt aſpiciat. et vt videat. Sequit̄. Sanos oc̄los hȝ cū ab amore taliū cupiditatū purgata ē atqȝ remota. ſ. ab imagibꝫ. Aſpicit cū in dei lumīe oc̄los figit. ſȝ videt cū iā

iſta ↄtemplatiõe cõſpicit quanta ſint gau/
dia. quãta leticia. quãta ſerenitas. quãta io
cunditas. Sanitas facit illã ſecurã. aſpe/
ctus rectam. viſio beatã. que eſt finis aſpe/
ctus. Hec ille. Iſte eſt ocul⁹ ↄtemplationis
de q̃ dicit ſponſus Canticoꝝ. iiij. Uulnera
ſti coꝛ meũ in vno oculoꝝ tuoꝝ. id ẽ tua in/
telligentia ſimplificata penetraſti om̃ia. ꝑ
tingẽdo ad coꝛ meũ. ꝛ ꝓpt te vulneratuꝫ fu
it ex amoꝛe intimo quo dilexi te. Terciũ
quod poniť in deſcriptiõe cõtemplationis
eſt ꝙ oculus ↄtemplatiõis in ſpectacula ſa
pientie eterne ſit direct⁹. qd̾ notať ꝑ hoc ꝙ
diciť. in ſapiẽtie ſpectacula. Ex hoc autẽ pa
tet ꝙ Richar. hic nõ accipit ↄtemplationẽ
vt eſt actus intellect⁹ preciſe ſed etiaꝫ vt ſa/
poroſam dilectionẽ includit. Nã ſapiẽtia a
ſapoꝛe diciť. vt dicit Berñ. ꝛ obiectũ ſapiẽ/
tie ꝑncipale ꝛ pꝛimariũ eſt ipſe deus ſub ra/
tione q̃ verũ excitatiuũ voluntatis ad eius
ſapoꝛoſaꝫ dilectionẽ. ꝛ actus ſapiẽtie eſt cõ
templari deũ. nõ quocũq; modo ſed ex di/
lectione cũ quadã experimẽtali ſuauitate
in affectu. Igiť ſpectacula ſapiẽtie ſunt co/
gnitio veri ꝛ amoꝛ ſiue ſapoꝛ boni. Dicit eñ
Linconieñ. ſup. vij. angel. hierar. Ꝙ ſapiẽ/
tia oꝛitur ex amoꝛe que prũpit in lumẽ co/
gnitionis ꝛ ſapoꝛẽ guſtationis. ſicut ex ca/
loꝛe prumpit lux et flãma. Hec ille. Actus
igiť cõtemplatiõis duo includiť. ſcꝫ cogni/
tionẽ ꝛ ſapoꝛoſaꝫ dilectioneꝫ. ꝛ dilectio ad/
iuuat cognitionẽ. Uñ ſm menſurã dilectio
nis diſpenſať ꝛ modus manifeſtatiõis. ait
Richard⁹. iiij. de ↄtemplatione ca. xviij.

Quartũ qd̾ poniť in deſcriptiõe cõtem/
plationis eſt mentalis ſuſpenſio ex ãmira/
tione cauſata. ꝛ notať in hoc ꝙ dicit ãmira
tione ſuſpenſa. De hac ãmiratiõe dicit Ri/
chardus lib. v. de archa myſtica. cap. ix. Ex
nouitate rei que eſt ſuꝑ noſtrã eſtimationẽ
oꝛitur ãmiratio. ex ãmiratione autẽ accre/
ſcit attentio. et ex attentione cognitio. et ex
his mentis ſuſpenſio. qꝛ ſicut dicit ibideꝫ.
Dũ hũana intelligẽtia diuino lumĩe irra/
diata intelligibiliũ ↄtemplatiõe ſuſpendiť.
dum in eoꝝ admiratiõe ad modũ auroꝛe
diſtendiť. quãto ſemꝑ ad altioꝛa vel ad mi/
rabilioꝛa duciť. tanto ampli⁹ tantoq; copi/
oſius ad modũ auroꝛe dilatať. Unde q̃n/
to ab infimis fit remotioꝛ. tãto a ſemetipa
purioꝛ et ad ſublimia ſubtilioꝛ inuenitur.
Ex quo ſequiť ꝙ tanto in ſuꝑioꝛibꝫ diuti⁹
ſuſpenditur. quãto a retrahentibꝫ dilatať
ꝛ elongatur. De hoc ſuſpendio dicit Iob.
Suſpendiũ elegit aĩa mea. Qd̾ Uercel/
lenſ exponẽs dicit ſic. Suſpendium illud
eſt extenſio mentis in eterna ſpectacula. vt
cũ fieri poteſt nunq̃ ex intentiõe volunta/
tis ſed ſola interpellatione neceſſitatis aci
es mentꝭ inde flectať vt dicit pſ. Oculi mei
ſemꝑ ad dominũ.

Diſtinctio tercia.

Tercio videndũ eſt qualiť ↄtempla
tio differat a cognitiõe meditatõis
ſpeculatiõe. ꝛ ab intuitiua cognitio
ne. Hec eñ quendã oꝛdinẽ ꝛ gradũ habẽt
inter ſe. Nã cogitatio que oꝛiť ex imagina/
tione tranſit ꝛ terminať in ſpeculationem.
Speculatio q̃a partim oꝛiť ex rõne ꝛ par/
tim ex intelligẽtia trãſit ꝛ terminať in con/
templationẽ. Contemplatio autẽ que oꝛiť
ex intelligentia tranſit ꝛ conſummať in in/
tuitiuam cognitionẽ. Hec eñ om̃ia in hoc
cõueniunt cũ fuerint oꝛdinata ꝙ dirigunt
in diuinũ aſpectũ. ſed tamẽ differũt. et hec
differẽtia predictoꝝ q̃ttuoꝛ a cõtemplati/
one poteſt cognoſci per q̃ttuoꝛ que in con/
templationis diffinitiõe ponunť. quaꝫ Ri/
chard⁹ ponit in lib. ij. ca. iiij. Primo dif/
fert cõtemplatio a cogitatiõe ꝑ hoc. ꝙ in de
ſcriptione ↄtemplatiõis poniť ꝙ ſit libera.
Unde Richar. libro. j. de archa myſtica ca.
iiij. dicit ſic Cõtemplatio libero volatu. quo
cunq; eã fert impet⁹ mira agilitate circũfer
tur. Cogitatio autẽ ꝑ deuia atq; lento pe/
de ſiue reſpectu ꝑuentõis paſſim huc illuc
vagatur. Et q̃a cogitatio ex imaginatione
oꝛiť ideo q̃nq; ſine ratiõe mouetur. vt dicit
Richard⁹. ꝛ ideo min⁹ libera eſt q̃ꝫ contem
platio. q̃ ex intelligẽtia ꝓcedit ꝛ oꝛitur. imo
cogitatio ratiõi ſubijciť que ẽ infra intelli/
gentiã. et per eaꝫ regiť. Unde Grego. lib. j.
moꝛal. ſic dicit. Cogitatiões ad moduꝫ an
cillarũ ratiõi ſubijciunť. quia ſi a domo mẽ
tis ad momentum quaſi abſente domina.
cogitationũ ſe clamoꝛ velut ancillarũ tur/
ba multiplicat. vt autẽ ratio ad menteꝫ re/
dierit moꝛ ſe confuſio tumultuoſa compe/
ſcit. et quaſi ancille ad iniunctum opus ſe
tacite repꝛimunt. dum cogitationes pꝛoti/
nus ſe cauſis pꝛopꝛijs ad vtilitatem ſub/
dunt. Hec Gregoꝛi⁹. Et ſic Richard⁹ li. j.
ca. iiij. dicit. Si cogitatio q̃nq; rõe moueať
vt ad cognoſcendũ aliquid ambiatur. ꝛ ad

hoc vehemẽter ꝛ fortiꝰ inſiſtat iã nõ eſt co/
gitatio ſed modũ cogitatiõis cogitãdo ex/
cedit. ꝛ cogitatio in meditationem tranſijt.
Scđo igiꝰ ſciendũ eſt ꝙ ꝯtẽplatio etiaꝫ
differt a meditatiõe ꝑ hoc ꝙ in deſcriptiõe
ꝯtemplatiõis poniꝰ ꝙ ipa eſt mentꝭ ꝑſpica
cia. De q̃ ſciendũ eſt ꝙ ꝑſpicacia eſt actꝰ in/
telligentie. Intelligentia autẽ vt dicit au/
ctoꝛ libꝛi de ſpũ ꝛ aĩa eſt ea vis aĩe q̃ ſup/
poniꝰ deo immediate qua de diuinis q̃n/
tũ homini poſſibile eſt cognoſciꝰ. Sed ſi/
cut dicit Richar. de archa myſtica lib. j. ca.
iiij. Ex intelligẽtia oꝛitur cõtẽplatio. ex rati/
one autẽ oꝛiꝰ meditatio. ex hoc ipe oſtẽdit
quãtũ cõtemplatio excedat meditationeꝫ.
ex quo pꝫ etiã differẽtia eoꝝ. Vñ Richar.
dicit ſic. Ecce tria. imaginatio. ratio. intelli
gẽtia. Inter hec intelligẽtia obtinet ſupꝛe/
mũ locũ. imaginatio infimũ. ratio mediũ.
ꝛ om̃ia que ſubiacẽt ſenſui inferioꝛi neceſſe
eſt ea ſubiacere ſenſui ſuꝑioꝛi. ſed nõ econ/
uerſo. Vñ cõſtat ꝙ cuncta q̃ imaginatio vl'
ratio cõpꝛehẽdit ſub intelligẽtia cadunt. et
etiã illa que nec imaginatio vel ratio cõpꝛe
hendit. Sequiꝰ. Vide q̃ꝫ late cõtemplatio
nis radiꝰ ſe expandat q̃ om̃ia luſtrat. ꝛ quõ
cõtemplatio ſub vno viſionis radio ad in/
numera ſe extendit. Sequiꝰ. Per intelligẽ
tiam ſiquidẽ ſinus mẽtis in immẽſum ex/
pandiꝰ. ꝛ cõtemplãtis animi acies acuitur.
vt capax ſit ad multa cõpꝛehẽdẽda. ꝛ perſpi/
cax ad ſubtilia penetrãda. Hec ille. Et pro
pter hoc dicit Richar. ibidẽ. Cꝫ meditatio
in cõtemplationẽ. cõtemplatio in meditati
onẽ tranſit tanq̃ꝫ in illud qđ ꝑfectiꝰ eſt. id ẽ
aliquẽ gradũ cõtemplatiõis. qui diciꝰ ſpe/
culatio. q̃ nõ eſt ꝑfectus gradꝰ cõtemplati/
onis. licet vnũ ꝓ alio ponaꝰ. vt pꝫ. Ter/
cio ſciendũ eſt ꝙ cõtemplatio differt a ſpe/
culatione ꝑ hoc. q̃a in deſcriptiõe cõtẽpla/
tionis poniꝰ ꝙ fertur in ſapiẽtie ſpectacu/
la. De q̃ nota ꝙ ſm Augꝰ. libꝛo. xv. de trini.
Speculatio diciꝰ cũ aliq̃d nõ in ſe ſed per
imaginationẽ ſuam videꝰ. ꝛ in enigmate. i.
obſcure. Richar. lib. v. de archa myſtica di
cit. Quis cõtemplatio ꝛ ſpeculatio ꝓ inui/
cem ſoleãt poni. ꝛ in hoc ſepe ſcripture ſen/
tentie ꝓpꝛietatẽ obnubilẽt ꝛ inuoluãt. aper/
tius tamẽ ꝛ expꝛeſſius q̃n veritatẽ ſine aliq̃
inuolucro vmbꝛarũq̃ꝫ velamine in ſui pu/
ritate videmꝰ. Ex q̃ apparet ꝙ cõtemplatio
in ſpeculationẽ ſapiẽtie clarioꝛẽ aſpectũ ha
bet q̃ꝫ ſpeculatio ꝛ guſtũ ſapidioꝛeꝫ. Unde
Richar. ibidẽ exponẽs illud ps. Montes
exultauerunt vt arietes. ꝛ colles ſicut agni
ouiũ. dicit. Colles ad agnoꝝ ſimilitudinẽ ex/
ultant q̃n immẽſa illa intime ſolẽnitatꝭ tri/
pudia eos vſq̃ꝫ ſupꝛa ſemetipſos leuat. vt ce
leſtiũ ſecretoꝛũ archana ſaltẽ ꝑ ſpeculuꝫ in
enigmate videre valeãt. mõtes vero q̃ſi ad
inſtar arietũ exultant q̃n maioꝛes in iocun
ditatꝭ ſue exceſſibꝰ in pura ꝛ ſimplici verita
te vident. ꝛ minoꝛes vt iã dictũ eſt vix ꝑ ſpe
culum in enigmate videre valẽt. Hec ille.
Expedit etiã ſcire ꝙ Lincoñ. cõmentatoꝛ
Dionyſij loquẽs de ſpeculis ſpũalibꝰ ſuꝑ
iiij. ange. hierar. dicit. Cꝫ ſpecula ſpũalia pu
ra. clara ꝛ plana ſpũaliter ꝑmo recipiũt ra/
dios ſolares ſibi incidẽtes imediate a fon/
te luminis. ꝛ tale diciꝰ lumẽ cõtemplatiõis
cõtemperatũ tamẽ in oculo ꝯtẽplantis. vt
infra patebit. ꝛ ſecũdario lumẽ receptũ ſpe
cula refundũt in eos q̃ luminis ſunt capa/
ces. nõ tamẽ ſm claritatẽ illã qua ipi recipi
unt. ſed ſm cuiuſlibet capacitatẽ. ꝛ hoc dici
tur lumẽ ſpeculatiõis. qꝛ mediãte ſpeculo
ſpũali recipiꝰ. vel ꝑ ſcripturã. vel doctrinã.
vl' ꝑ exẽpla ab illumiatis ſpecul' ꝓcedentia.
queãdmodũ ſpeculũ materiale ꝑmo a luci/
do ſuſcipit radios ſibi incidentes. q̃s refle/
ctit in oculos ꝯſpicientꝭ. q̃s oclos tãq̃ꝫ ſibi
iã mediãte ſpeclo ꝓpoꝛcionatos recipit. q̃s
tñ in fonte lumĩs ꝓpꝰ nimiã refulgẽtiã ocu
lus debil' imediate videre nõ potuit. vt pꝫ
ad ſenſuꝫ. nec lumẽ ſpeculare ita efficaciter
repꝛẽſentat lucidũ ocul' videntꝭ ſic lumẽ ime/
diate receptũ a lucido. vt pꝫ in ꝑſpectiua. ꝛ
in epiſtola Jacobi vbi diciꝰ ca. j. Cꝫ cõſide/
rans vultũ ſuum in ſpeculo ſtatim oblitus
eſt ꝛc̃. Quarto ſciendũ eſt ꝙ ꝯtemplatio
differt ab intuitiua cognitiõe ꝑ h̃ ꝙ in de/
ſcriptione ꝯtẽplatiõis poniꝰ ãmiratiõe ſu/
ſpenſa. Suſpenſio eñ dicit q̃ſi q̃ndaꝫ vio/
lentã eleuationẽ. dũ aĩa natiue ſue poſſi/
bilitatis ſuꝑgrediꝰ termĩos. Vñ Rich. li.
v. de archa myſti. c. xiiij. dicit ſic. Proculdu
bio cũ aĩa ſcrã de interno q̃daꝫ tripudij ſui
applauſu a ſemetipa excutitur. dum ſupꝛa
ſemetipſam mentis alienatiõe vꝛgetur. dũ
in celeſtibus tota ſuſpenditur. dum ange/
licis ſpectaculis tota immergiꝰ natiue poſ
ſibilitatis terminos ſuꝑgreſſa videꝰ. ꝓpter
qđ aĩa ꝯtemplatiua freq̃nter ad inferioꝛa
dilabiꝰ. Vñ ſequiꝰ ibidẽ. Nõne velut terra

a terra ſuſpēdit̄ qn̄ homo ſup hoīem duci
tur. cui ꝑ exprobrationē a dn̄o dicit̄. Ter/
ra es ⁊ in terrā ibis. Sequit̄. Terra recte
dici pōt q̄ diu luteas inhabitat domos. et
terrenū hꝫ fundamētū. Sed Greg. x. mo/
ral. dicit ſic. Anīa a ꝯtēplatiua vita infirmi
tatis ſue victa pondere laſſatur. ⁊ tanto ce/
lerius labit̄ q̄nto carnis clauſtra trāſgredi
ens ſupra ſemetipſam ire conat̄. ſed aīa in/
tuitiue cognoſcēs deū nunq̄ ad inferiora
relabit̄ ſed ſine intermiſſiōe ⁊ fatigatiōe de
um ineternū dulcit̄ intuet̄. qđ in corꝑe cor/
ruptibili fieri non pōt. De quo plenꝰ nota
q̄nto itinere. Vn̄ dicit Diony. v. angel. hie/
rarchie ſm cōmentatorē. Deꝰ qui ſemꝑ vni
formiter ⁊ eq̄liter bonꝰ ⁊ pulcher eſt. ⁊ quia
habꝫ in ſe ſimpliciſſime oēm ſpeciē deſide
rabilē. ⁊ ſm oīa eſt totꝰ deſiderabilis. iō
plenarie intime ⁊ irreuocabilit̄ in ſe trahit
oīm ſuoꝝ cōprehenſoꝝ deſideria. Hec ille.
Oēs igit̄ iſte differētie ſunt ſm clariorez
⁊ minus clarū aſpectū ad deū. ⁊ q̄dlibet p̄
dictorū termiat̄ in ſequēs ſe tanq̄ i ꝑfectꝰ
ſic etiā ꝯtemplatio ꝑficiēdo terminat̄ in in/
tuitiuā cognitionē tanq̄ in ſuā ꝑfectionez.
Vn̄ gloſa Luce. x. dicit. vita ꝯtēplatiua hic
incipit. et in celeſti patria ꝑficit̄. q2 amor eſt
ignis q̄ hic ardere incipit. ſed cū ipm quez
amat videbit. amplꝰ in amore igneſcit. Et
Grego. in mora. exponēs illud luce. x. Ma
ria optimā partē elegit q̄ nō auferet̄ ab ea.
dicit. Actiue vite opa cū corpore trāſeunt.
ꝯtēplatiue autē vite gaudia melius ex fine
cōualeſcunt. ⁊ ſic ptꝫ differētia p̄dictoꝝ.

Diſtinctio q̄rta. Articulꝰ p̄mus.

Quarto videndū eſt q̄lit̄ ꝯtemplati/
onis iter ꝑ diuerſos gradꝰ vel mo/
dos ſm varias ꝯſideratiōes ſctōꝝ
⁊ diuerſas traditiōes doctorū diſtinguat̄.
vt ꝑ hoc verius. breuiꝰ. ſecuriꝰ iter ꝯtēplati
onis eligamꝰ. ⁊ ꝑ hoc ad eternū intrinſecū
dn̄i ieſu veriꝰ ꝑueniamꝰ. Sed ad intelle
ctū iſtoꝝ hoc p̄notādū eſt. Q2 aliud ſūt gra
dus ꝯtemplatiōis. ⁊ aliud ſunt gradꝰ ꝑue/
niendi ꝑ diuerſas diſpoſitiōes ad ꝯtēplati
onē. Gradus ꝯtēplatiōis ſunt quidā ꝓgreſ
ſus ⁊ ꝑfectꝰ intellectual' cognitiōis ⁊ ſapo/
roſe dilectōis ad ꝯtemplādū deū ſub rōne
veri ⁊ boni. Vnđ Grego. xxij. moral. dicit.
Gradus dicunt̄ mēſure creſcentiū virtutū
Tales autē gradus ꝓfectuū ſunt inūerabi
les. Gradus autē ad ꝯtemplationē diſpo/
nētes ſunt illa q̄ adiuuāt ⁊ diſponūt grada
tim intellectū ⁊ affectū ad ꝯtemplanduꝫ. et
ſic oīs creatura eſt q̄ſi quedā ſcala ꝑ quā
gradatim aſcendit̄ ad ꝯtemplandū deum.
cū creature ſint create ꝓpter electos. Loq̄n
do tamē ſm cōſuetū modū gradꝰ ꝯtempla
tionis dicunt̄ illa incremēta ꝯtēplatiōis. ⁊
ille diſpoſitiōes q̄ magis intellectū et affe/
ctum coadiuuāt ad ꝯtēplandū. ⁊ q̄ diſtincta
ſunt ⁊ tradita a ſanctis doctoribꝫ. Vn̄ Gre/
go. xxij. mora. dicit. Gradus vocant̄ incre/
mēta virtutū diſtincte tradita a ſanctis. Ne/
ceſſitatē autē iſtoꝝ graduū ꝯtemplationis
oñdit Grego. xxij. moꝝ. dicēs ſic. Nemo in/
fima deſerēs repente fit ſummꝰ. q2 ad obti/
nendū ꝑfectionis meritū oportet vt mens
q̄tidie in altū q̄ſi q̄buſdā aſcenſiōis gradi/
bus ꝑueniat. Vn̄ ⁊ recte Ps. dicit. Ibunt
de virtute in virtutē. donec videat̄ deꝰ deo
rū in ſyon. Et ideꝫ. Deus in gradibꝫ eiꝰ co/
gnoſcet̄. ſcꝫ ꝯtemplatiōis. cū ſuſcipiet eam
cōtemplator. Similit̄ Lincoñ. ſup angel.
hierar. oſtendit neceſſitatē iſtoꝝ graduū ꝑ
exemplū dicēs ſic. Sicut oculi carnis infir
miores p̄us ſuſcipiūt lumē ſolis obſcuruꝫ
et magis coloribꝫ ſupfuſum. Deinde magis
ꝯfortati ſuſcipiūt illud a coloratis medijs
coloribꝫ. ⁊ poſtea viſu roborato plus ſuſci/
piūt illud ſupfulgidū coloribꝫ albis. dein/
de vero plus aucta ſanitate ſuſcipiūt illud
fulgentibꝫ coloribꝫ ſupfuſuꝫ vt ſpeculis. et
tandē oculis ꝑfecte ſanatis ſuſcipiūt ſolarē
radiū. nō autē alicui ſupfuſum ſed in ſe pu/
rū ipm ſolez in ipo puro ſolari lumine irre/
uerberate cōſpicientes. Sic etiaꝫ oportet
mētis oculū infirmiorez p̄us aſſuefieri ad
cōſpiciendū lumē ſol' intelligētie in groſſio
ribꝫ. deinde in ſubtilioribꝫ. donec tandē ex
ipa luminis datiōe multis multiplicit̄ ſupfu
ſa extēdamur ⁊ reſtituamur in ſimplicē ipiꝰ
radiū. Hec ille. Ex p̄dictis apparet q̄ tā in ra
dioſo lumie ꝯtēplatiōis ſpeculatiue q̄̄ī ſa/
poroſo guſtu ꝯtēplatōis practice oꝫ paula
tim et ḡdatim ꝓficiēdo aſcēdere. ⁊ aſcēden/
do clariꝰ cognoſcere deū. q2 ſicut dicit Hu
go ſup angel. hierar. Quāto magis creſcit
aſcenſio. tanto magis creſcit cognitio. do/
nec oculus intellectualis magis ac magis
illuminet̄ et confortetur. et affectus menta
lis magis purificetur et inflāmetur. et to/
tus homo exterior et interior in deum or/
dinetur. ⁊ hoc verius ⁊ ꝑfectiꝰ videtur fieri

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu

ꝑ gradus illos q̄ mentē ad ſilitudinē cele/
ſtis hierarchie purgāt. illumināt ⁊ ꝑficiūt.
Ait eñ Hugo cōmētator ſup.iiij.angel.hie
rarchie.ꝙ oportet ꝙ mens q̄ deū vult ꝯtē/
plari primū purget.poſtea illuminet.⁊ de/
inde ꝑficiat.qꝛ niſi p̄cederet purgatio nō ſe
queret illumiatio.⁊ niſi eſſet illumiatio nō
veniret ꝯſūmatio ſiue ꝑfectio.⁊ tales magꝭ
appropinquāt diuinitati. Quāto aūt magꝭ
appropinquāt tanto veriꝰ ꝯtēplant. Tales
autē gradꝰ Diony.in angeli.hierar dic̄ eſſe
tam in mēte angelica q̄ȝ in mēte hūana be/
ne ordinata. Vñ ſm ꝯmētatorē linconieñ.
⁊ Hugo.⁊ Vercelleñ.dicit Diony. Addaȝ
ego ⁊ ex habundāti nō incōuenient ꝙ vna/
queqȝ mens angelica vel hūana bñ ordina
ta hȝ in ſua ſingulari ꝑſona p̄mas.medias
⁊ vltimas ordinationes ⁊ ꝟtutes ⁊ ſurſum
actiōes hierarchiaꝝ illumiatiōes manife/
ſte diſtinctas. Hec Diony. Hec ꝟba expo/
nens cōmētator Vercelleñ.ſup.vj.c. Iſaie
⁊ in ꝓlogo ſup Canti.dicit ſic. Qualiter in
ſingulꝭ mentibꝫ hierarchicꝭ diſponant tres
hierarchie.⁊ in ſingulꝭ eaꝝ tres ordines in
xta angelicā diſpoſitionē.videlicet ī infima
angeli.archangeli ⁊ p̄ncipatꝰ videnduȝ eſt.
Per hos eñ mens bñ ordinat ad exterio/
ra vel reſpectu exterioꝝ. In media mentis
hierarchia ſunt ptātes.ꝟtutes ⁊ dñatiōes.
ꝑ hos ordinat reſpectu interioꝝ. In ſūma
mentꝭ hierarchia ſunt throni cherubin ⁊ ſe
raphin.ꝑ hos ordinat reſpectu ſuꝑioꝝ. Et
has nouē ordinatōes vocat Vercelleñ.no
uē gradꝰ ꝯtemplatiōis quibꝫ reducimur ī
diuinā monadē. Et ꝓſequit ibi de ſingulis
gradibꝫ.p̄mittēs ꝙ infima mētꝭ hierarchia
cōſiſtit in eiꝰ natura.media ī induſtria.ter/
cia in grā.q̄ incōparabiliter excedit vtrāqȝ.
In prima oꝑat natura.in ſūma ſola grā.in
media induſtria ⁊ grā. Et ſequit. Infimus
ordo infime hierarchie q̄ dꝛ angelicꝰ conti
net p̄mas ⁊ ſimplices app̄hēſiōes natura
les tam intellectꝰ q̄ȝ affectꝰ ſine aliq̄ dictati
one cōmodi vꝭ incōmodi. q̄ tanq̄ȝ angeli.ſ.
nuncij aliq̄d ſimplicit annūciāt. Ecce Ver
celleñ.ſubtilit incipit ab infimo gradu itel
lectualis oꝑatiōis ⁊ affectiōis.q̄ ſunt prime
⁊ ſimplices app̄henſiones.⁊ aſcēdit paula/
tim ⁊ gradatim ꝑ cacumīa colliū eternorū
vſqȝ ad ſūmos apices intellectꝰ ⁊ affectꝰ vt
patebit infra. Medius ordo infime hie
rarchie ꝯtinet naturales dictatiōes appre/
henſoꝝ vtrū videant cōmoda vꝭ incōmo/
da.ex his fit ām̄iratio p̄ncipalioꝛ q̄ȝ ſit p̄ma
Terciꝰ ordo vꝭ gradꝰ infime hierarchie
ꝯtinet appetitꝰ vel fugas app̄henſoꝝ ſm di
ctationes cōmodi vꝭ incōmodi. Fuga aūt
eſt mali.⁊ appetitꝰ boni. ⁊ ita iſte ordo p̄bet
ducatū inferioribꝫ in diuīs. qḋ ſignat noīe
p̄ncipatuū. Hec Vercellē. Ecce ꝑ hos tres
ordines ⁊ gradꝰ infime hierarchie mentis
hūane fit hō bene ordinatꝰ reſpectu exteri/
orū.dū p̄mi ⁊ infimi gradꝰ intellectꝰ et affe
ctus fuerīt bñ ordinati. qḋ fit dū ſibi obie
cta ſimplicit app̄hendūt diſcretiue diſcer/
nūt.ſincere bona appetūt ⁊ mala fugiūt. Vñ
Berñ ſuꝑ Canti.dicit. Beata mēs quā to/
tā ſibi vendicāt ſapor boni ⁊ odiū mali.hoc
eſt reformari ad ſapiam. Quartꝰ ordo vꝭ
gradꝰ qui eſt infimus in media hierarchia
mētis.ꝯtinet volūtarios motꝰ intellectꝰ et
affectꝰ a libero arbitrio iā exceptos diſtan
tia boni ⁊ mali cū delibatōne rōnis exami/
nātes ⁊ ordinātes mentē q̄ntū eſt in ipis ꝑ
diffinitiuā ſententiā ad petendū ⁊ q̄rendū
totis viſceribꝫ intellectꝰ ⁊ affectꝰ ſūmū bo/
num.⁊ ad repellendū oīa obſtacula. Nomē
autē ptātis ſignat ordinē ſm Dionyſium.
Quintꝰ ordo q̄ eſt mediꝰ medie hierar/
chie mentꝭ.ꝯtinet robora ꝟtutū.valida na/
turaliū ⁊ gratuitaꝝ ad exequēdū fortit qḋ
a ptātibꝫ recte decretū eſt.qḋ notat nomīe
virtutū. Sextus qui ſummꝰ eſt ī media
hierarchia mētis. ꝯtinet autētica imꝑia li/
beri arbitrij.q̄bꝫ apices intellectꝰ ⁊ affectus
tota ꝟtute ſuſpendunt ad ſuſcipiendū diui
nos ſuꝑaduētꝰ q̄ntū poſſibile eſt libero ar
bitrio adiuto a grā. Et hmōi ſuſpēdij ⁊ im
perij ac libertatis ſublimitas vocat nomi/
ne dñationū. In iſto aūt ordine mens ad/
huc ſobria extendit ad radiū ſuꝑiorēȝ vſqȝ
ſummos nature t̄minos. Et infra. Mens
itaqȝ ꝯtēplatiua decurſis ſeriatim q̄nqȝ g̃/
dibus ꝯtemplatiōis p̄dictꝭ in culmen ſexti
aciē figens in ordine dñationū mentꝭ nitit
in theoricos exceſſus.cupiēs ī ordinē thro
norū mentꝭ aſſumi. Hec Vercelleñ. Ecce
ꝑ hos tres gradꝰ medie hierarchie mentis
hūane fit hō bene ordinatꝰ reſpectu interi/
orū.i.ad ſeipm.ita vt totū regnū aīe paci/
ficet dū primo ꝑ gradū infimū poteſtatiue
ordinata virilit repellunt oīa offendicu/
la mētis bene ordinate.⁊ deo ꝯformit ope
rāte vt ſine vlla ordis ꝯfuſiōe ⁊ ꝑturbatiōe

tendat ad finē vltimū ad quem creata eſt.⁊
dū ſcđo p̱ gradū mediū mens in ꝟtute vali
da ⁊ incōcuſſa exequit̄ om̄es oꝑatōes intel
lectus ⁊ volūtatis ſiue affect⁹.deo ꝯformit̄
oꝑante ad deū ſeu finē intentū ꝯſeq̄ndum
quātū pōt iuxta grām ⁊ virtutes a deo ac/
ceptas.⁊ dū tercio p̱ gradū ſummū medie
hierarchie plena libertate ⁊ in nullo impe/
dita.⁊ deo ꝯformit̄ oꝑante vt poſſibile ē in
tellect⁹ ⁊ affect⁹ cū om̄i familia ſua liberi in
eterna extendunt̄ ꝗ ordinatio interioꝝ ho
minis eſt neceſſaria.qꝛ ſicut dic̄ Hugo ſuꝑ
iij.ange.hierar. Sicut ſine grā oꝑari vanū
eſt.ita p̄ter ordinez oꝑari ac ꝯtra ordinē ꝑ/
uerſum eſt. Et qꝛ ſic̄ dicit Lincon̄. ibidem.
Ordo dr̄ ptās a deo tradita ad diſponēdū
ſacra om̄ia ptāti ſue ſubiecta.iō hō interi/
or ordinat⁹ p̱ iſtos tres grad⁹ fit etiā ordi/
nat⁹ reſpectu interiorū. Septim⁹ ordo
q̄ eſt infim⁹ in ſuꝑma vel ſūma hierarchia
mentis p̱ mētis exceſſuz ſuſceptiu⁹ eſt diui
ni ſuꝑaduent⁹. Vñ thronoꝝ nomie cenſet̄.
⁊ quot ſunt ſinus mētis ſiue capacitates il
lius ſuꝑſubſtātial' ſolaris radij ſuꝑſimpli/
cis in eſſentia ⁊ multiplicis in efficacia.tot
ſunt throni mētis. Throni aūt inconcuſſi
collocant̄ ſtabilit̄.⁊ ſunt ſuſceptiui diui ſu/
peraduēt⁹.⁊ ſunt deiformes et familiariter
apti ad deū in ſe ſuſcipiēdū. Hec Vercellē.
Hugo ꝟo idē dicit. Subſellia dei.i.ſedilia
ſubleuant̄ p̱ dignitatē.collocant̄ p̱ ſtabilita
tē.deū aduenientē in ſe ſuſcipiūt ⁊ ferūt.qꝛ
fiunt ad ſuſceptiōes apti. Hec ille. Octa
uus ordo ſiue grad⁹ q̄ eſt medi⁹ in ſumma
hierarchia mētis.ſic̄ dicit Vercell'.cōtinet
oimodā cognitionē intellect⁹ ⁊ affect⁹.ītel/
lectus attracti diuīa dignatione.q̄ nō valet
aſcēdere p̱ ſe.⁊ attracti affect⁹. affectionē tn̄
⁊ ſummitatē intellect⁹ attracti nō extendē/
tis.ſimul em̄ attrahunt̄ ⁊ q̄ſi coambulant
ipē affect⁹ ⁊ intellect⁹ vſq̧ ad nouiſſimū de
fectū intellect⁹.q̄ eſt in ſūmitate h⁹ ordinis
cherubin.quē intellect⁹ etiā attract⁹ nō ex/
cedit.ſed ibi hꝫ ſue cognitionis ⁊ ſui lumīs
ꝯſūmationē. Vñ ordo ſiue gradus ille che
rubin vocat̄. Hec ille. Et ſuꝑ ange.hierar.
ca.vij.dicit ſic. Q(ue) māifeſtatio interp̄tatōis
hui⁹ nois cherubin.ſignat ꝙ ſubſtātie hui⁹
ordinis ſiue grad⁹ hn̄t virtutē excellent̄ co
gnitiuam ⁊ diuioꝝ miſterioꝝ inſpectiuā.et
ſuꝑme influitiōis luminū diuioꝝ poſt ſera
phim ſuſceptiuā p̄ncipaliter.⁊ ꝯtemplatiuā
diuine pulchritudinis.quā etiā cōicant in/
ferioribꝫ. Nonus ordo ſiue grad⁹ qui eſt
ſumm⁹ in ſūma hierarchia mētis.continet
p̄ncipalia in deū ſuſpiria ſuꝑintellectuales
extēſiōes ⁊ immiſſiōes.feruidos fulgores.
⁊ fulgidos feruores.ad q̄ruꝫ oīm ſublimes
exceſſus ⁊ excedētes ſublimitates intelligē
tia trahi nō pōt.ſed ſolus affect⁹ p̄ncipalis
deo vnibilis. Sequit̄. In h̄ ordine offerū/
tur deo orōnes caſtiſſime.qbꝫ deo aſſimila
mur. Iſte ordo ſpōſum amplexat̄.et ſponſi
amplexibꝫ admittit̄. ſpeculum neſcit.marie
partē ꝑcipit q̄ nō auferet̄ ab ea. Luc̄.x. De
iſto ordine ſiue gradu ꝯtēplatiuo in inferi/
ores ordines ⁊ gradus ſeriatim.i.ordinate
fluit diuini lumīs inundatio. Hec ille. Ec
ce p̱ hos tres grad⁹ ſuꝑne hierarchie men/
tis hūane fit hō creat⁹ et bene ordinat⁹ re/
ſpectu ſuꝑioꝝ.ſcꝫ reſpectu dei.dū primo p̱
gradū infimū oēs throni ſiue mētis capa/
citates deo aperiunt̄.⁊ ab ipo inhabitant̄.
Et dū ſcđo p̱ mediū gradū om̄s intellectu
ales actiōes ad deū ꝯtemplādū intime q̄n/
tū poſſibile eſt ⁊ veracit̄ dirigunt̄. ⁊ dū ter/
cio p̱ ſuꝑmū gradū om̄s volūtatis affectio
nes ad deū diligendū totalit̄ ⁊ finalit̄ redu
cunt̄.vt deū in om̄ibꝫ ⁊ oia in deo ordinate
diligāt. In h̄ gradu fuit aīa ꝯtēplatiua cō
ſtituta qn̄ dixit ipa Canti.v. Ordinauit in
me charitatez. Q(uo)d expōnēs Vercell'.dicit.
Per ordinē ſeraphicū oēs inferiores ordi/
nes ſiue grad⁹ participāt lumīa diuia.⁊ hie
rarchie diſponunt̄.i.inferiora ⁊ exteriora p̱
media.inferiora reducunt̄ ad ſuꝑiora.ſcꝫ ī
deuꝫ ordinata charitate. Unde bene dicit.
Ordinauit in me charitatē.

Articulus ſecūdus.

R Ichardus aūt in li.de ꝯtemplatio
ne li.j.c.vj.ponit ſex grad⁹ vl' ſpecies
ꝯtemplatōis q̄ſi quaſdā diſpoſitio
nes ⁊ itinera ad eternitatē. Et ſic̄ cōmenta/
tor Diony.infimū gradū intellectual' et af/
fectualis oꝑatiōis q̄ ſunt ſimplices app̄hē/
ſiones incipit ⁊ inſtituit. ⁊ aſcēdere grada/
tim docet p̱ cacumina colliuꝫ eternoꝝ vſq̧
ad ſūmos apices intellect⁹ ⁊ affect⁹. vt ſuꝑ
patuit.ita Richar.ponēdo ſex grad⁹ ꝯtem
platiōis inſtituit p̄mū gradū ⁊ infimum in
imaginatiōe.q̄ nō eſt aliq̄s gradus intelle/
ctualis oꝑationis.ſed longe inferior eſt in/
tellectu ⁊ affectu.⁊ ab illa aſcēdit gradatim
vſq̧ ad cognitionē increate ꝟitatis.omnez

humanū intellectū excedentꝫ.ꝛ etiā vſqꝫ ad
exceſſum hūane mētis. Vñ Rich.li.iiij.c.v.
dicit ſic. Nos debemꝰ a nouiſſimis inciperꝛ
ſcientie nr̄e ꝓmotionē paulatim ſubleuare
ꝛ ꝑ exterioꝝ noticiā ad inuiſibiliū cognitio
nē aſcendere. Cū em̄ exterioꝝ ſciam appre/
henderꝫ ꝛ in eoꝝ doctrina exercitatos ſen/
ſus habuerꝫ debes ad altiora aſcendere.et
ſpūaliū creaturaꝝ ſciam cōparare. Hec ille
Primū ḡ gradū ſiue infimū Rich. dicit eſſe
imaginationē.ꝛ ſm̄ ſolā imaginationē. Vñ
Canti.vj.dicit ſic. Tūc ꝯtēplatio nr̄a ī gra
du imaginatiōis verſaꝛ.ꝛ ſm̄ ſolā imagina
tionē formaꝛ qñ nihil arguēdo q̄rimꝰ.ꝛ ra/
tiocināndo īueſtigamꝰ.ſed libere mens nr̄a
huc illucqꝫ diſcurrit q̄ eā in h̄ genere ſpecu/
latiōis āmiratio rapit.q̄ oriꝛ ex his q̄ ſenſu
corporeo hauriunꝛ.dū imaginamur q̄ꝫ ſūt
multa ꝛ varia ꝛ pulchra ꝛ iocūda. Taliū ei
forma ꝛ imaginatio in ꝯſiderationē addu/
cta inferūt ſtuporē ꝛ āmirationē.ſed neceſſa
riū eſt h̄ ſcire ꝙ duplex eſt imaginatio. vt ſ
dictū eſt. Dicit nāqꝫ Rich.in lib.qui dicitur
beniamin.c.xviij. Q imaginatio alia eſt be
ſtialis.vt illa qñ circa ea q̄ ante vidimus vł
fecimꝰ ſine vtilitate ꝛ abſqꝫ om̄i deliberati/
one huc illucqꝫ vaga mente diſcurrimus.
Vtiqꝫ hec beſtialis eſt.ꝛ iō ad ꝯtēplationē
nō ꝑtinet. Alia ē imaginatio rōnalis. vt qñ
aliqua imaginamur rōnabiliꝛ ex his q̄ vide
mus.ꝛ illis ſepe vtimur in ꝯtēplatiōe. Hec
ille. Et licet imaginatio nō ſit aliq̄s gradꝰ
intellectꝰ.eſt tñ ordinata diſpoſitio ad intel
lectū.q̄a ſicut dic̄ Rich.imaginatio rōni fa/
mulaꝛ.ꝛ ideo aliq̄liꝛ gradꝰ ꝯtēplatiōis dr̄.

Scd̄us gradꝰ ꝯtēplatiōis ſm̄ Rich.eſt
q̄ in imaginatiōe cōſiſtit tñ ſm̄ rōnem for/
maꝛ atqꝫ ꝓcedit rōcināndo circa ea q̄ imagi/
tioni p̄ſentanꝛ.qđ fit qñ ea q̄ in imaginatio/
ne verſamꝰ ꝛ ad ꝑmū gradū ꝯtēplatōis ꝑti
nent rōne querimꝰ. ꝛ inuenimꝰ ꝛ inuēta in
ꝯſiderationē cū āmiratione adducimꝰ. In
ꝑmo itaqꝫ gradu res iſtas imagiamur. In
ſcd̄o autē gradu rerū vtilitatē. rōnē ꝛ ordi/
nem ꝛ ceteras ꝯditiōes rimamur. ſpecula/
mur ꝛ miramur. Hec itaqꝫ ꝯtēplatio ī ima
ginatione ꝯſiſtit ſm̄ talē rōnem. q̄a circa ea
rōcināndo ꝓcedit. Hec ille. Hic gradꝰ eſt ſu
perior p̄cedēti gradu.eo ꝙ ratio in eo opaꝛ.
licet cū imaginatione q̄ rōni ſubijciꝛ. Diciꝛ
em̄ in li.de ſpū ꝛ aīa ꝙ imaginatio ad rō/
nem nō aſcēdit ſed infra remanēs cā aliq̄li
ter deducere pōt.ꝛ q̄ſi a longe q̄daꝫ oſtēdit
ad que nō pōt ꝑuenire.ꝛ iō bene poniꝛ gra/
dus ꝯtemplatiōis.qꝛ ꝑ eū ſpūs humanus
magꝭ appropinquat ꝛ aſcēdit ad cognitōem
vere ꝯtemplatōis q̄ꝫ p̄cedēs gradꝰ. Mul/
ta em̄ rō ꝯcludit ex imaginatiōe.actione aſ/
ſumpta.q̄ cōtinue aſſiſtit rōni famulando.
etiaꝫ ſenſu abſente ſiue q̄ſcente. Tercꝰ
gradꝰ ꝯtemplationis vt dicit Rich.eſt q̄ in
rōne ſm̄ imaginationē formaꝛ. Iſto auteꝫ
gradu ꝯtēplatiōis tūc veraciꝛ vtimur vt in
quit Rich.qñ reꝝ viſibiliū ſilitudine.in re/
rū inuiſibiliū ſpeculationem ſubleuamur.
Sequiꝛ. Hec ꝟo ſpeculatio in rōne ꝯſiſtit.
qꝛ his ſolū que imaginationē excedūt ꝑ in/
tentionē ꝛ inueſtigationē inſiſtit. vt q̄ ſunt
inuiſibilia. Diciꝛ aūt iō ſm̄ imaginationeꝫ
formari.qꝛ ex rerū viſibiliū imaginatione
in hac ſpeculatiōe ſilitudo trahiꝛ vnde in
rerū inuiſibiliū inueſtigatiōe animꝰ adiu/
uetur. Et hic gradꝰ ꝑfectior eſt p̄cedentibꝫ.
ex eo ꝙ iſte ſe extendit ad ꝯtēplationē inui/
ſibiliū ꝛ ſpūaliū.licet ex imaginatiōe viſibi/
liuꝫ ſilitudinē trahet in ſui adiutoriū. Vñ
Rich.li.de beniamin.c.v dicit ſic. Cū ſcri/
ptū ſit qꝛ inuiſibilia dei a creatura mūdi ꝑ ea
que facta ſunt intellecta ꝯſpiciunꝛ.manife/
ſte ex h̄ colligi pōt ꝙ ad inuiſibiliū cogniti/
onē nunq̄ꝫ rō ꝯſurgit niſi ei ancilla ſua vide
licet imaginatio rōni viſibiliū formā repre
ſentaret. Per reꝝ em̄ viſibiliū ſpeciē ſurgit
ratio ad reꝝ inuiſibiliū cognitionē q̄tiens
his adiuta illa trahit ad quādā ſilitudinē.
Sed ꝯſtat qꝛ ſine imaginatiōe corꝑea ne/
ſciret ſine q̄rū cognitiōe ad celeſtiū cogniti
onē vel ꝯtēplationē nō aſcēderet. Quar
tus gradꝰ ſm̄ Rich.eſt q̄ in rōne ꝛ ſm̄ rōnē
formaꝛ.qđ vtiqꝫ fit cū ſemoto oī officio ima
ginatiōis ſolū alijs animꝰ intendit. q̄ ima/
ginatio nō nouit. ſed q̄ mens ex rōcinatiōe
colligit.vel ꝑ rōnē dep̄hendit. Tali em̄ ſpe/
culationi tunc inſiſtimꝰ qñ inuiſibilia nr̄a q̄
ꝑ experientiā nouimꝰ ꝛ ex intelligētia capi/
mus in ꝯſiderationē ducimꝰ.ꝛ ex eoꝝ cōſi/
deratiōe in celeſtiū aīoꝝ ꝛ ſupmūdanorū
intellectuū ꝯtēplationē aſſurgimꝰ. Seq̄ꝛ.
Hec aūt ꝯtēplatio in rōne ꝯſiſtit.qꝛ ſenſibi
libꝫ ſemotꝫ ſolū ītelligibilibꝫ intēdit. Et hec
q̄dē ꝯtēplatio ab illis vtiqꝫ īuiſibilibꝫ nr̄is
videꝛ initiū ſumere ꝛ fundamētū cape que
hūanū animū ꝯſtat ꝑ expientiā intellectua/
lē noſſe.ꝛ ꝑ cōem intelligētiā ꝯtēplationeꝫ

cõprehẽdere.ſed tñ ꝑ hac ꝑte hec ꝯtẽplatio etiã in rõne recte dr̃ ꝯſiſtere.q2 ipa inuiſibilia nr̃a a rõne cõphẽdunt.ꝛ in eoipo rõcinationis modũ mĩme ſupgreditur. Hec ille. Hic grad⁹ ꝯtẽplatõis pfectioꝛ eſt p̃cedẽtibus.eo ꝙ tã a corꝑalibꝫ q̃z tꝑalibꝫ mag̃ elõgat.ꝛ ſpũs magis in eo purificat. ꝛ eternis vnit.Vñ Rich.ibidẽ dicit. ꝙ in hac ꝯtẽplatione anim⁹ hũan⁹ p̃muz pura intelligẽtia vtit.q̃ ſemoto oĩs imaginatiõis officio ipa intelligẽtia nr̃a in h̃ p̃mũ negocio ſeipam ꝑ ſeipam ingerere videt. Hec eñ ꝑ ſeipaz operat.ꝛ q̃ſi ꝑ ſpeciẽ ꝯtemplatur. Hec ille.

Quint⁹ grad⁹ ꝯtẽplat' õis eſſe dr̃ q̃ eſt ſupra rõnẽ.ſed nõ p̃ter rõnẽ. In hac aũt ꝯtẽplationis ſpeculatiõe mẽtis ſubleuatione aſcendim⁹.qñ ea ex dĩna reuelatiõe cognoſcim⁹ q̃ nulla rõne hũana plene cõphendere valem⁹.ꝛ nulla rõcinatiõe nr̃a intelligere ꝛ inueſtigare ſufficim⁹. Talia ſunt illa q̃ de diuinitatis natura in illa ſimplici eſſentia credim⁹.ꝛ ſcp̃turaꝝ diuinaꝝ auctoritate approbam⁹. Sequit. Ergo ꝯtẽplatio nr̃a tũc veracit ſup̃ rõem aſcẽdit qñ id anim⁹ ꝑ mẽtis ſubleuationẽ credit qḋ hũane capacitatis metas trãſcẽdit. Et ſup̃ rõem nec tñ p̃ter rõnẽ cenſenda eſt.qñ ei qḋ ꝑ intelligẽtie aciem cernit humana rõ ꝯ̃ire nõ p̃t.q̃n potius facile acq̃eſcit.ꝛ ſua atteſtatõe alludit. Hec ille. Et h̃ grad⁹ eſt pfectioꝛ ꝛ ſublimioꝛ p̃cedentibꝫ g̃dibꝫ.eo ꝙ iſta ꝯtẽplatio ẽ ſup̃ rõnẽ Circa qḋ nota ꝙ ſic dic̃ Rich.li.iiij. de ꝯtẽplatiõe.c.ij. Quedã ſũt infra rõnẽ. vt q̃ ſenſu corporeo ꝑcipim⁹. Quedã ſc̃m ſolã rõnez ſunt.vt q̃ rõne inueſtigam⁹. Quedã ſup̃ rõnẽ ſunt.vt q̃ vel ꝑ reuelationẽ vl' q̃ null⁹ ſenſus corporeus p̃t attingere. ꝛ nulla rõ hũana penetrare.ſed tñ veracit ea eſſe credim⁹ licet nec experimẽto nec intellectu cõphendere poſſim⁹. Sext⁹ grad⁹ ꝯtẽplatõis ẽ q̃ in his v̾ſat.q̃ ſunt ſup̃ rõnẽ. ꝛ vident eſſe p̃ter rõnẽ ſeu etiã ꝯtra rõnem. In hac vtiq3 ſup̃ma oĩq3 digniſſima ꝯtẽplatiõis ſpecula tũc anim⁹ veracit exultat atq3 tripudiat qñ illa ex diuini lumĩs irradiatione cognoſcit atq3 ꝯſiderat.q̃bꝫ omis hũana rõ reclamat. Talia ſũt pene oĩa q̃ de pſonaꝝ trinitate credere iubemur.de q̃bꝫ cuz hũana rõ ꝯſulit nihil aliud q̃z ꝯ̃ire videt. Iſte grad⁹ ꝯtẽplatiõis pfectioꝛ eſt oĩbꝫ p̃cedẽtibꝫ.eo ꝙ in eo pura intelligẽtia opat q̃ ad ꝯtẽplationẽ dĩne maieſtat̃ admittit. Vñ Rich.li.iiij. ca.v.dicit ſic. Quãtũ q̃ſo eſt qḋ intelligẽtia hũana q̃tidie ad illos ſupceleſtiũ aíoꝝ theoꝛ'cos exceſſus nitit.ꝛ qñq3 etiã ꝑ diuĩe dignationis bñplacito ad illa ſũme maieſtatis magnalia ꝯtẽplãdo ſubleuat. Hec aũt ſubleuatio q̃ qñq3 extendit̃ vſq3 ad mentis eleuationẽ fit ex tribꝫ. qñq3 ex magnitudĩe deuotiõis.qñq3 ex magnitudĩe admirationis.qñq3 ex magnitudĩe exultatiõis. vt ſemetip̃am oĩno nõ capiat.ſed ſup̃ ſemetip̃az eleuata in alienationẽ trãſeat. Magnitudine deuotiõis mens ſup̃ ſemetip̃am eleuat qñ tanto celeſt̃ deſiderij igne ſuccendit.vt amoꝛis intimi flãma vltra hũanũ modum excreſcat.q̃ aĩam hũanã ad cere ſiĺitudinẽ liq̃efactã a p̃ſtino ſtatu penitus reſoluat.ꝛ ad inſtar fumi attenuata in ſupna eleuet.ꝛ ad ſumma emittat. Magnitudĩe admirationis aĩa hũana ſup̃ ſemetip̃am ducit qñ diuio lumĩe irradiata ꝛ ſũmi ſũme pulchritudinis admiratiõe ſuſpenſa tã vehementi ſtupoꝛe cõcutit.vt a ſuo ſtatu fundit⁹ cõcutiat.ꝛ in modũ fulgoꝛis choruſcant̃ ex deſpectu ſui in ſe ad ima deijciat. ꝛ tãto ſublimius ꝛ celer⁹ ꝑ ſummoꝝ deſiderĩu reuerberata ꝛ ſup̃ ſemetip̃am rapta in ſublimiã eleuat. Magnitudine v̾o exultatiõis ꝛ iocunditatis mens hũana ſup̃ ſemetip̃am rapit ꝛ a ſe alienat qñ intima illa eterne ſuauitatis habundãtia potata.imo plene inebriata.q̃d ſit.q̃d fuerit penit⁹ obliuiſcit.ꝛ i alienationis exceſſu tripudij ſui nimietate traducit.ꝛ in ſupmũdanũ affectũ quedaz ſub quodã mire felicitat̃ ſtatu raptim trãſfoꝛmat. Hi ſunt igit grad⁹ ꝯtẽplatiõis ſc̃m Richardum. Articulus terci⁹.

Ed auctoꝛ libri de ſpũ ꝛ aĩa conſiderans qḋ etiã Diony.dicit in ep̃la ad Titũ.ꝙ hõ ex duabꝫ natur̃ conſtat.aĩa ſcʒ ꝛ corpe. Aĩa rõnali q̃ ſimplex eſt in eſſentia. et ex corpe cõpoſito. vt iuxta vtriuſq3 nature ꝓprietatẽ illuminet diuinis cognitiõibꝫ.ꝛ vt mens ei⁹ puras ꝛ ſimplices ꝛ intimas ſenſibiliũ ſignoꝝ intelligentias ſegregantes ab ip̃is ſignis conſpiciat.et vt ſenſualitas eiuſdẽ ꝑ nature ꝓprietatez cooperet mentali cognitioni.vt ſic ad diuĩa extendat.ꝛ ideo ꝯtemplatiõe opoꝛtet vti ſenſibilibꝫ foꝛmis.in quibꝫ diuia inuiſibilia immundis.i.carnalibꝫ abſcondant ꝛ ſpũalibꝫ manifeſtent. Ideo auctoꝛ p̃dict⁹ p̃mũ gradum aſcendẽdi in deũ dicit eſſe in ſenſuũz

opa:ōne.ꝑ quā ꝯcipiunť res corꝑales. Se
cundū in imaginatiōe.ꝑ quā ꝯcipiunť cor/
poraliū ſilitudines. Terciū in rōne.ꝑ quaꝫ
ꝑcipiunť reꝝ nature ſiue rōnes. Quartū in
intellectu ꝑ quē ꝑcipiūť ſpūs creati. Quin/
tū in intelligētia ꝑ quā ꝑcipiť ſpūs increa/
tus. Sextū in ſapīa.ꝑ quā aperiť ſpūal' gu
ſtus. Et auctor ꝑ̄dictꝰ addit ibidē. Quicq̄d
ſenſus ꝑcipit.imaginatio repſentat. rō in/
ueſtigat.intellectꝰ iudicat. memoria ſeruat
intelligentia cōp̄hendit. id ad ꝯtēplationē
adducit.ſed ſapīa guſtare facit. Sequitur.
Sic fit aſcēſus ab inferioribꝫ ad ſuꝑiora.⁊
a ſummis dep̄hendit ima.⁊ cū ab inferiori
bus ad ſuꝑiora.i.tꝑalibꝫ ad eterna aſcēde/
revolumus.ꝓus occurrit nobis ſenſus tā/
q̄ꝫ primū iter.deinde imaginatio.poſtea rō.
intellectus.intelligētia.⁊ in ſūmo eſt ſapīa.
Et ſtatim ſubdit diffinitiōes ꝑ̄dictoruꝫ di/
cens. Senſus eſt ea vis anīe q̄ reꝝ corpo/
rearū corporeas ꝑcipit formas p̄ñtes.que
varie ⁊ multipliciť oñdunt ſuū creatorem.
Vñ Berñ.ſuꝑ Canti.ſermo.xxxv.dicit ſic.
Quid eſt ꝙ hic eſt tāta formaꝝ varietas at/
q̄ꝫ numeroſitas ſpecieꝝ in rebꝫ ꝯditis. niſi
quidā radij diuinitatꝭ.monſtrātes quideꝫ
q2 vere eſt a q̄ ſunt.nō tñ q̄d ſit prorſus dif
finientes. Itaq̄ꝫ de ipo vero veꝝ vides ſed
nō ip̄m verū vnde h̄ genꝰ videndi cōmune
eſt.in ꝓmptu em̄ eſt iuxta ap̄lm omī vtenti
rōne inuiſibilia dei ꝑ ea q̄ facta ſunt intelle
cta ꝯſpicere. Hec ille. Et hec eſt a tꝑalibus
ad eterna ingreſſio.ait Augꝰ.de vera religi
one. Scōm gradū dicit eſſe imaginatio
nē. Eſt aūt imaginatio ſm eū ea vis anīe q̄
rerū corporeaꝝ corporeas recipit formas.
abſentiū p̄ñtiū.p̄teritoꝝ ⁊ futuroruꝫ.qñq̄ꝫ
vt ſic ipa inť ſenſum ⁊ rōnē q̄ſi ancilla inter
dñm ⁊ ſeruū diſcurrat.⁊ q̄cq̄d exteriꝰ hau/
rit ꝑ ſenſum carnis intellectui repſentat ad
obſequiū rōnis. Ex h̄ apparet ꝙ imagina/
tio ſimplicior eſt ⁊ nobilior potētijs ſenſiti/
uis.cū ipa ſola ſilitudines obiectoruꝫ oīm
ſenſuū in ſe recolligat.⁊ q̄ ad aliq̄d q̄ſi ab h̄
loco ⁊ h̄ tꝑe abſtrahat.vt pꝫ ꝑ Rich.lib.de
p̄riarchis.c.v. ⁊.vj.q̄re imaginatio animā
magis facit appropinq̄re eternis q̄ꝫ ſenſus
exteriores. Unde Rich.dicit ꝙ rō ad inui/
ſibiliū cognitioneꝫ nunq̄ꝫ aſſurgeret niſi ei
ancilla ſua imaginatio viſibiliū formas re
p̄ſentaret.ſine q̄rū cognitiōe ad celeſtiū cō/
templationē nunq̄ꝫ aſcēderet. Merito er/

go gradus ꝯtemplatiōis poteſt dici diſpo/
ſitiue ſaltem. Terciꝰ gradus aſcendēdi
ad deū ſiue ꝯtemplādi dicitur eſſe in rōne.
Ratio autē ſm eū eſt ea vis anīe que reruꝫ
corporeaꝝ naturas.formas. differētias.ꝓ
pria ⁊ accidētia ꝑcipit.omīa incorporea.ſed
nō extra corpa. Abſtrahit em̄ a corꝑalibus
q̄ fundātur in corꝑibꝫ nō actiōe ſed ꝯſidera
tione. Natura nēpe ipiꝰ corꝑis ſm quā om
ne corpꝰ eſt.nullū corpus eſt. Hec rō ſenſu
mētꝭ acuit.veraq̄ꝫ a falſis diſtinguit.⁊ ima/
ginem dei in ſe cōſeruat. Hec ille. Ex quo
apparet ꝙ rō ſenſum ⁊ imaginationeꝫ incō/
parabiliť excellit dignitate.⁊ excedit opere.
Unde anīa ꝑ rōnē nō ſolū deū eſſe cogno/
ſcit.ſed etiā eiꝰ capax fit.vt pꝫ ꝑ Augꝰ.xiiij.
⁊.xv.de trini. Nā ꝑ rōnē anīa de deo medi/
tatur.meditādo cōtemplať.deꝰ ꝯtemplatꝰ
amať.⁊ vere amatꝰ habeť.imo ſicut dicͭ Au
guſti.in originali. Hec eſt vis nature diui/
nitatis vt creature rōnali iā rōne vtenti nō
omīno ac penitꝰ poſſit abſcondi.vnde ē ve
re gradus ꝯtemplatiōis rō. Quartꝰ gra
dus ſm eū eſt in intellectu. Intellectꝰ autē
ſm eū eſt ea vis anīe q̄ inuiſibilia ꝑcipit ſic
angelos.animā.oēm creatū ſpiritū.⁊ ſic in/
tellectus acceptꝰ.ad ꝯtemplatiōem coope/
rať.q2 importat quādā intimā ꝯtēplationē
Diciť em̄ intellectꝰ q̄ſi intꝰ legens.penetrat
em̄ vſq̄ꝫ ad eſſentiā rei.q2 obiectū intellectꝰ
eſt quicq̄d eſt.vt dꝛ.iij.de anīa. Accipiť etiā
intellectꝰ qñq̄ꝫ vt eſt virtꝰ intellectual'. ſiue
vt eſt habitꝰ ꝑ̄ncipioꝝ naturaliuꝫ q̄ ſub lu/
mine ſunt naturali.⁊ ſic intellectꝰ oñdit ve/
ritatē infallibiliť. Diciť nāq̄ꝫ in li. de ſpū et
anīa.⁊ Augꝰ.ij.ſuꝑ Gen.ꝙ intellectuali viſi/
one nunq̄ꝫ falliť anīa.aut em̄ tātū intelligit
⁊ verū eſt.aut ſi veꝝ nō eſt.nō intelligit.⁊ iō
intellectꝰ ſic acceptꝰ dicit aſpectū manife/
ſtum ⁊ infallibilē circa ꝑ̄ncipia. ⁊ ſic acceptꝰ
intellectus etiā coopať ad ꝯtemplationeꝫ.
Accipiť em̄ aliqñ intellectꝰ vt eſt donū ſpūſ
ſancti.⁊ ſic intellectꝰ eſt habitꝰ ſuꝑnaturalis
ꝑ̄ncipioꝝ ſuꝑnaturaliū.que ſunt articuli fi
dei.⁊ ſic nomināt quādā excellentiā cogni/
tionis penetrādi ad intima cognoſcibiliū.
Unde Grego.lib.j.moꝝ.dicit. Intellectus
in die ſuo cōuiuiuꝫ parat in mente.q2 in eo
ꝙ audita penetrat.reficiendo cor.tenebras
eius illuſtrat. Nam lumen intellectꝰ ſic ac/
ceptū ita ſe habet ad ꝑ̄ncipia que nobis na
turaliter innoteſcunt.ſicut ſe habet lumen

naturale ad ea ꝑncipia que ꝑ̃rimoꝛdialiter
cognoſcimꝰ. ſed lumē naturale infallibilit̃
veritates ꝑncipioꝝ naturales oſtēdit. Ita
⁊ donuꝫ intellectꝰ ſupnaturales veritates
īfallibiliter oſtēdit. Unde intellectꝰ ſic acce
ptus eſt verꝰ ⁊ neceſſariꝰ ꝯtemplatiōis gra
dus. Quintꝰ gradꝰ aſcēdendi ad eterna
ſiue ꝯtemplādi ſm eū eſt intelligentia. Eſt
autē intelligētia vt ibidē dicit̃ ea vis anime
que imediate ſupponitur deo. cernit quippe
ipm ſupmū verū ⁊ incōmutabile. Et infra
dicit ſic. Intelligētia eſt vis anīe qua de di
uinis q̄ntuꝫ homini poſſibile eſt cognoſcit̃
ad celeſtia archana penetrāda. que vt dicit
Boeciꝰ paucoꝝ eſt hominū. Ex q̄ patet ꝙ
intelligētia excellit intellectū in ſua actione
⁊ ab ea differt. ⁊ ꝙ eſt ꝑfectioꝛ gradꝰ cōtem
plationis. Qd etiā Rich. videt̃ ſentire. q̄ lib.
ꝑmo de ꝯtemplatiōe. c. iij. dicit ſic. Per in/
telligentiā ſiquidē ſinus mentꝭ in immēſuꝫ
extendit̃. ⁊ ꝯtemplātis animi acies acuit̃.
vt capax ſit ad intelligibilia cōꝑhendenda.
⁊ ꝑſpicax ad ſubtilia penetranda. Et nunq̄
ꝯtemplatio pōt eſſe ſine viuacitate intelli/
gentie. Sequit̃. Etiā quotiēs ꝯtemplātis
animus dilatat̃ ad ima. quotiēs eleuat̃ ad
ſumma. quotiēs acuit̃ ad ſcrutāda. q̄tiens
agilitate mira ⁊ pene abſq; moꝛa rapit̃ per
innumera. ex quadā vi intelligētie hoc eſſe
nō dubitat̃. Hec ille. Sextus gradꝰ con
templationis ſiue aſcendēdi ad eterna ſm
ꝑdictū eſt in ſapiētia. que ſequit̃ intelligen/
tiā. qꝛ ſicut dicit idē. vt viſio mētis eſt intel
ligentia. ſic mētis guſtus eſt ſapiētia. Illa
ꝯtemplat̃. iſta guſtat ⁊ delectat̃ Sed hic
ꝑmo notādū eſt ꝙ ſapīa quedā eſt que acq̄/
ſita eſt ꝑ ſtudiū humanū que ē virtꝰ intelle
ctualis. De qua loquit̃ phus in metaphiſi
ca ſua. Et hec ꝑ rōnis inueſtigationeꝫ inq̄/
rit rectū iudiciuꝫ de diuinis. ⁊ actꝰ intelle/
ctuales ⁊ oīes opatiōes anīe ꝑficit. ſm eū
quātū poteſt. Quia ſic dicit Seneca ī epl'a
lx. Sapiens ad oēm incurſuꝫ inuictꝰ ⁊ in/
tentus eſt. Nā ſi pauptas. ſi luctus. ſi igno/
minia. ſi doloꝛ impetū facit. rō tamē refert
intrinſecꝰ. ⁊ cōtra illa ibi. et inter illa ſapiēs
plenus eſt gaudio ⁊ incōcuſſus. cū dijs ex/
pers viuit. Hec ille. Ideo pōt dici aliquis
gradus ꝯtemplatiōis. Alia eſt ſapientia
q̄ de ſurſum eſt infuſa. vt dī Jaco. iij. Et h̄
eſt donū ſpūſſancti. Et ad iſtā nō ſoluꝫ ꝑti/
net ſm iudiciū rectū ꝯtemplare diuina ſed
guſtare ⁊ regulare hūanos actꝰ excellentio
ri modo q̄ꝫ ſapīa q̄ eſt virtꝰ intellectual'. vt
pote magis de ꝓpinquo deū attingēs. ⁊ ex/
periens ꝑ quādā vnionē ſpūs ⁊ aīe ad ipm
vt directa ꝑ regulas legꝭ eterne. De iſta ſa/
pientia loquēs Bern. lib. de amoꝛe dei dic̃
ſic. Sapiētia a ſapoꝛe dicit̃. ſapoꝛ autē iſte
in guſtu quodā eſt. Guſtū aūt illū nemo ex/
pꝛimere pōt nec etiā ille qui meret̃ guſtare.
ſed dicere pt. Guſtate ⁊ videte q̄niā ſuauis
eſt dominꝰ. Hoc guſtu ſm apl'm guſtat̃ dei
verbuꝫ. guſtant̃ etiā diuitie ſeculi venturi.
Et ſequit̃. Hic guſtꝰ ſi defuerit ſolus. om/
nes alij ſenſus ſcꝫ ſpūales q̄ttuoꝛ langue/
ſcunt. Guſtū autē ſequit̃ quedā ſapoꝛꝭ dul/
cedo. quā in interioꝛi ſuo ſentiēs anīa quo/
dā modo ſingulari q̄ ſuſcipit cūcta diſcer/
nit ⁊ diiudicat. ſeq; ⁊ oīes ſenſus vegetat ⁊
cōfirmat ſcꝫ interioꝛes. Hi ſunt gradꝰ cō/
templationis ſm illū.

Articulus quartus.

Ad hos gradꝰ ſiue ſpecies ꝯtempla/
a tionis ſupdictoꝝ doctoꝝ q̄i omniū
alioꝝ doctoꝝ gradꝰ ⁊ ſpecies ꝯtem
platiōis mediate vel imediate pn̄t reduci.
vt ptꝫ de ſex gradibꝫ ꝯtemplatōis oꝛigenis.
quos declarat ſup Canti. ij. c. vbi dicit ſic.
Contēplatoꝛē verū ⁊ iubilatoꝛē certū te iu
dico ſi ꝑmo ꝑficiat te actio. Hic Oꝛigꝭ. ſub/
tiliter ꝯſiderat ꝙ vbi vita actiua terminat̃
⁊ ꝑficit̃. ꝙ ibi vita ꝯtemplatiua oꝛdinate in
choatur ⁊ gradatim ſurſum tendit ⁊ ꝑficit.
donec in viſionē intuitiuā ꝯſummat̃. Und
ꝓpꝛie loquēdo de ꝯtemplatiōe. ꝑfectio acti/
onis nō eſt gradꝰ ꝯtemplatiōis. ſed pōt di/
ci ſtatus quidā reſultās a ſumma ꝑfectiōe
vite actiue q̄ neceſſario ꝑcedit tanq̄ȝ diſpo/
nens potētias ꝯtemplatiuas ad actꝰ ſuos
nō impeditos ſed ꝑfectos. Grego. vj. moꝝ.
dicit ſic. Qui arcē ꝯtemplatiōis aſcendere
deſiderāt ꝑus neceſſe eſt vt in ope actionis
ꝑfecte ſe exerceāt. Et ꝑ tanto dicit̃ gradus
ꝯtemplatiōis. Scdo. ſm Oꝛigꝭ. verꝰ cō
templatoꝛ es ſi in te eſt ſenſuū exterioꝝ re/
tentio ſiue retractio ad īterioꝛa ⁊ collectio
eoꝝ in vnū. Hoc em̄ eſt greges. i. ſenſus be
ſtiales minare ad interioꝛa deſerti ꝑ itine/
ra eternitatis. ait Vercell'. Hoc fit q̄n inui
ſibilia dei a creatura mūdi ꝑ ea q̄ facta ſunt
intellecta ꝯſpiciunt̃. ⁊ ſempit̃na virtꝰ eius ⁊
diuinitas. Hec eſt ſic dicit Augꝰ. li. de vera
religione a tp̄alibꝫ ad eterna regreſſio. ⁊ ex

vita veteris hoīs in nouū hoīem reforma
tīo. vt ſup̄ patuit. Tercio verꝰ ꝯtēplator
es qñ eſt in te oīm imaginabiliū tranſitus.
qñ mente oīa imaginabilia tranſcendis.
Talis ꝯtemplator ſic̄ dicit Bern̄. ſer. liiij. ſu
per Canti. fuit q̄ dixit. Elongaui fugiens ⁊
manſi in ſolitudine. Nō em̄ fuit ꝯtentꝰ ex/
ire niſi longe ſe faceret vt poſſet quieſcere.
Sequit̄. Trāſiliſti carnis oblectamēta vt
minime iā obedias ꝯcupiſcētijs eiꝰ. nec te/
nearis illecebris. pfeciſti ⁊ ſupaſti te. ſed nō
dū elongaſti. niſi ⁊ irruentia vndiq3 fantaſ
mata corporeaꝝ ſilitudinū trāſuolare mē/
tis puritate p̄ualeaſ. Hec ille. De quo vide
ſupra diſ. vj. Quarto verus ꝯtemplator
es ſi trāſcendiſti oīa rōnalia ꝓpter fantaſ/
mata ⁊ alia impedimēta ⁊ retardantia ani/
mā ad ſupiora ꝓperantē. De h̄ dicit Rich. li
bro p̄mo de ꝯtemplatiōe. c. viij. ſic. Contē/
platio nr̄a tunc veracit̄ ſupra rōnē aſcendit
qñ id animus p mētis ſubleuationē cernit
qđ humane capacitatꝭ metas trāſcendit. vt
ſunt illa q̄ de diuinitatꝭ natura ⁊ de ſimpli
ci eius eſſentia credimꝰ. Et licet illa ꝯtēpla
tio ſupra rōnē ſit. nō tñ p̄ter rōnē cenſenda
eſt qñ ei qđ p intelligentie aciē cernit̄. hūa/
na ratio ꝯtraire nō pōt. qn potiꝰ ei facile ac/
quieſcit ⁊ ſua atteſtatiōe alludit. Hec ille.

Quinto verꝰ ꝯtemplator es ſi ſurſū tra
ctus es ſup oīa intelligibilia in caliginē3
ignorātie. Et hic gradꝰ ꝯtemplatiōis eſt de
quo loquit̄ Diony. c. j. myſti. theo. dicēs ſic.
Adhuc reſtat p̄ncipalior dei cognitio q̄ fi/
gurat̄ in eo ꝙ moyſes ſeparat̄ ab his q̄ lo/
cū dei ſecū videāt ⁊ ſubtrahit̄ illis viſis ⁊ in
trat in caliginē ignorātie Exo. xxiiij. ⁊ vnit̄
incōprehenſibilitati diuine quā non pene/
trat intelligētia que vere eſt oīm clariſſima.
⁊ in ſe claudit ⁊ ſecretiſſime celat oēs co/
gnitiones cōprehēſiuas tanq3 in cauſa pri/
ma oīm. ⁊ p eam oīs vnitꝰ deo (q̄ eſt ſup̄
oīa) ꝯſtituit̄ in excellētia quā neq3 rō in/
ueſtigat nec intellectꝰ ſpeculat̄. ⁊ ab oībꝫ ⁊.
q̄ſi a ſeipo ſegregat̄. ⁊ p vnionē dilectiōis q̄
effectiua eſt vere cognitiōis vnit̄ deo intel/
ronimū frequētare. Primꝰ gradꝰ caſtita/
tis eſt.vt viriliř cū laboꝛe abſtineas ab actu
carnis.cū ꝓpoſito ſic manēdi.ꝛ neges ſꝑ cō/
ſenſū motibꝫ illicitꝭ. Secūdꝰ vt ꝑ reme/
dia p̄dicta ꝛ alia ſıl'ia caro tua ſpūi tuo ſub/
iugeř vt rariꝰ tēpterꝭ ꝛ faciliꝰ tēptatio cediť.
impendo magꝭ q̄ꝫ reluctādo. Tertiꝰ gdꝰ
caſtitatꝭ ē.ita domitas hr̄e ꝯcupiſcētias car
nis, vt vix rariſſime ꝛ tenuiſſime ſentias et

talẽ te induiſſe affectũ vt cũ nauſea ⁊ horro
re inde audias vt loquaris.

De phylargiria vel auaricia.

Oſt luxuriã ſequit̃ phylargiria vel
p auaricia q̃ paſſio vexat tepefactos ĩ
ſeruitio dei. Nã raro impugnat cer/
tãtes legitime. p̃ſertim ſi ſub alteriꝰ degunt
cura. Remediũ tibi ſit vt ſciẽs aliquã artem
labore manuũ victũ ⁊ veſtitũ ꝯquirẽs. illis
ſis ꝯtẽtus. Jõ deo ꝯfide q꞉ nõ relinq̃t ſpe/
rantes in ſe. Sũma remedioꝝ. ſi vis auari
ciam ad plenũ vincere. relinque om̃ia q̃ ha/
bes ⁊ alteriꝰ cure te cõmitte. cũ aliijs viuẽs ĩ
cõmuni. Huic aũt vicio in p̃ncipijs obſta.
vt nõ admittas deſideriuz cuiuſq꞉ rei. Sic
em̃ hoc viciũ in p̃ncipio facile vincit̃. ita ſi ſe
mel admittit̃ põt cũctis difficiliꝰ excludi.

Primꝰ gradꝰ q̃ ꝓficis ꝯtra h̾ viciũ in ꝯtẽ
ptu mũdi eſt. nihil hr̃e iniuſti. ⁊ diuitijs nõ
abuti ad pctm̃. ⁊ elemoſynã facere Secũ
dꝰs eſt nihil hr̃e ſup̾fluũ. ſ꞉ neceſſarijs eſſe
ꝯtentũ. S꞉ multi neceſſitatẽ ſuã valde am
plificãt. ſ꞉ nõ eſt tutũ vt hõ in multꝭ ſibi ꝯfi
dat ſ꞉ potiꝰ alteri. Tertiꝰ eſt nihil poſſide
re in h̾ mũdo ſ꞉ dũtaxat cape vſum neceſſa/
rium ⁊ frequẽter pati penuriã. cibo. potu. ⁊
veſtitu

De ira ⁊ remedijs eius

Ria p̃dicta vicia arcẽ ꝯcupiſcibilita
t tis oppugnãt. Quartũ aũt viciũ qꝺ
eſt ira debellat vim iraſcibilẽ. ⁊ ẽ no
ciua beſtia ſibi nocẽs ⁊ alios ſcãdalizans.
virꝰ mortiferũ animã interficiẽs. ⁊ ſpm̃ ſan
ctũ expellẽs. Cũ aũt ira vim iraſcibilẽ ob/
tinuit. ſtatim introducit ibi ſuã familiam q̃
ſunt rixa. tumor mẽtis. ꝯtumelia. clamor. i/
dignatio. ⁊ blaſphemia. Remedia ꝯ̃ iram
ſunt iſta. p̃mo os tacẽdo cõprimere ⁊ accen
ſam flãmã in corde ſuffocare Nota aũt ꝙ
ſm Amb. in li. de officijs verꝰ ꝓliator eouſq꞉
ꝑ timorẽ meditationẽq꞉ mortis ⁊ ſimiliuz ⁊
maxie deuotã cõpunctiõ꞉ (q̃ ſm Climachũ
ita extinguit̃ ira ⁊ ĩdignatio ſic̃ ignis aqua)
morꝰ ire deberet rep̃mere ⁊ mãſuefacere vt
moꝝ trãquillitas vſu quodã ⁊ affectiõe ⁊ ꝓ
poſito in naturã v̾tat̃. Multũ iuuat ꝯ̃ iraz
ſi quotiẽs q̇s in ira receſſerit iã ſopita ꝯmo
tione ſeip̃m dure redarguat ⁊ cõprehẽdat ⁊
humilit̃ reũ ſe det toto corde ab illis veniã
petẽs q̊s offendit Gradꝰ aũt q̇bꝫ ꝯtra irã
aſcendit̃ patẽt ex dictis. Primꝰ eſt ire reſiſte
re cohibẽdo linguã. mẽbra ⁊c̃. ne excedat fo
ris. Secũdꝰ eſt cũ hõ iã ꝑ exercitia didic̃ nõ
turbari ex aduerſis. ſ꞉ eſt quaſi in loco mu/
nito nõ curãs ea q̃ ſibi fiãt ꝯtraria. Tertiꝰ
eſt gaudere ⁊ in tribulatiõibꝫ gl̾iari cũ aſſũt
⁊ deſiderare cũ deſunt.

De inuidie natura ⁊ ortu eius.

Uintũ certamẽ eſt ꝯtra ĩuidiã quã
q beatꝰ Gregoriꝰ ponit int̃ vicia capi/
talia. eo ꝙ ex ſui rõne habet ꝙ alia vi
cia inde ſequant̃. Licet Caſſianꝰ ⁊ Jſidorꝰ
eã inter capitalia non enumerẽt. eo forſitan
ꝙ ip̃a ex vicio capitali ſuã ducit originẽ Ut
aũt huiꝰ vicij naturã ꝑ ſuũ effectũ in te com
p̃hendas ſcire debes ꝙ inuidia eſt dolor ꝺ
bono alteriꝰ. Jnuidie em̃ obiectũ eſt bonũ
fraternũ inq̃ntũ eſt ſibi malũ. Hoc aũt con
tingit dupliciter vel tripliciter. Uno modo
inq̃ntũ ſibi ĩminet malũ. vt ſi inuidemus ꝙ
inimicꝰ noſter vl̾ aliq̇s q̇ nobis nõ plac꞉ fit
noſter p̃latꝰ timẽtes ne nos ꝺp̃mat. ⁊ hoc in
caſu ſtaret ſine pctõ. Alio mõ qñ reſpicimꝰ
bonũ ꝓximi nõ ꝙ ſibi inuidemꝰ illud. ſ꞉ q̇a
dolemꝰ illud nob̾ abeſſe. ⁊ h̾ eſt interdũ bo/
nus zelꝰ. Tali em̃ inuidia debemꝰ om̃s ten
dere ad humilitatẽ. charitatẽ ⁊ obedientia꞉
Alio mõ fit iſtud inq̃tũ bonũ fratris eſt di
minutiuũ nr̃e p̃cipue gl̾ie Uñ ĩuidia eſt p̃ci
pue circa illa in q̇bꝫ gl̾ia cõſiſtit. Uñ genera
liter vaneglorioſi ⁊ puſillanimes ſunt ĩuidi
q꞉ iſti timẽt minui gl̾iam ſuã. illi timẽt facili
ter ſuꝑari. Hec inuidia vbicũq꞉ venerit fili/
as ſuas ſecũ adducit. q̃ ſunt odiũ. ſuſurratõ
detractio. exultatio in aduerſis ꝓximi. ⁊ af/
flictio in ꝓſperis eius.

Quõ ad dilectiõ꞉ ꝓximi deuenit̃

Nuidiam v̾o dilectio ꝓximi expellit
i Jõ de ip̃a dilectõe ꝓximi aliq̃ dicãꝰ.
Et p̃mo q̇bꝫ medijs dilectiõ꞉ inter
nos mutuo ſeruare poſſumꝰ Deinde quõ q̇
libet ſe talẽ exhibere debeat vt ⁊ ip̃e diligat̃
ab alijs ⁊ alios ip̃e diligat. Et ex his ſuffici/
entia remedia ĩuidie apparebũt. De p̃mo
ſcias ꝙ ꝑfecta v̾a ⁊ indirupta dilectio ſolũ ĩ/
ter tales inuiolabilit̃ ſeruat̃. q̇ ſunt vniꝰ ꝓpo
ſiti. vniꝰ nolle ⁊ velle. ⁊ qꝺamnõ vicijs oĩbꝫ
expurgati. vt in xvj. collatõe pr̃m ꝺr. ⁊ ita ſũ
ma dilectio erit ĩ pr̃ia. ⁊ fuiſſet v̾a in ꝑadiſo
ſi nõ p̃mꝰ hõ cecidiſſet. Attamẽ ſunt q̃dã re/
media q̇bꝫ dilectio int̃ nos acq̇rit̃ ⁊ ſeruat̃.
⁊ ſi nõ ꝑfecta. Primũ eſt qꝺ etiã inuidie ẽ
ſũmũ remediũ vt vnuſq̇ſq꞉ toto corde oĩa q̃
mũdi ſũt ex q̇bꝫ ꝯtẽtio. rixa vl̾ inuidia oriri
p̃t cordialit̃ ꝺſpiciat ⁊ calcet. ſiue ſint diuitie

Biblioteka Główna w Poznaniu im. Mickiewicza

ſine honores. Scðm. ne q̇s ſapiēs ſibi ſeq̄
tur ꝓpriā ſuā volūtatē nulli acq̇eſcēs. ꝛ h̄ cau
ſat maxīe diſcordiā ꝛ rācorē. Tertio vt ſci/
at q̄ vtilia ſūt ac neceſſaria poſtponēda bo/
no charitatꝭ. Nā ſi habeā fidē ita vt mōtes
trāſferā. Si linguis hoim loq̄r ꝛ angelorū.
charitatē aūt nō habuero nihil mihi ꝓdeſt.
Jō ſuꝑ oīa exercitia in oībꝫ opibꝫ ꝑ oibuſ
debemꝰ q̄rere fraternā charitatē. Nec eſt ali
q̇d qð tm̄ angeli ꝛ dn̄s angloꝝ in nob̄ inue
nire deſiderāt. ſic̄ fraternā vnionē ꝛ mutuā
caritatē. Quartū vt vnuſq̇ſqꝫ ſumopꝫ ira/
cundiā ꝛ alia q̇bꝫ frēm offendit caueat ꝛ de/
uitet. ꝛ ſi qñ ꝯ fratrē exceſſit. hūilit̄ ſatiſfaci/
at. ſi qñ frat̄ ꝯtra eū rancorē ſine cā ꝯcepiſſꝫ
q̄ꝫtū in ip̄o eſt ſtudeat pacificare. Hec habē
tur in collatōe pr̄m. xvj.

De accidia

ſ Extū certamē eſt ꝯtra accidiā. Cuiꝰ
natura eſt vt tediū boni generꝫ. ani/
mi torporē cauſet. mentē q̄uet triſti/
cia. ad ſomnū ꝛ diſſolutiōꝫ inclinet. horrorē
loci. ꝛ celle faſtidiū. fratꝝ ꝯtēptū ꝛ aſpernati
onē gignit. nil opis libet. maxīe ſpūal̄. Naꝫ
interdū opꝰ manuale arripit vt poſſit ſpūa/
lia orōes ꝛ ſil̄ia relinq̄re Huiꝰ filie ſūt ma
licia. i. volūtas machinādi malū. deſperatō
puſillanimitas. rācor. i. odiū inueteratū. tor
por circa p̄cepta dei. euagatio mētis circa il
licita. Sūmū remediū ꝯtra accidiā ē. nū
q̄ꝫ tedere ſꝫ repugnādo accidie obuiare ꝛ vi
cere eā laborādo. Attamē hō p̄t opa ſua va
riare vt nūc oret. nūc legat. nūc meditetur ꝛc̄
vt ſi vnū nō ſapiat. ſapiat ſaltē aliud ſic̄ febri
citāti habēti guſtū infectū apponunt̄ multa
fercula. Itē ꝯtra tediū cordis valꝫ varietaſ
actiōis. Itē valet ꝯpūctio. Qui enī luget ſe/
ip̄m nō nouit accidiā. Ait Climachꝰ. Liget̄
ꝫ iſte tyrānꝰ memoria offenſionū ꝛ delictoꝝ
ꝛ ꝑcutiat̄ opꝫ manuū ꝛ intēta meditatōe fu
turoꝝ bonoꝝ.

De triſticia ꝛ pugna ꝯtra triſticiā

n Ota ꝙ triſticia mala ē duplex. Nam
qñqꝫ triſticia ðr generalit̄ ita ꝙ v̄ſet̄
circa oēs paſſiōes. nā in oī paſſiōe ē
inuenire triſticiā ꝛ delectatōꝫ ſm̄ ꝙ ſuū ob/
iectū adipiſcit̄ vl̄ ab ea repellit̄. Et hāc triſti
ciā ſuꝑabis inq̄ntū ſingula vicia extirpaue/
ris. ſi multū multū. ſi paꝝ paꝝ. oīno autē ſi
oīno ip̄am necas. ſꝫ ad h̄ q̇s idoneꝰ. Alia ē
ſpēalis circa diuina tediū. ꝛ iſta p̄t cōp̄hendi
ſub accidia. Triſticie origo difficult̄ eſt co/
gnoſcibil̄ eo ꝙ taꝫ multas habeat origines
oīa met vicia ꝛ affectōes. Cōtra h̄ duo vicia
accidiā ꝛ triſticiā pugnat charitas dei q̄ nū
q̄ꝫ eſt ocioſa ꝯ accidiā. Ad quā charitatē
triplici ḡdu ꝑuehar̄ꝭ. Primꝰ ſic vti licitꝭ con
ceſſis vt tñ illicita deuites. Scðs eſt feruē/
tiori deſiderio oīa q̄ dei ſunt ſtudioſe facere
in ſe. ꝛ ī alijs ꝓmouere. Tertiꝰ ē tāto affectu
eſtuare ad deū ꝙ q̄ſi ſine ip̄o viuere ñ poſſit
Valet etiā ꝯ triſticiā deuota ꝯfabulatio in
bona ſocietate memoria benignitatꝭ ꝛ mi/
ſericordie dei. Itē deuotꝰ cātꝰ. vt ð̄r Jacobꝰ

De vana gloria

ſ I oīa p̄dicta vicia vicerꝭ qð ſine ma
ximis laboribꝫ ꝛ multꝭ doloribꝫ nō
fit. ſi tñ fit tūc ampliꝰ a vana gl̄ia ca/
uere debes. Hec eī occulte v̄tutibꝫ ſe īgerit
ita vt vix a ſpūalibꝫ ſꝑ valeat ꝯp̄hēdi. Hec
eſt multiformit̄ vana. ſꝑ ꝛ ī oībꝫ vanitatē in
gerēs ī veſtitu. ī apparatu. in loq̄la. ī tacitur
nitate. Si veſte p̄cioſa indutus fuerꝭ. adeſt
ſi humil̄ fuerꝭ. ampliꝰ gl̄iat̄. ſi loq̄ris. gaudꝫ
vñ dixerꝭ. ſi taces. laudat te velut humilem.
Ip̄a ſꝑ ſuggerit ꝛ magnū deſideriū ingerit
ad illa in q̇bꝫ laus ꝛ honor ꝯſiſtit. etiā ꝑ ma/
gna ꝑicula ꝛ labores. ꝛ maiorē fortitudineꝫ
dat ſuis amatoribꝫ q̄ꝫ ſpes beatitudis v̄ris
p̄liatoribꝫ. Hec eadē beſtia ſuggerit ḡdū cle
ricatꝰ. p̄ſbyterij. ꝛ dyaconatꝰ. Si q̇s tñ euꝫ
vellet cogere. nā ꝑ ſe ñ vult. ne ipſe appetere
videat̄. Vide ſuꝑ h̄ exēplū libro de inſtitutꝭ
cenobioꝝ caſſiani. Nō pñt varietates hꝰbe
ſtie explicari. ſꝫ vbicūqꝫ eā ꝓiecerꝭ ſꝑ ſtat acu
leo recto ſic̄ tribulꝰ. Ip̄a eſt ſic̄ alleū quotieſ
vnū tegmē remouerꝭ alið adhuc intꝰ habet
vbi aūt ip̄a ītrauerit. m̄rem doloſam ſequū
tur filie ꝑuerſe. q̄ ſūt inobediētia. ꝯtētio. ia/
ctantia. hypocriſ̄. ꝑtinacia. diſcordia. nouo
rū p̄ſumptio ſeu īuētio. Quā vanā gl̄iam ſi
vincere ðſideras. caue ſūmo ſtudio ne q̇cqꝫ
intētōe gl̄e īcipias facere. cogitās illð ſalua
torꝭ. Recepert̄ mercedē ſuā. Et illud. Dn̄s
deꝰ diſſipauit oſſa eoꝝ q̇ hoibꝫ placēt ꝯfuſi
ſūt. qm̄ deꝰ ſpreuit eoſ. Itē illud. Si adhuc
hoibꝫ placerē. xp̄i ſuꝰ nō eēm. Scðo debe/
res niti illð qð bōa intētōe īcepiſti. ſil̄i cuſto
dia ab inq̇natōe gl̄ie cuſtodire. Itē q̇cquid
ſingl̄are ē ꝛ vñ laus ꝛ gl̄ia poſſꝫ ꝯq̄ri ſꝑ vitā
dū eſt bellāti ꝯ hāc beſtiā. Nā p̄ncipiū ꝑua/
dū eſt custodia orꝭ
tiōis vane gl̄e ſm̄ climachū eſt cuſtodia orꝭ
ꝛ amor hūil̄ ſocietatꝭ. ignominia ꝯſūmata.
corā ml̄titudie mir̄abilit̄ adinueīri. Chryſ.

Unicũ vane gl'ie remediũ. orare deũ vt ipſe te liberet.

De pugna ꝯ ſupbiã

Ultima aggrediẽda ẽ ipſa ſupbia. viciorꝫ regia. viciorꝫ radix. ꝟtutũ oim̄ deuoratrix. q̄ tãte ẽ fortitudis ꝛ ſeueritatꝭ vt luciferꝫ eijceret ð celo. Attamẽ puer dauid i dño ꝯfidẽs p hũilitatẽ goliã q̄ntali bet eſſꝫ ſtature enormitate erect⁹ pſtrauit. Eſt ãt ſupbia duplex. vna ſpũal' pulſans .ſ. ꝟtuoſos ð pfectõe. alia carnal'. q̄ min⁹ pfcõs pulſat de aliq̄ excellẽtia exteriori. Nã prime eſt i corde ſuo mag̃ merita ſibi depigere. ſpiritualẽ grãꝫ attribuere ſibi. q̄ꝫtũ de⁹ eũ diligat cogitare. mirari ꝙ nõ faciat mirabilia. turbari ꝙ de⁹ ñ dat ſibi neſcio q̇d ſpãle. alios velut carnales deſpicere. Et h̄ eſt mltuꝫ piculoſa ꝛ pl⁹ q̄ꝫ vicia carnalia. Nullũ viciũ eſt qð ita oẽs ꝟtutes exhauriat. cũctaq̄ꝫ iuſticia ꝛ ſctitate hoiem expoliet queadmodũ h⁹ ſupbie malũ. Qui ãt h⁹ neq̇ſſimi ſpũs laqueos vult euadere. dꝫ i ſingul' in q̇bꝫ ſe ſenſerit ꝟtutibꝫ pfeciſſe dicere ex ſnia. Gr̃a di ſũ id qð ſũ. ꝛ cogitare deũ eẽ q̇ opat' in nobis ꝛ velle ꝛ pficere p bona volũtate. Itẽ diligẽt' ꝯſiderare qꝛ bona nr̃a nõ ſũt a nob̃ ſꝫ dona dei. de q̇bꝫ diſtricte ſum⁹ rõꝫ redditurĩ. Itẽ bona nr̃a q̄ꝫ mult' mal' ſunt pmixta. tepiditate. hypocriſi ꝛc̃. Itẽ ꝯſiderare q̄ꝫ mlta ſint in nob̃ mala ꝛ vicioſa. Itẽ attẽdere melioreſ nob̃ hoies ꝛ angl'os. vt ita i cõpatione vileſcamus nobis.

De ſupbia carnali

Carnal' aũt ſupbia his idicijs demõſtrat'. Eſt clamoſa dũ tacꝫ amara ꝛ i dignabũda. ꝛ idiſſoluta i leticia. Riſus ei⁹ irrõnabil' ꝛ ſine cã. i triſticia ſua ẽ ſeuera. dura. rephẽdit cũ rãcore nõ ex ꝯpaſſione. ꝟba pfert paſſim ſine aliq̄ cordis g̃uitate vl' põderatõe. Expers patie. caritatꝭ. aliena audact' iiuriat. ſꝫ puſillanimit' iiuriã patit'. difficult' alijs obedit. exhortatõꝫ r̃cipe ſpernit. i ꝓpria volũtate pmanẽs. ſꝫ vult ꝓpria ſtatuere nũq̄ꝫ alteri⁹ diffinitõi acq̇eſcere. ñ vult ꝯſiliũ ab aliq̄ recipe magꝭ ſibi credẽs q̄ꝫ ſapientibꝫ

H⁹ remediũ ṗmũ ẽ obediẽtia ſimplici cord̄ ſuſcepta ꝛ hũilit' exhibita. Scðꝫ vt itimo cordis affectu fribꝫ nr̃is hũilitatẽ exhibeam⁹. i nullo eos ledre acq̇eſcẽtes. Itẽ ſp niti exercere nos i hũilibꝫ opibꝫ vilibꝫ ꝛ deſpectꝭ officijs. puta miſtrare i coq̇na. lauare ſcutellas. purgare domũ. ſp vilia officia eligere. hũil' hitu. hũilibꝫ geſtꝭ icedere. Nec ſi i ꝯſuetudinẽ venerit cor ad hũilitatẽ iclinãt. Itẽ honorẽ fugere magꝭ ſp eligere miſtrare q̄ꝫ miſtrari. ſupba vocabula ꝛ nom̄ iactãtie etiã a ꝓpria familia ðuitare. Itẽ oĩa ſig̃ ꝛ q̄qꝫ facta iactãtiã l' vanitatẽ ptẽdẽtia declinare. Hũilitas q̄ ꝯ ſupbiã pug̃t tres hꝫ g̃d⁹. Prim⁹ ẽ vt hõ ſeipꝫ cognoſcat ifirmũ. iopẽ boni vicioſũ. et ſi q̇s alios hꝫ defect⁹. ꝛ ñ eleuet ſe ſup̄ ſe. Scðs ẽ cũ hõ ſe ðſiderat ab alijs reputari q̄lẽ ſeipſe noſcit i ꝟitate. ſ. vilẽ. iopẽ. ſupbũ. ꝛc̃. Terti⁹ ẽ qñ hõ etiã i magnis ꝟtutibꝫ ꝛ honoribꝫ ñ extollit'. ꝛ nihil ſibi ex h̄ blãdit'. totũ i illũ refundẽs a q̄ totũ accepit. ꝛ ei itegrũ reſtituẽs. Tal' fuit hũilitas xp̄i ꝛ tal' angl'orꝫ ꝛ ſctõrꝫ i gloria

Finit faſciculari⁹

Incipit tractat⁹ ſancti Bonauenture ð ſeptem gradibꝫ cõtemplationis

Contemplatiuorũ

aq̇linos obtut⁹ acui. ꝛ ipſorũ ſpũale palatũ pfũdi dapibꝫ ſupne dulcedinis affectãs. ſeptẽ g̃d⁹ eo gl'ioſiſſimos q̄ ſcia expiẽtie pbatiſſimos i mediũ cẽſui ðducendos. referatõe q̇rꝫ odorifera ꝯfido ꝙ tã itellectui ſplẽdorꝭ copia. q̄ꝫ affectui difici dulcorꝭ affluẽtia pijſſime mr̃is thearchice exalabit. Primũ igr̃ dicã⁹ ignẽ. ſcðꝫ vnctõꝫ. t'ciũ extaſim. q̄rtũ ſpeculatõꝫ. q̇ntũ guſtũ. ſextũ q̇eteꝫ ſeptimũ gl'aꝫ. Prĩo ei aĩa ignit'. ignita iungitur. vncta rapit'. rapta ſpecl'at' l' ꝯtẽplat'. ꝯtẽplãs guſtat. guſtãs q̇eſcit. h̄ i via pñt aq̇ri. ñ tñ ſubito ſꝫ g̃dati. Eti⁹ ãt h̄ expit' q̄ freq̄nti⁹ ſpũalibꝫ ſe exercet. Septi⁹ i pr̃ia ꝯfert' abũdãti⁹ his q̄ ſe i p̄cedẽtibꝫ g̃dibꝫ exercuer̃t. Ignis ẽ vehemẽs diui calorꝭ l' amorꝭ feruor ex camio ſupſplẽdẽtꝭ hierl'ꝫ flabellat⁹. H⁹ ignis calor ꝯtẽplatiui ſiue ſci actiui viri aĩaꝫ cũ ſe ad orãdũ deũ effudrit i ꝯſp̄cu di. ſubito eaꝫ valð plucido ſplẽdore irradiãs q̄ꝫ pl'imũ ignit. ꝛ arẽtes mot⁹ affectõeſq̄ꝫ accẽdit maloſq̄ꝫ ꝯcremat ꝛ exafflat. tepore iflãmat. ꝛ torpore expgiſcere fac̃. atq̄ꝫ ipſaꝫ totã aĩaꝫ velut ve ſptinũ qðdã ꝛ piguiſſimũ holocauſtũ diuo ꝯſpectui repñtat. ituet' tũc ꝛ gaudꝫ. ðs adeſt ꝛ pauet illa. Ille imiſſũ ignẽ augꝫ vt magis caleat. illa ortas affectões colligenſ nutrit. vt eo ãpli⁹ magꝭ reddat' icẽdiũ. q̄ abũdãtiuſ ſubmiſtrat' matia accẽdẽdi. Sup hũc g̃dũ pedẽ fixit q̄ p̄t dicere cũ ꝓpha. Cõcaluit cor meũ itra me. ꝛ i medi. m. exar. ig. Et iterꝫ. Inflãmatũ ẽ cor meũ ꝛ renes mei ꝯmutati ſũt. Unctio ẽ velut q̇dã roſe⁹ liq̄r q̄ p totam animã ſe diffundens ipſam erudit, corroborat

ꝛ ꝯfortat. diſponẽs eã ſuauiter ad veritatis
luculẽtias ſuſcipiẽdas atqꝫ parit̃ ꝯtemplã/
das. Hac celica vnctiõe plinitꝰ fuerat q̃ di/
cebat. Unxit vnctiõe miſericordie ſue. De
qua rurſum dic̃ dauid. Sicut ros hermon
q̃ deſcẽdit in montẽ ſyon. Hermon interp̃
tat̃ lumẽ exaltatũ. Habet aũt ſignare infini
tiſſimã ieſu bonitatẽ. Jpe eteñ de ſe dicit.
Ego ſum lux mũdi. Que quidẽ lux ꝺ terra
in crucẽ. de cruce vero fuit ſuꝑ pulcritudinẽ
celoꝝ omniũ exaltata. ita vt licet ſꝑ potuerit
nũc aũt ꝯuenientiꝰ ꝓpter ſue humanitatꝭ ſu
perpulcrificã claritatẽ adiectã dici queat ſu
perſplẽdens candor. ꝛ ſuꝑcandẽs ſplendor
illiꝰ eterne ꝛ feliciſſime regionis. Ros igit̃
mõtis huiꝰ deſcẽdit in montẽ ſyon. i. cõtem/
platiui viri mentẽ. ipſiꝰ p̃cordia tã irrigãdo
fecundãs. q̃ꝫ fecũdando irrigãs. ꝛ calorem
ſcꝫ primi gradꝰ leniter tẽperãs. ne plꝰ arde/
at q̃ꝫ oportet. Quod em̃ purificat ignis cõ/
cremãdo. hoc vnctio mulcet ſuã pinguedi/
nem ꝑfundẽdo. vt capificilior ſit diuinorũ
ꝛ pulcrificoꝝ radioꝝ ab eternaliter oriente
aurora ditiſſime emanãtiũ. quibꝫ quidẽ ſa/
lubriter ꝑluſtrata ita ſcḿ apoſtolũ docet̃ de
om̃ibꝫ. vt nequaq̃ꝫ quiſq̃ꝫ ibidẽ locꝰ ignorã/
tie tenebris pateat. vbi fulgeat copia tã glo
rioſi luminis. Extaſis eſt deſerto exterio
re homĩe ſuiꝑſiꝰ ſupra ſe voluptuoſa q̃daꝫ
eleuatio ad ſuꝑintellectualẽ diuini amoris
fontẽ. mediãtibꝫ ſurſum actiuis virtutibus
ꝓ viribꝫ ſe extẽdens. Uirtutes ſurſum acti/
uas voco humilitatẽ ꝛ puritatẽ. Humilita/
te eteñ fit exterioris homĩs deſertio. purita
te vero interioris homĩs ſurſum actio. quẽ
quidẽ ad fontalẽ ꝓducẽs radiũ ibidẽ hau/
rit ſanctas thearchici amoris ꝛ inolitas in
fluitiones. Quaꝝ gratia poſterioꝝ oblitus
ad ãteriora empyrei ꝛ ſuꝑlucidiſſimi taber/
naculi ſe extẽdit. Eſt eñ extaſim faciẽs amor
diuinꝰ. nõ dimittẽs ſuiꝑſoꝝ amatores eſſe
ſed amandoꝝ. vt teſtat̃ ſecretoꝝ dei cõſcius
dionyſiꝰ. Jgit̃ ſi in vera ꝛ nõ ficta dei chari
tate ſumꝰ ꝛ amore. in ſancta extaſi ſumꝰ. ĩte/
riorẽ hoĩem ad anteriora extẽdente. exterio
ris vero ſicut poſterioris obliuiſci faciente.

Speculatio eſt beatoꝝ ꝛ ſuꝑceleſtiũ. ꝛ ſo
li deo ſcibiliũ diuitiaꝝ intellectualis ꝛ affe/
ctualis pia inueſtigatio. Cõtemplant̃ autẽ
hi duo. ſcꝫ intellectꝰ ꝛ affectus. ſꝫ intellectuſ
longe diſſimiliter ab affectu. Cũ em̃ animꝰ
cõtemplatiuꝰ ſenſibꝫ ſpiritualibꝫ ſuſpenſis.
ſynthereſim in ſpecula eterna extendit. apex
intelligẽtie ꝛ principalis affectio pariter fe/
runt̃ mutuo in diuina ſe ꝓmouentes. ꝛ eq̃li
ter aſcẽdentes illa ſpeculãdo. hec deſiderã/
do. Precurrẽte autẽ intelligẽtia nec ingre/
di queunte. vtpote ꝑ ſpeculũ videns. foris
remanet. Affectio vero que neſcia eſt ſpecu/
li intrans vnit̃. ſcḿ illud. Qui adheret deo
vnꝰ ſpiritus eſt. Jngreſſoq̃ꝫ intellectu q̃ an
te conatu ſuo ingredi nõ poterat. a ſupereſ/
ſentiali ꝛ ſuꝑintellectuali deifica bonitate
hilariter excipit̃ affectio ĩpa. Suſceptamq̃ꝫ
ſuperferuide ĩpam deſiderantẽ ꝛ ſe ſurſum
ꝓ viribꝫ impingentẽ. ĩpam in ſe ꝓfundiꝰ tra
hens tam intelligẽtie ſuperclaroꝝ radiorũ
pulcrificans claritatẽ fontani ſplendoriſ. q̃ꝫ
affectioni thearchici ꝛ ſuꝑimmenſi ſaporis
ſuauiter ſanctũ deſideriũ nutriens. ſuauita
tem ſuꝑlucidiſſimã elargit̃. Poſtea illis ſic
guſtantibꝫ. illã magis deſiderantibꝫ. magis
ſeĩpam diuina bonitas immittit. ꝛ abundã
tius ſuperfulget. quoniã multũ diligunt il/
lam ſummã veritatẽ. hoc ſummũ bonũ. Fe
lix nimis qui huiꝰ gradus collẽ attingit. hic
plane angelificatus in p̃ſenti. futurã iam in
choauit vitam. Ex quibus fuerat qui dice/
bat. Nos autẽ reuelata facie gloriã dei ſpe/
culantes. in eandeꝫ transformamur imagi/
nem a claritate in claritatẽ. tanq̃ꝫ a domini
ſpiritu. Ubi potiſſime diuinus ille apoſto/
lus vtilitatẽ expreſſit cõtemplatiõis. Quid
enim eſt reuelata facie gloriã domini ſpecu/
lari. niſi remota omni impuritate facieꝫ no
ſtre intelligẽtie velante. gloriã dei. id eſt. taꝫ
ſuperignotã ꝛ ſimpliciſſimã ꝛ ſuperſplẽden
tem eternitatis claritatẽ. q̃ꝫ ſuperineffabilẽ
ꝛ humanis mentibꝫ non capificilẽ omnino
ſuperceleſtiũ ſubſtantiarũ ſupertranquilliſ
ſimã pacẽ. pie. pure. deuoteq̃ꝫ rimari. Quid
vero eſt taliter ſpeculantes in eandẽ imagi/
nem trãſformari. niſi quia cauſa ſuꝑactiue
ſuauitatis ſunt hec eadẽ que imaginati ſu/
mus. vt nos a nobis abſtractos ꝛ in ſeipſa
abſorptos. ita torrente voluptatis nos po/
tant. vt neceſſe ſit de terrenis in celeſtes. de
carnalibꝫ in ſpirituales. de hominibꝫ in q̃ꝺ
ammodo angelos transformari. Sic ergo
intelligo verbũ. in eandẽ imaginẽ transfor
mari. id eſt. in eadẽ imaginata. Bene auteꝫ
dicitur a claritate in claritatem tanq̃ꝫ a do/
mini ſpiritu quia ab ĩpo domini ſpiritu ma
nuducti ſuꝑſanctiſſimiſ diuinis ſplẽdoribꝫ

adimplemur.ꝛ ꝑ h̃ de cognitiõe in cognitõꝫ
ꝓficim⁹.ſicut ꝑ ꝓphetã dicit. In lumīe tuo
videbim⁹ lumē. Hec cõtemplatio vel inue/
ſtigatio q̄ſi nihil hꝫ ꝑiculi vel laboris.ĩ ani/
mo pio puro ꝛ vacãte.habet vtilitatē ineſti
mabilē.etiã ſi nihil inueſtiget. Guſt⁹ autē
eſt ſuꝑineſtimabilis diuīe dulcedinis ꝑ̄ſua/
uis quedã ꝛ inolita ꝑ̄libatio.ex cellario ſan
ctiſpũs in ſanctoꝝ ꝯtēplatiuoꝝ aĩas diſtil/
lata. Prelibatio dico.qm̄ ꝑ modicũ valde ē
qď nobis ex iſta tã ſuꝑ magna multitudine
diuīe dulcedinis tribuit.qď ꝓuiſiue ꝛ ſuꝑĩ/
effabili thearchica bonitate fieri nõ eſt du/
biũ.Dũ em̄ ſtillatim eternis ꝛ ſuꝑſuauibꝫ il
lis influitiõibꝫ recreamur.frequēti⁹ nos ĩpoſ
oratiõibꝫ extēdim⁹.atq3 ad cumulos oĩmo/
de plenitudinis anhelam⁹.Quis aũt vtrũ
q3 faciũt tñ pl⁹ alliciũt q3 reficiũt diuine ille
ꝑ̄libatiões.efficiũt em̄ eſuriē.nõ ſaturitatez
pariũt. Beneficio hui⁹ grad⁹ cognitio expe
riētie tribuit.ꝑ quã ſuꝑceleſtiũ ſubſtãtiaruz
cognitiõi cõformamur. Quicq̇d em̄ diuine
mētes nouerũt.h̃ illi⁹ experiētia ꝓbauerũt.
Quia ſic̃ ſol terris.ſic ĩpa ſimplici cognitiõi
ꝑ̄lata eſt. Glorioſi ꝛ felices illi q̇ ſuꝑ v̇ticem
h⁹ grad⁹ eleuati ſunt. Eructãt plane hi ab/
undantiã ſuauitatũ eternaꝝ nuptiarũ. va/
cant ꝛ vidēt q3 ſuauis eſt dñs. Quies eſt
toti⁹ aĩme mira quedã ꝛ ſuauis trãquillitaſ
ꝑ infuſam nobis ex frequētia oratiõis dul/
cedinē ꝯcreata. Solis valde ſpũalibꝫ expe
riētia hui⁹ quietis cõcedit. quibꝫ ꝛ dat etiaꝫ
ĩpas ſuꝑceleſtes ſubſtãtias ꝯtemplãdo trã
ſcendere. Suꝑignota em̄ bonitas ĩpis fa/
miliaris ſeĩpam eis immittit. ꝛ ĩpi tota v̇tu
te dilatato ſinu ſancti deſiderij potēter ſuſci
piũt beatas immiſſiões.aĩalibꝫ ꝛ ꝑ̄ſump/
tuoſis oĩno incognitas. Sic igit puris
ſanctoꝝ ꝯtemplatiuoꝝ animabꝫ. tã inſueto
nutrimēto ditiſſime adimpletis ſplēdeſcit
ĩpoꝝ ratio.dulceſcit cõcupiſcētia. hylareſcit
iraſcibilis.ex dilectiõe quoꝝ deificã illã q̇e/
tem nõ ambigim⁹ emanare. Hic grad⁹ glo
rioſior ꝛ ꝑ̄cioſior eſt.q̇ vltimo modo gradui
qui ſolũ patrie eſt appropinq̄t De ſeptimo
tuti⁹ tacendũ cēſui q3 loquēdũ.qm̄ nulli vi/
atoꝝ aſcēſus ſiue viſio hui⁹ grad⁹ patere po
tuit niſi illi celeſti paulo qui ſe raptũ vſq3 ad
huiuſmodi ꝑ ſacrã ſcripturaꝫ aſſerit. Felix
certe ſuꝑdulciſſime ꝛ glorioſiſſime virginiſ
marie aĩa cui hoc datũ eſt in via quod nulli
ſanctoꝝ aliquãdo poſſederũt. Portauit er/
go illã gloriã a qua portant ceteri Aſcendit
illa gradũ hũc ꝑ fidei cognitionē.deſcendit
ille ad eã ꝑ carnis aſſumptionē. Quid hũc
gradũ.hanc gl'iam cenſeã dicis. Nihil aliď
q3 ĩpm quē peꝑit.quē lacte virgineo educa/
uit.manibꝫ eburneis ꝯtrectauit.dulciſſimo
gremio fouit.pudiciſſimo vultu blandieba
tur.caſtiſſimo amplexu ꝯ̄plexa eſt. dominũ
noſtrũ Jeſum xp̃m. qui eſt benedict⁹ in ſe/
cula ſeculoꝝ Amen.

Finit tractatus ſancti Bonauen
ture ordinis fratrũ minorũ de ſe/
ptem gradibꝫ cõtemplationũ.

Incipit tractatul⁹ ſancti Bonauenture
de q̇nq3 feſtiuitatibꝫ pueri ieſu.

Mm ſꝫm uiroꝝ

c venerabiliũ (quos in eccleſia dĩ
diuina irradiatio amplius illu
ſtrauit.ꝛ celeſtis deuotio abun/
danti⁹ inflãmauit) ſentētiã ꝛ doctrinã. dul/
cis ieſu meditatio. verbi incarnati diuĩa cõ
templatio.deuotã aĩam ſuꝑ mel ꝛ oĩa vn/
gentoꝝ fragrãtia odoramēta ſuaui⁹ ꝛ dulci
us inebriat.ꝑfect⁹ ꝯſolat ꝛ cõfortat.hinc eſt
q꜄ cũ me a cogitationũ incidentiũ tumultu
paululũ ſubtraxiſſem.ꝛ intra memetipſum
cogitarē tacit⁹ q̇d de diuina incarnatiõe in
hoc tꝑe in mēte ꝑtractarē vñ aliquã ꝯſolati
onē ſpũalē reciperē.in qua diuinã dulcedi/
nem in hac lachrymaꝝ valle ꝑ ſpeculũ ꝺgu
ſtarē.vt ea aliquantulũ deguſtata. tꝑalem ꝛ
fantaſticã cõſolationē ꝑfectius faſtidirem.ĩ
cidit mēti mee ſecreti⁹ q꜄ aĩma deuota bene
dictũ dei patris verbi ꝛ filiũ vnigenitũ me
diãte grã ſpũaliter poſſet v̇tute altiſſimi ꝯci
pere.parere.noĩare.cũ beatꝭ magꝭ quererer ꝛ
adorare.ꝛ demũ deo pr̄i ſc̄m legē moyſi ĩ tē/
plo feliciter ꝑ̄ſentare. ꝛ ſic tãq3 v̇a xp̃iane re
ligionis diſcipula q̇nq3 feſta q̄ de puero ie/
ſu agit eccl'ia mēte deuota cũ oĩ reuerētia
valeat celebrare. Igit ſic̃ humilit ꝯcepi. ver
bis hũilibꝫ ꝯ̄ſcp̄ſi. ꝯcordãtias auctoritatuꝫ
breuitatꝭ cã ꝑ̄termiſi In q̄ tractatu breui
ꝛ hũili ſi vl' modicũ deuotõis meditãdo dul
ciſſimũ ihm q̇s legēdo ꝯcipiat.ĩpm tãq3 om
niũ bonoꝝ ꝓ̇ncipiũ fontē ꝛ auctorē laudet.
gl'ificet ꝛ bñdicat.ſi nihil vl' min⁹ ſufficient ꝛ
digne ſcribēti. vl' forte ſibi minus deuote ꝛ
humilit legenti ĩputet ꝛ aſcribat.

De quinqꝫ feſtiuitatib⁹ pueri ieſu

Prima ſolēnitas de cōceptiōe pueri ihū.

P Rimo igiꝰ purgato ītellectu ꝯtritio
nis lauacro ⁊ inflāmato ⁊ eleuato af
fectu dilectiōis igniculo. caſtꝫ medi/
tatiōib⸫. deuotꝫ cogitatiōib⸫ ꝑtractandū eſt
qualiꝰ iſte benedict⁹ dei fili⁹ xp̄s ieſus ſit a
deuota mēte ſpūaliter cōcipiend⁹. Cū ani/
ma deuota. vel ſpe celeſtis p̄mij. vel timore
eterni ſupplicij. vel tedio in hac lachrymarū
valle diuti⁹ ꝯmorādi. mota ac ſtimulata no
uis inſpiratiōib⸫ viſitaꝰ. ſanctis affectiōib⸫ ī
flammaꝰ. meditatiōib⸫ celeſtib⸫ anxiaꝰ. ⁊ tā/
dem abiectis ⁊ deſpectis veterib⸫ defectib⸫
⁊ priſtinis deſiderijs. nouo viuēdi ꝓpoſito a
patre luminū. a quo om̄e donū optimuꝫ. ⁊
datū ꝑfectuꝫ. ſpūaliter ſpū gratie fecundaꝰ.
q̄d aliō agiꝰ q̄ꝫ ꝙ ſupueniēte v̄tute altiſſimi.
⁊ obumbratōe celeſtꝫ refrigerij carnales cō
cupiſcētias mitigat. mētales oculos ad vi/
dendū cōfortat ⁊ adiuuat. pater celeſtis di/
uino quodā ſemīe aīaꝫ grauidā facit ⁊ fecū
dat. Poſt hūc ꝯceptū ſacratiſſimū pallet in
facie ꝑ verā humilitatē in ꝯuerſatiōe. faſtidi
um cibi ⁊ pot⁹ ꝯcipit in mēte plenario mū/
dialiū cōtemptu ⁊ abiectiōe. deſideria vari
anꝰ in affectiōe ex diuerſoꝝ bonoꝝ ꝓpoſita ī
tentiōe. aliqn̄ etiā infirmari ⁊ egrotare inci
pit aīma in ꝓprie volūtatis abiectiōe. Jam
em̄ incedit triſtis ⁊ turbulēta ꝓpter veterem
delictoꝝ ꝑpetrationē. ꝑ tp̄is omiſſiōe ꝑ ho
minū adhuc in mūdo mūdialiter viuentiū
ſocietate ⁊ ꝯuerſatiōe. Jam paulatim gra/
ue ⁊ tedioſum incipit eſſe om̄e qđ foris eſt.
⁊ foris cerniꝰ qđ intus ꝑcipiꝰ ⁊ audiꝰ. O fe/
lix cōceptus quē talis ſequiꝰ mūdi ꝯtēptus
⁊ celeſtiū opationū appetitus. Jā q̄ꝫuis ad/
huc modico guſtato ſpiritu deſipit caro cū
gemitu. Jā aīma cū maria mōtana aſcende
re incipit. poſt taleq̄ꝫ cōceptū faſtidiunꝰ ter/
rena. deſideranꝰ celeſtia ⁊ eterna. Jā fugere
incipit ſocietatē illoꝝ q̄ terrena ſapiūt. ⁊ ap/
petit familiaritatē eoꝝ q̄ celeſtia ꝯcupiſcunt
Jā incipit aīma cū maria miniſtrare eliza/
beth. h̄ eſt illis q̄s diuina gr̄a amplius ꝑ di
lectiōꝫ inflāmat. Et hoc valde notabile mꝉ
tiſq̄ꝫ neceſſariū eſt. q̄nto magis ſe a mōo ab
ſtrahūt. tāto familiari⁹ ſe bonis amicabiles
⁊ familiares reddūt vt tāto ampli⁹ ipis ma
loꝝ ꝯſortiū deſipiat. q̄nto dulci⁹ bonoruꝫ ⁊
ſpūaliū honeſta ꝯuerſatio eoꝝ affectū affic̄
⁊ inflāmat. Quia ſ̄m beatū Grego. q̄ ſcō vi
ro adheret. accidit vt ex ei⁹ aſſiduitate viſio
nis. vſu locutiōis. exēplo ꝯuerſatiōis accen
daꝰ in amore v̄itatiſ. pctōꝝ tenebras fugiat.
amore diuīe lucis inardeſcat. Unde Iſid.
Bonorū ſocietatē require. Accidit em̄ vt ſi
fueris ſoci⁹ ꝯuerſatiōis. eris ⁊ ſoci⁹ virtutū.
Hec cogitet fidelis aīma q̄ꝫ caſta. q̄ꝫ ſancta
q̄ꝫ deuota fuerint illaꝝ ſanctaꝝ colloquia. q̄ꝫ
diuina ſalutifera cōſilia. q̄ꝫ mirāde ſanctita
tis mutue ſocietatꝫ opa. dū vnaq̄q̄ꝫ aliā ver
bo ⁊ exēplo ꝓuocabat ad meliora. Sic tu o
deuota aīma facias. ſi te de ſpūſctō ꝯcepiſſe
noua celeſtꝫ vite deſideria ſentias. fuge ma
loꝝ ꝯſortia. aſcēde cū maria. quere viroꝝ ſpi
ritualiū ꝯſilia. imitari ſtude ꝑfectoꝝ veſtigia
ꝯtemplare bonoꝝ v̄ba opa pariꝰ ⁊ exempla
fuge ꝑuerſoꝝ venenoſa ꝯſilia. q̄ ſp ꝑuertere
querūt. impedire appetūt. lacerare non deſi/
ſtunt. noua ſanctiſpūs inſpirata deſideria.
⁊ ſepe ſub ſpecie boni ⁊ pietatꝫ vir⁹ īfundūt
impie tepiditatꝫ. dicētes. Nimis magnū eſt
qđ incipis. nimis arduū qđ ꝓponis. intole/
rabile qđ facis. vires tibi nō ſuppetūt. virtu
tes naturales deficiūt. caput ꝯfundiꝰ. oculi
deſtruunꝰ. infirmitates diuerſimode nutri
unꝰ. ptiſis. paralyſis. calcul⁹ ⁊ vertigo capitꝫ
oculoꝝ caligo. ſenſuū hebetudo. ratōis ob
nubilatio. viriū deſtructio. his om̄ib⸫ ſubia
cebis niſi ab inceptis abſtineas. ⁊ cōmodo
corꝑali ampli⁹ intēdas. ſtatū tuū nō decent
talia. ꝑ hec diminuiꝰ honor tu⁹ ⁊ reuerētia.
Uides ꝙ iā fact⁹ ē magiſter diſcipline ⁊ me
dicus corꝑis q̄ nec mores ꝓprios cōponere
nouit. nec curare ꝓpriā infirmitatem mētis
Heu heu q̄t ⁊ q̄ntos maledicta mūdialiuꝫ
ꝯſilia ſupplātauerūt. ⁊ cōceptū in eis ꝑ ſpūm
ſanctū dei filiū extinxerūt. Hec eſt illa potio
miſera ⁊ mortifera. ꝑſuaſio dyabolica. que ī
multꝫ ſpūalē ꝯceptū impedit. in pleriſq̄ꝫ cō/
ceptū iam ꝑ ꝓpoſitū formatū. vel ꝑ votū iā ꝑ
fectū interficit ⁊ extinguit. Sꝫ ſunt ⁊ alij q̄
videnꝰ ⁊ forte ſunt boni ⁊ religioſi. ſꝫ tamen
ſalua eoꝝ reuerētia nimis timidi. nō atten/
dētes nōdū abbreuiatā manū dn̄i vt ſalua/
re nequeat. nec cōſiderātes nondū diminu/
tam pietatē altiſſimi q̄n iuuare valeat. habē
tes zelū dei. ſꝫ nō ſ̄m ſciam. dū ex cōpaſſiōe
corꝑalis afflictōis. vel forte ex timore natu
ralis defectiōis. dū alios vident viriliꝰ age
re. qđ ipi iā dudū bonū ⁊ ſanctū iudicabāt.
⁊ tamē nō audebāt inchoare. retrahunt ho
mines ab opib⸫ ꝑfectiōis. Diſſuadēt ea que
excedūt ſtatū vite cōmunis. deſtruūt ſancta

cõſilia diuine inſpiratiõis.quoꝝ cõſilia rõe
vite quãto magis ſunt auctẽtica. tãto magꝫ
inueniunť ꝑiculoſa.Alij dicũt ⁊ multũ calli
de ex antiqui hoſtis adinuentiõe obijciunt.
Si talia vel talia feceris.ſanctꝰ ⁊ bonus re
ligioſus ⁊ deuotꝰ iudicaberꝫ.Et cũ in te nõ
dum ſit qđ eſſe in alijs putaris. in ↄſpectu
ſummi iudicis tua magna grauia ⁊ horren
da peccata cognoſcẽtis.reꝰ eris ⁊ amittꝫ me
ritũ oꝑis.⁊ ſimulator ⁊ hypocrita reputabe
ris Talia ⁊ ſimilia exercitia dicũt ďbere eſſe
illoꝝ ꝙ nihil mali fecerũt.ꝙ ſancte ⁊ innocẽ/
ter vixerũt.ꝙ oĩa ꝓpter deũ dimiſerũt.ꝙ to
to tempe vite ſue deo ꝑfecte adheſerũt.Sꝫ
⁊ hos deo deuota ⁊ dilecta aĩa deuita.mon
tem aſcẽde cũ maria Paulꝰ nõ ſine peccatis
vixerat nõ diu deo ſeruierat quãdo in terti
um celũ rapiebať.⁊ dñm facie ad faciẽ ↄtem
plabať. Maria magdalena tota ſuꝑba.to/
ta ambitioſa.tota mũdanis vanitatibꝫ intẽ
ta.carnis cupiditatibꝫ dedita. nõ lõge poſt
ad pedes ieſu inter aplo̕s ſanctos ſedit. Et
cũ intẽtione deuota doctrinã ꝑfectõis audi
uit. Prima omniũ in modico tpe videre de
um meruit.alijſqꝫ ꝟba veritatis ↄſtanter ꝑ/
poſuit. Nõ eñ eſt ꝑſonaꝝ deꝰ acceptor. non
pẽſat nobilitatẽ generis.nõ diuturnitatem
tꝑis.nõ multitudinẽ oꝑis .ſꝫ feruorẽ ampli
orẽ ⁊ charitatẽ maiorẽ deuote mẽtis. Non
eñ pẽſat qualis aliqñ fuiſti ſꝫ q̃lis eſſe amo
do cepiſti. Vñ taliter ↄſulentiũ cõſilia eẽnt
multũ repħenſibilia ſi nõ excuſarenť ſimpli
citate.licet nõ approbãda Tu ergo o anima
diuino ſemĩe grauida.fuge indocta cõſilia.
ſi nõ habes oculos linceoſ.noli abijcere hu
manos.meliꝰ eſt partẽ habere q̃ꝫ toto care/
re.malũ eſt ꝑdere ꝓpter ꝑdidiſſe.⁊ ſtultuꝫ eſt
nolle ꝓficere ꝓpter ďfeciſſe.ſi nõ potes ſalua
ri ꝑ innocentiã. ſtudeas ſaluari ꝑ penitẽtiã
ſi nõ potes eſſe katherina vel cecilia.nõ ↄtẽ/
nas eſſe Maria magdalena vel egyptiaca.
Si ꝑdidiſti iuuentutẽ. noli amittere ſene/
ctutẽ.ſi vixiſti in maris fluctibꝫ.moriaris in
littoris finibꝫ. Igiť ſi te ſentis ſancto ꝓpoſi/
to dei dulciſſimũ filiũ ieſum cõcepiſſe.predi
cta venena mortifera fuge. ⁊ feſtina deſide/
ria ⁊ affecta more ꝑturiẽtis feliciter ad ꝑtuꝫ
ꝑuenire. Sꝫ notandũ eſt ꝙ beata ꝟgo non
ſtatim poſt ↄceptiõeꝫ pepit filiũ.ſꝫ decurſis
nouẽ mẽſibꝫ genuit xp̄m qđ nõ vacat a my
ſterio.qꝛ nõ eſt oĩ ſpũi credẽdũ. Sꝫ o aĩa
deuota qñ nouis illuſtratiõibꝫ vel reuelati/
onibꝫ illuſtraris vel illuminarꝫ inſolitis in
ſpiratibꝫ.magne ꝑfectiõis ꝓpoſitꝫ intrinſecꝰ
inflãmaris.nõ ſtatim de tuo ↄſilio ad opus
ꝓpera.ſꝫ bene tecũ ⁊ cũ bonis ⁊ potiſſime cũ
illis qui in talibꝫ ſunt exꝑti delibera.vtrũ q̄
inſpirata ſunt liceãt.deceãt.⁊ expediãt.vtrũ
dictis ꝓphetaꝝ ſint ↄſona.vtꝝ doctris apo
ſtoloꝝ ⁊ ſanctoꝝ doctoꝝ aliqualiť ſint ↄtra/
ria.⁊ etiã vtꝝ exẽplis ſanctoꝝ int ſimilia vł
diſſimilia.⁊ ad opꝰ feſtina.ł ſtatim abſoluas
te ab his in tua ↄſciẽtia.qꝛ ꝑiculoſum eſt ta
les inſpiratiões diu ⁊ frequenť in mẽte cõ/
cipe.⁊ tñ ad affectũ boni oꝑis modicũ vł ni
hil ꝓperare.

Secunda ſolẽnitas de natiuitate pueri
ieſu.

Secũdo igiť attẽde ⁊ ↄſidera qualiť
benedictꝰ dei filiꝰ ſpũaliter naſcať in
mẽte. Naſciť eñ cũ poſt ſanũ ↄſiliũ
poſt diſcuſſum ſufficiẽter negociũ.poſt inuo
catũ diuinũ patrociniũ.ſanctũ ꝓpoſitũ ꝑdu
ciť ad effectũ.cũ iam aĩa incipit agere.oꝑe ꝑ
ficere.qđ diu ꝑtractauit in mẽte.cũ iam inci
pit viriliter agere qđ iã dudũ ꝓponebat ꝑfi
cere.ſꝫ tñ ſemꝑ formidabat inchoare. ꝙa ti/
mebat deficere. In iſta beatiſſima natiuita
te angeli iubilãt.deũ glorificãt.pacẽ p̄dicãt
Quia dũ qđ diu mẽte cõceptũ eſt ad effectũ
boni oꝑis ꝑduciť.pax interior reformatur.
Nõ eñ in regno aĩe pax diuina bñ geriť.
quãdo caro ſpũi ⁊ ſpũs carni reluctatur.qñ
ſpũs ſolitudinẽ.⁊ caro affectat multitudinẽ
qñ ſpũm xp̄s.⁊ carnẽ mũdus.qñ ſpũs q̃rit
quietẽ cõtemplatiõis cũ deo . ⁊ caro appetit
honorẽ p̄latiõis in ſeculo.Ecõtra poſtq̃ꝫ ca
ro ſpũi ſubiugať.poſtq̃ꝫ bonũ opꝰ qđ diu ꝑ
carnẽ eſt impeditũ ꝑduciť ad effectũ.pax et
exultatio interior reformať. In iſta natiui/
tate nõ audiť clamor lamẽtabił.nõ ſentitur
dolor lachrymabił.nõ ꝑcipiť cruciatꝰ miſe/
rabił.ſꝫ ãmiratio de ĩtegritate.exultatio de
nouitate.⁊ gł̃ificatio ď ſtrenuitate.O q̃ꝫ be
ata natiuitas quã tãta ſeq̇ť angło̕ꝝ ⁊ hoĩm
iocũditas.O igiť q̃ꝫ dulce ⁊ delectabile eſſꝫ
naturã oꝑari ſi ĩſania nos ꝑmitterꝫ. q̄ ſana
ta ſtatĩ naturalibꝫ gr̃a arridet.iã expiť ꝙ ve
rũ eſt illud euãgelicũ dictũ. Tollite iugum
meũ ſuꝑ vos ⁊ diſcite a me qꝛ mitꝫ ſũ ⁊ hũił
corde.⁊ inuenietꝫ requiẽ aĩabꝫ vr̃is . Iugũ eñ
meũ ſuaue ẽ ⁊ onꝰ meũ leue Sꝫ notãduꝫ
eſt ħ o aĩa deuota ſi te ħ iocũda ďlectet nati/
uitaſ.debes eẽ ꝑmo maria.nã maria ĩťꝑtať

amaꝝ mare. illumīatrix ⁊ dn̄a. Eſto ḡ amarum mare ꝑ lachrymoſam ↄtritiōeꝫ. vt pro peccatꝭ ↄmiſſis amariſſime doleas. vt d̄ bonis omiſſis ꝓfundiſſime īgemiſcas. de diebus neglectis ⁊ ꝑditis inceſſant̄ te affligas Eſto ſecūdo illumīatrix ꝑ honeſtā ↄuerſationē. ꝑ ꝟtuoſam oꝑationē. ⁊ ſtudioſam aliorū in bono informatiōꝫ. Eſto tertio domina ſenſuū. carnaliū ↄcupiſcētiaꝝ. oīm oꝑationū tuaꝝ. ⁊ om̄es actiōes ſc̄m rectū dictam̄ rōnis faciaſ. ⁊ ī om̄ibꝫ tuā ſalutē ⁊ ꝓximi edificatōem. diuinā laudē ⁊ gl'iam appetaſ ⁊ requiras. Hec eſt illa felix maria q̄ ꝓ peccatis ꝑpetratis dolet ⁊ ingemiſcit que ꝟtutibꝫ fulget ⁊ clareſcit. q̄ carnalibꝫ delectatōibꝫ dominat̄. Ab iſta maria ih̄s xp̄s cū gaudio ſine dolore abſqꝫ labore ſp̄ualiter naſci nō dedignat̄. Poſt hāc felicē natiuitatē cognoſcit ⁊ guſtat q̄ꝫ ſuauis eſt dn̄s ih̄s. Reuera ſuauis eſt qn̄ nutrit̄ ſanctis meditatiōibꝫ. quādo balneat̄ deuotis ⁊ calidis lachrymaruꝫ fontibꝫ. qn̄ inuoluit̄ caſtis deſiderioꝝ velaminibꝫ. portat̄ ſancte dilectiōis ī amplexibꝫ oſculat̄ crebris deuotiōis affectibꝫ. ⁊ ↄfouet̄ in interiorꝭ mētis ſinibꝫ. Nō em̄ ad h̄ naſcit̄ vt abijciat̄ ſꝫ vt cū ſumma diligētia more regaliū infantiū cuſtodiat̄ Hic nota fidelis aīma ꝙ in te ↄtingūt illa ſigna ſp̄ualiter. q̄ ī xp̄i natiuitate ↄtigerūt viſibiliter. Multis em̄ ſignis ⁊ ꝓdigijs ſc̄m doctoꝝ ſn̄iam ⁊ doctrinā eſt illa bn̄dicta natiuitas cōprobata Nā in ciuitate romana muri tēpli pacꝭ funditus corruerūt. Sodomite in toto orbe morte ſubitanea interierūt. Uinee engaddi illa nocte floruerūt ⁊ fructū balſami ꝓtulerūt. Fons aq̄ mutatꝰ eſt in fontē olei ⁊ fluxit vſqꝫ in tyberim. ⁊ manauit tota nocte illa. Stella magna apparuit q̄ formā pulcri pueri habuit. ⁊ ī capite crux ſplēdebat Treſ ſoles apparuerūt in oriēte. ⁊ paulatim ī vnū corpꝰ ſolare ſunt redacti. In die media circulus aureꝰ apparuit circa ſolē. ⁊ ī medio circuli ꝟgo pulcerrima puez geſtās ī gremio. Et q̇d plura. Iſtā natiuitatē beatiſſimā angeli mirabilit̄ p̄dicabāt. paſtores nūciabāt aīmalia bruta cognoſcebāt. Ecce iā vidiſti qualibꝫ ſignis ⁊ ꝓdigijs eſt viſibilit̄ mōſtrata natiuitas ſaluatorꝭ. Sꝫ iam aduerte diligēter fidelis aīma q̄ cupis eſſe ieſu mat̄ ex gr̄a. vtꝝ in te ſp̄ualiter īnouata ſint h̄ ſigna. immutata mirabilia. vt ſic poſſis aliqualit̄ certificari de hac natiuitate ſalutifera. Aduerte diligēter. cōſidera frequēter an aliq̇d in te corruerit templū h̄ eſt appetitꝰ vane ambitiōis ⁊ ſuꝑbie. vtꝝ ceciderit ydolū. i. affectus falſe poſſeſſiōis ⁊ auaricie. Utrū ne adhuc incurrūt ſodomite. ſ. carnalis delectationis ⁊ ↄcupiſcētie. Hec ſunt q̄ſi ꝓma ſigna iſtiꝰ natiuitatꝭ ſalutifere. qn̄ iā aīma ſe ſentit euacuatā ab ambitiōe ꝑ ꝟtutē humilitatis. alienatā ab auaricia ꝑ deſideriū pauꝑtatis purgatā a macula luxurie ꝑ amorē caſtitatꝭ Poſt hec ↄſidera cū magna diligētia vtruꝫ adhuc floreat aliq̇d vinea balſami. i. multitudo ſanctaꝝ affectōnū. vtꝝ fluat fons olei id ē. de tuo corde exeāt oꝑa miſericordie. vtꝝ ille tres ſoles. i. tres theologice ꝟtutes oriant̄ in oriēte. i. in deuota mēte. ⁊ vniant̄ iter ſe mutua federatiōe. Uide etiā ſi ſtella noue claritatꝭ. i. diuīe cognitiōis adhuc aliq̇d fulgeat. Si circulꝰ aureꝰ iuxta ſolē. i. ſancta affectio iuxta cognitionē appareat. Si ꝟgo cū puero illic ſedeat. i. ſi orō pura cū deuotō ne ſincera in affectiōe ꝑmaneat. Poſt h̄ omnia ſi adorēt aīmalia. i. ꝑfecte obediat ſenſitiua. Si querūt reges. i. deſiderijs ⁊ affectionibꝫ nouis ad ih̄m mouent̄ ꝟtutes intellectuales. Si angeli. i. om̄es habitꝰ ꝟtuoſi ꝓ mētis hilaritatē iubilēt. ꝓpter mētis trāquillitatē pacē nunciēt. ꝓpter cordis ſerenitateꝫ ieſum p̄dicēt. Et poſtremo ſubtilit̄ ↄſidera ſi paſtores. i. ſancte meditatōes paruulū naſcētū ieſum tibi datū in p̄ſepio inueniāt. Preſepe eſt ↄſciētia inferiꝰ clauſa ꝑ ↄtemptū mūdanoꝝ. ſuꝑiꝰ aꝑta ꝑ deſideriū eternoꝝ Hic eſt locꝰ reƋetiōis pauꝑis regis. Illic pꝰ natiuitatē a mr̄e reponit̄. ibi a paſtoribꝫ iuenit̄ O felix p̄ſepe q̄ ↄtines. Regē gl'ie in te inuenio vt iumētū. ⁊ refectoriū angeloꝝ. d̄ te paſcunt̄ bruta aīalia. ⁊ reficit̄ aīma deuota. te licet improꝑe tn̄ felicē p̄dico. ſꝫ multo feliciorem dico deuotā ↄſciam. q̄ nō eſt id qd̄ tu ꝑ eſſentiā. Sꝫ tn̄ ↄtinet ſp̄ualiter qd̄ tu ↄtinebas corꝑaliter.

Tertia ſolēnitas de impoſitiōe nomis pueri Ieſu.

Ertio ↄſiderandū qualit̄ ille beatiſſimꝰ infantulꝰ ſp̄ualiter natꝰ ſit nominādꝰ Et puto ꝙ nō poteſt noīari cōgruentiꝰ q̄ꝫ ieſus. q2 ſcriptū eſt. Uocatū ē nomē eiꝰ ieſus. qd̄ vocatū eſt ab angelo priuſq̄ꝫ cōciꝑet̄ in vtero. Hoc eſt nomē ſacratiſſimū a ꝓphetis ꝓpheratū. h̄ eſt nomē ꝟtuoſū gratioſum. gaudioſum. delicioſū. glorioſū.

Virtuoſum qꝛ ſupat hoſtes.ↄgregat ciues
repat vires.reuocat mẽtes. Gratioſum. ꝗa
in ipo habemꝰ fidei fundamẽtũ.ſpei firma/
mentũ.charitatis augmentũ.iuſticie cõple
mentũ. Gaudioſum.qꝛ iubilꝰ in corde.me/
los in aure.mel in ore.ſplẽdor in mẽte. No/
men vtiqꝫ delitioſum qꝺ paſcit cogitatũ. le/
nit ꝓlatũ.vngit inuocatũ.reficit ſcriptũ. in/
ſtruit lectũ. Nomẽ reuera glorioſum.qꝺ de
dit cecis viſum.ſurdis auditũ.ſermonẽ mu
tis.vitã mortuis.⁊ greſſum claudis. O no/
men benedictũ qꝺ oñdit tantũ ꝩtutum effe
ctum. O aĩa ſiue ſcribas ſiue legas ſiue do/
ceas.ſiue aliud qꝺcũqꝫ opꝰ facias.nihil tibi
ſapiat.nihil tibi placeat niſi Jeſus. Nomẽ
igiꝛ tuũ infantulũ in te ſpũaliter genitũ Je
ſus. Habeat ſibi ꝙ nomiaꝛ dei filiꝰ.ſplẽdor
glorie.imago ſubſtãtie.verbũ patris. virtuſ
omnipotẽtis.heres vniuerſoꝝ.rex regũ.do
minꝰ dñoꝝ. Habeat ſibi ꝙ dꝛ xp̃s.i.vnctus
⁊ bñ.qꝛ in ꝓphetã vt claruit in doctrine eru/
ditiõe.in pugilẽ ſicut patuit in diaboli ꝺbel
latione.in ſacerdotẽ ſicut oñdit in patrꝫ re/
cõciliatione.in regẽ ſicut mõſtrabit in p̃mi
orum retributiõe. Habeat hec om̃ia ſibi cũ
ſuis beatꝫ cõmunia. Sit tm̃ tibi Jeſus.id ẽ
ſaluator ĩ huiꝰ vite incolatu ⁊ miſeria. Sal
uet inqꝫ te a mũdi vanitate q̃ te impugnat.
a demonis falſitate q̃ infeſtat.a carnali fra
gilitate que te cruciat. Clama deuota inter
tot huiꝰ vite flagella. O ieſu ſaluator mũdi
ſalua nos.ꝗ ꝑ crucem ⁊ ſanguinẽ redemiſti
nos.ſalua inqꝫ dulciſſime ſaluator ↄfortan
do debilẽ.ↄſolando flebilẽ.adiuuãdo fragi
lem.ↄſolidãdo inſtabilẽ. Sꝫ heu vnum eſt
qꝺ cũ fletu referã.qꝺ nõ vacat a myſterio. ꝙ
nõ ſtatim vt naſciꝛ circũcidiꝛ ⁊ nominaꝛ. ſꝫ
ſꝫm leges dies octaua expectaꝛ. Puto ꝙ ꝑ
ſeptenariũ ꝗ in octonario includitur. vni/
uerſitas diuinaꝝ ⁊ moraliũ ꝩtutũ cũ vnita/
te ⁊ vinculo pacis figuraꝛ. Quia poſtqꝫ om
nia ꝑ fortitudinẽ aduerſa tolerauit. ꝑ iuſti/
ciã miſeros ⁊ egẽtes ſuſtẽtauit ꝑ tꝑantiã cõ
cupiſcẽtias ſupauit.ꝑ prudentiã mũdi ⁊ an
tiqui hoſtis inſidias declinauit. Adhuc pꝰ
qꝫ ꝑ fidẽ deũ omniũ creatorẽ intellexit. per
ſpem in eũ tãqꝫ remuneratorẽ in om̃ibꝫ opi
bus ſuis aſpexit.ꝑ charitatẽ eũ tãqꝫ omniũ
bonoꝝ largitorẽ toto corde dilexit. Et de/
mũ die octauo circũciſis ab aĩa om̃ibꝫ fan/
taſticis imaginatiõibꝫ.om̃ibꝫ vanis ⁊ inuti
libꝫ cogitatiõibꝫ.pacatis om̃ibꝫ aĩe motibꝫ.
⁊ inordinatis affectiõibꝫ.ꝑ exercitiũ ↄtẽpla
tionis in dño dulciter requieſcit. Tũc pu/
er noiaꝛ.tũc dulce nomẽ ieſus imponiꝛ. tũc
eiꝰ dulcedo ſentiꝛ ⁊ guſtaꝛ.tũc expiꝛ ꝩtutez.
tũc ꝑcipit iocunditatẽ. O q̃ntã ſepius ſenſit
dulcedinẽ poſt illã beatã nois impoſitiõez
illa felix mater naturalꝭ ⁊ vera mater ſpũaliſ
virgo maria.qñ ꝑcepit in hoc nomie demo
nia eijci.cecos illuminari .infirmos curari.
mortuos ſuſcitari.miracula cumulari. Sic
certe tu o aĩa mater ſpũalis merito debes
gaudere ⁊ exultare qñ tu ꝑcipis in te ⁊ ĩ alijſ
ꝙ tuꝰ benedictꝰ filiꝰ Jeſus demones fugat
in peccati dimiſſiõe.cecos illuminat in vere
cognitiõis infuſione.mortuos ſuſcitat in g̃
tie collatiõe.infirmos curat.claudos ſanat
paralyticos ⁊ ↄtractos rectificat in ſpiritu/
ali cõfortatiõe.vt iã efficianꝛ fortes ⁊ virileſ
ꝑ grãm.ꝗ ꝑus erãt debiles ⁊ infirmi ꝑ cul/
pam. O qꝫ felix ⁊ beatũ nomẽ qꝺ tantã me/
ruit habere ꝩtutẽ ⁊ efficaciã. Aliqñ letificat
aliqñ vſqꝫ mẽtis ebrietatẽ infundit. ⁊ ſuam
dulcedinẽ cõmunicat.

Quarta ſolẽnitas de magoꝝ adoratiõe

Quarta ſolẽnitas q̃ cõſiſtit in mago
rũ adoratiõe. Poſtqꝫ etiã aĩma iſtuꝫ
dulciſſimũ pueꝝ ꝑ grãm ſpũaliꝛ cõ/
cepit.pepit ⁊ noiauit.tres reges.i.tres aĩme
vires que bñ reges dicunꝛ. que iã carni p̃n
cipanꝛ.ſenſibꝫ dñanꝛ.in ſolis diuinis ſtudi/
is ſicut decet vere reges occupanꝛ.puerũ iã
ꝑ effectꝰ multiplices eis reuelatũ in ciuitate
regia.h eſt in totiꝰ mũdi machina eſtimant
eſſe querendũ. Querũt igiꝛ meditatiõibꝫ.re
quirũt affectiõibꝫ.interrogãt deuotis cogi/
tatiõibꝫ.vbi eſt ꝗ natꝰ eſt. Vidimꝰ ſtellã eiꝰ ĩ
oriẽte.vidimꝰ claritatẽ eius fulgentẽ ĩ deuo
ta mẽte.vidimꝰ ſplendorẽ eius radiantẽ in
intimis aĩme. Audiuimꝰ eius vocẽ q̃ eſt dul
ciſſima. Guſtauimꝰ eiꝰ dulcedinẽ q̃ eſt ſua/
uiſſima. Percepimꝰ eiꝰ odorẽ ſuauiſſimum
Expti ſumꝰ eiꝰ amplexũ delicioſiſſimũ. Jã
herodes redde rñſum.oſtẽde dilectũ.mon/
ſtra infantulũ deſideratũ. Propter tuã glo/
riam videndã nõ venimꝰ.ꝓpter tuã gratiaꝫ
obtinendã nõ ꝓperauimus.ꝓpter tuã maie/
ſtatẽ adorandã nõ feſtinauimꝰ. Tua enim
gratia ipiꝰ eſt factura.tua maieſtas ipiꝰ crea
tura.tua iocũditas ſua eſt potẽtia.tua opu/
lentia ipiꝰ vmbra.tua nobilitas.tua magni/
ficentia eſt ſue infinite bonitatis ⁊ nobilita
tis modica ſcintilla. Jn te inuenimꝰ ꝗ ipm

cognoſcimus amamꝰ ⁊ deſideramꝰ. non in
quo requieſcere debeamꝰ. Tuꝰ honor ⁊ de/
cus eſt ſui decoris nutꝰ. Dic igit̃ ne ꝓtrahaſ
vbi eſt qui natꝰ ē. Ubi eſt ergo lõgitudo bre
uis. magnitudo leuis. altitudo ſubdita. la/
titudo anguſta. Ubi lux lucẽs. aqua ſitienſ
panis eſuriẽs. Dic nobis vbi potẽtia regit̃
ſapiẽtia inſtruit̃. virtꝰ ſuſtentat̃. verbũ p̃ris
lactat̃. Dic nobis vbi eternꝰ dei filiꝰ infans
inuenieẗ. Ubi ſplẽdor patr̃ne glorie pãnis ĩ
uolutus cernit̃. Ubi audiemꝰ in cunabul'
vagientẽ qui eſt miſeroꝝ cõſolatio. Ubi vi/
debimꝰ inter brachia infantulũ baiulatũ. q̇
eſt angeloꝝ ⁊ hominũ. celoꝝ ⁊ creaturaruꝫ
omniũ cõſeruator ⁊ ſolidatio. Hũc deſide/
ramus. hũc querimꝰ. O dulciſſime. o amã/
tiſſime puer eterne. infans antique. quãdo
te videbimꝰ. quãdo te inueniemꝰ. quãdo añ
faciẽ tuã apparebimꝰ Tedet gaudere ſine te
delectat gaudere tecũ ⁊ flere tecũ. Omne qđ
tibi eſt aduerſum nobis eſt moleſtũ. tuũ be
neplacitũ eſt noſtꝝ indeficiẽs gaudiũ ⁊ deſi
deriũ. O ſi tam dulce eſt flere de te. q̃ꝫ dulce
erit gaudere de te. Ubi ḡ es quẽ querimus
Ubi es quẽ in oĩbꝫ ⁊ p̃ oĩbꝫ deſideramꝰ
⁊ affectamꝰ. Ubi es q̇ natꝰ es rex iudeoruꝫ.
lex deuotoꝝ. dux miſeroruꝫ. lux cecoꝝ. vita
morientiũ. ſalꝰ eterna eternaliter viuẽtium.
Et ſequit̃ reſpõſio ꝯueniens. In bethleem
iude. Bethleẽ domꝰ panis. Juda ꝯfitens
interp̃tat̃. Ibi em̃ xp̃s inuenit̃ vbi poſt con
feſſionẽ criminũ panis celeſtis vite. id ē. do/
ctrina euãgelica audit̃. rumiat̃. ⁊ deuota mẽ
te retinet̃. vt ope impleat̃ ⁊ aliĳs adimplen/
da ꝓponat̃. Ibi puer ieſus cũ maria matre ĩ
uenit̃. vbi poſt lachrymoſam ꝯtritiõeꝫ. poſt
fructuoſam ꝯfeſſionẽ dulcedo celeſtis cõſo
lationis aliquãdo inter abũdantiſſimas la
chrimas ꝺguſtat̃ vbi oratio quẽ pene deſpe
rantẽ inuenit. gaudentẽ ⁊ de venia p̃ſumen
tẽ derelinquit. O felix maria a qua Jh̃s cõ/
cipit̃. de qua ieſus naſcit̃. ⁊ cũ qua tã dulcit̃
⁊ gaudẽter ieſus inuenit̃. Sed notãduꝫ
eſt hic ꝙ ieſus queſitꝰ legit̃ a regibꝫ. ⁊ hoc vt
ip̃m cũ oĩ reuerẽtia adorarẽt. A doctori/
bus vt ab ip̃o veritatis documẽta cũ ſum/
ma diligẽtia audirẽt. A ſpõſa vt ſue ſuauita
tis dulcedinẽ ꝑ ſecreta colloquia deguſtarꝫ
A maria matre vt ip̃m ꝑditũ repiret. et ab
ea ſe amplꝰ nõ alienaret. Sic vos o reges
hoc eſt. deuote aĩme vires naturales queri/
te cũ regibꝫ terrenis vt adoretiſ. munera of

feratis. Adorate cũ reuerẽtia. quia creator
⁊ redẽptor ⁊ remunerator. Creator in natu
ralis vite formatiõe. Redẽptor in ſpiritual'
vite reformatõe. Remunerator in eterne vi
te collatiõe. O vos reges adorate cũ reue/
rentia q2 rex potẽtiſſimꝰ. Adorate cũ decen
tia. quia magiſter ſapiẽtiſſimꝰ. Adorate cũ
leticia q2 p̃nceps liberaliſſimꝰ. Adorate in/
q̃ꝫ gaudẽter quia eſt dux equitatis. Adora/
te decẽter. quia eſt lux veritatꝭ. Adorate fer
uenter. quia eſt fax charitatis. Nec ſufficiat
vobis oratio niſi cõcomitet̃ oblatio. Offer/
te inq̃ꝫ aurũ dilectionis ardẽtiſſime. Offer/
te thus cõſolationis deuotiſſime. Offerte
myrrhã cõtritionis amariſſime. Aurũ dile
ctionis ꝓpter bona collata. Thus deuotio
nis ꝓpter gaudia p̃parata. Mirrhã ꝯtritio
nis ꝓpter peccata ꝑpetrata. Aurũ offerte et
ne diuinitati. Thus aĩme ſanctitati. Mir/
rham corporꝭ paſſibilitati. Querite etiaꝫ o
reges cũ doctoribꝫ vt vobis pandat ſecreta
ſue inſcrutabilis ſapiẽtie. vt oſtẽdat magna
lia ſue ammirabilis potẽtie. vt vos doceat
beneplacita ſue volũtatis ⁊ ꝯplacẽtie. Que
rite inq̃ꝫ cũ reuerentia quomõ oĩa tã po/
tenter de nihilo creauerit. quomõ cũcta tã
ſapiẽter ĩ vniuerſo ordinauerit. quomodo
ſingula tã clementer ſuo ineſtimabili bono
decorauerit. Querite humiliter ſi homĩ fas
eſt in hac vita inueſtigare qualiter ille tres
ꝑſone coequales ⁊ coeterne ſubſiſtãt ĩ vna
⁊ indiuidua ſubſtãtia. ⁊ hoc in trinitate be/
atiſſima. Qualiter ille tres ſubſtãtie videli/
cet carnis ⁊ aĩme ⁊ deitatis cõueniãt ĩ vna
ꝑſona. ⁊ hoc in xp̃i incarnatõe ſacratiſſima
Qualiter ab eterno pater a nullo. filiꝰ a pa/
tre ſolo. ſpiritusſanctꝰ ab vtroq̃ꝫ. Ip̃e quem
queris doctor eſt ⁊ cognitor oĩs veritatꝭ.
a quo oĩs veritas principaliter queritur Ad
Poſt quẽ veritas exẽplariter ꝑducitur
quẽ oĩs veritas finaliter reducit̃ ⁊ ordia/
tur. Ip̃e eſt doctor qui docet omnẽ verita/
tem. Ueritatẽ vite. quã in multis deſtruxit
lutoſa guloſitas. veritatẽ doctrine quã heu
ĩ pleriſq̃ꝫ excecauit voluptuoſa vanitas. ve/
ritatẽ iuſticie. quã effugauit ꝑiculoſa auidi/
tas. Querite ergo vos reges deuoti ieſum.
vt vos doceat omnẽ veritatẽ. Ueritatẽ vite
vt ſciatꝭ qualiter voſip̃os vtiliter regere de/
beatis. Ueritatẽ doctrine vt cognoſcatꝭ q̃/
liter ſubiectos laudabiliter dirigatis. Ue/
ritatem iuſticie vt intelligatis qualiter deo

ſeruiliter ſeruiatis. Querite etiã Jeſum ali/
quando cũ ſpõſa dilectiſſima in orto delici
arum. vbi deambulat cũ adoleſcẽtulis. vbi
lilia colligit cũ virginibus. vbi comedit fru/
ctus pomorũ ſuoꝝ cũ iuuenculis. Querite
in cella vinaria vbi cenam ſuã preꝑauit. ad
quã ſuas ſpecialiſſimas amicas (que ſequũ
tur eũ quocũqꝫ ierit) tm̄ inuitauit. vbi p̄cin
get ſe ⁊ faciet eas diſcũbere ⁊ trãſiens perſo/
naliter miniſtrat eis. vbi amminiſtrat fercu
la varia de pinguedine ſue eterne nobiliſſi/
me ⁊ ſecretiſſime diuinitatis. vbi ꝓpinat po/
cula ſue dulciſſime ⁊ caſtiſſime humanitatꝭ
Certe illic bibũt amice. ſed inebriantᷣ chariſ
ſime. Querite tandẽ in cubiculo. vbi requi/
eſcit cũ ſponſa inter amplexus ⁊ oſcula. vbi
cubat in meridie quãdo ſplendor eterne ve
ritatis tã luculẽter lucet. ardor ſuꝑne chari
tatis tã dulciter ardet. Jbi inſtillat auribꝫ
ſpõſe ſecretiſſima ſue ꝓfunde ⁊ inſcrutabiliſ
ſapiẽtie. Jbi donat altiſſima munera ſue ſũ
me ⁊ incõparabilis magnificẽtie. Jbi iocatᷣ
ibi blanditᷣ. ibi cõſolatᷣ. ibi dilectã alloquitᷣ.
dicens. Pete qđ vis ⁊ dabitᷣ tibi. O q̄ꝫ felices
qui Jeſum in hoc cubiculo ſecretiſſimo in/
ueniũt. qui hoc cubiculũ intrare preſumũt.
O q̄ꝫ pauci eũ in orto delitiaꝝ inueniũt. ſed
pauciores in cella vinaria reperiũt. pauciſſi
mi vero nõ niſi ſecretiſſimi amici cubiculuꝫ
intrare p̄ſumunt. Quia ſcriptũ eſt. Adiuro
vos filie hieruſalẽ ne ſuſcitetis neqꝫ euigila
re faciatis dilectã donec ip̄a velit. Unde ſuf
ficiat vos o reges q̇ adhuc terrena ſapitis.
qui adhuc tempꝑalia diſponitis ꝙ Jhm ali
quãdo poſt diligentẽ inquiſitiõem in preſe/
pio inueniatis. Ueſtra em̄ ꝯſcientia adhuc
forte nõ eſt facta ortus deliciaꝝ. vbi florent
ſancte meditatiões. redolẽt virtuoſe opera/
tiões vbi vigẽt delicioſe affectiões. Nec for
te minꝰ ꝑfecte dici poteſt cella vinaria vbi il
la celeſtia fercula odorantᷣ. illa vina angeli/
ca guſtantᷣ. quibꝫ amici aliquãdo hic in ter/
ris ꝯſolãtur. Sed heu minime vt timeo di
ci poteſt cubiculũ omnibꝫ creaturis abſcon
ditũ. ſoli ſpõſo preꝑatũ ſtratũ ⁊ ornatũ. vbi
ſponſus cũ ſponſa. dilectꝰ cum dilecta req̇/
eſcit inter ſecreta ⁊ indicibilia ſui familiariſ
oſcula. vbi ſepe audiuntᷣ talia ⁊ taꝫ archana
que quidẽ intelliguntᷣ ſed nõ dicuntᷣ. q̇a for
te vel exprimi nequeũt. vel ab hominibꝫ ſm̄
hominẽ viuentibꝫ percipi nũq̄ꝫ poſſũt. Si
tamen ex abũdantia diuine pietatis aliquã
do ip̄m poſt fletũ ⁊ planctũ. poſt luctũ ⁊ ge/
mitum. poſt poſitũ ſeculare negociũ ad mo
dicum vidiſtis in orto deliciaꝝ. vel forte qđ
magis verũ eſt ante fores adhuc vob̄ clau/
ſas ꝑ foramen inſpexiſtis in cellã vinariam.
⁊ vidiſtis ſpõſum ornatũ ⁊ ſuccinctũ. tranſe
untẽ. miniſtrantẽ. ꝓpinãtem ſuis amicis va
ria fercula ⁊ vina deliciaꝝ. ⁊ ſtatim ignota ⁊
incognita. nec adhuc ad talia admittenda.
per ianitores expulſi ⁊ repulſi fuiſtis. et ite/
rato heu ad ſolita ⁊ mũdana rediiſtis. Sed
tamen poſt hoc ad cor reuerſi. nõ immemo
res illiꝰ iocunde ſocietatis quã gaudio cor/
dis in orto deliciaꝝ aſpexiſtis. Nec nõ ⁊ illꝰ
beatiſſime iocũditatis ⁊ ſolẽnitatis quã de
ſolatam ꝑ rimulã inſpexiſtis. de qua neſcio
quale ſolatiũ. ſed tamẽ tale quod exuperat
omnẽ ſenſum ⁊ omne huiꝰ mundi cõuiuiuꝫ
per ſpiramentũ modicũ ſenſiſtis. Tũc cum
Maria matre Jeſum perditũ cũ dolore et
merore querite. Currite cũ planctu ⁊ gemi/
tu poſt Jeſum querendũ. Querite tũc ⁊ flẽ/
tes dicite. O quãdo te inueniemus cõſola/
torem quẽ expectamus. Quãdo te inuenie/
mus gaudiũ noſtrũ quod deſideramꝰ. O
ſi anima noſtra adhuc redire ſemel valeat.
⁊ ſi nõ ad amplexus ⁊ oſcula. ſaltem vbi re/
dolet ortus d'liciaꝝ. ⁊ ſuauiſſime fragrat cel
la vinaria. Jam aĩa per teipſam quere di
lectum tuũ quẽ cõcepiſti. tuus eſt filiꝰ quem
genuiſti. ⁊ quare dimiſiſti a quo tot ⁊ tam ĩ/
ſolita gaudia ſuſcepiſti. O vos reges incliti
vos principes ⁊ defenſores ⁊ cooperatores
mei. Uos hactenꝰ queſiuiſtis vt regem qui
vos ſua gratia coronaret. vt doctorẽ q̇ vos
ſua ſapiẽtia illuſtraret. vt cõſolatorem q̇ ſua
clemẽtia vos reficeret. Nunc ſuꝑeſt vt ego q̄
ram filiũ quẽ perdidi dilectuꝫ. quem amiſi
amantiſſimũ Jeſum meũ. quẽ heu infelix ⁊
Secūdo fortificat cōtra tribulationes ⁊ aduerſa. vt patet in martyribꝫ. Circa qđ ſic dicit Bernardꝰ in. lxj. ſermone ſup Cātica. Inde tollerātia martyrū ꝓuenit ꝙ in chriſti vulneribꝫ tota deuotiōe verſetur et iugi meditatōe demoret̃. In illis ſtat martyr tripudians ⁊ triūphans. toto licꝫ lacerato coꝛpore. ⁊ rimāte latera ferro. Vbi ḡ tunc anima martyrꝭ. Nēpe in vulneribꝫ Jhu. ⁊ vulneribꝫ nimiꝝ patētibꝫ ad introeundū. Si ī ſuis eſſet viſceribꝫ. ſcrutāś ea ferrū. pꝛofecto ſentiret doloꝛē. nō ferret ſuccumberet ⁊ negaret. Hucuſqꝫ Bernardꝰ. Inde eſt ꝙ non ſolū martyres ſꝫ ⁊ cōfeſſoꝛes in tribulationibꝫ ⁊ infirmitatibꝫ ſuis tantā patientiā habuerūt ⁊ tota die habēt. Si legas de beato Franciſco ⁊ de beata virgine Clara matre ac duciſſa tua. poteris inuenire quomodo ī multis tribulationibꝫ penurijs ⁊ infirmitatibꝫ. nō ſolū patiētes. ſed etiā hilares exiſtebant. Idē quotidie videre potes in ducentibꝫ ſanctā vitā. hoc ideo quia ipoꝝ aīe nec erāt nec ſunt in eoꝝ coꝛpoꝛibꝫ ſꝫ in xp̄i ex deuota meditatiōe vite ipſiꝰ. Tertio dico ꝙ docēt circa gerenda vt nec hoſtes nec vicia irruere vel fallere poſſint. hoc ideo quia ꝑfectio virtutū reperit̃ ibidē. Vbi eīm virtutes excelſe pauꝑtatis. eximie humilitatis. ꝓfunde ſapiētie. oꝛatiōis. māſuetudinis. obediētie. patiētie. ceterarūqꝫ virtutū exēpla et doctrinā ſic inuenies ſicut in vita dn̄i virtutū. De hoc ſic bꝛeuiter ait Bernardꝰ ſermone xxij. ſup Cātica. Incaſſum ꝓinde quis laborat in acquiſitōe virtutū. ſi aliūde eas ſperādas putet q̄ꝫ in dn̄o virtutū. cuiꝰ doctrīa ſeminariū pꝛudētie. cuiꝰ miſericoꝛdia opꝰ iuſticie. cuiꝰ vita ſpeculū temperātie. cuiꝰ moꝛs

inſigne eſt fortitudinis. Hucuſqꝫ Bernar/
dus. Qui ergo eū ſequit̃ errare non poteſt
neqꝫ falli. Ad cui⁹ virtutes imitādas ⁊ adi/
piſcendas ex frequenti meditatione coꝛ ac/
cendit̃ ⁊ animat̃. Deinde illuminat̃ virtute
ita ꝙ ⁊ virtutē induit. ⁊ a veris falſa diſcer/
nit. adeo vt plures fuerūt illitterati qui mag̃
ꝓfunda dei myſteria cognouere. Unde cre
dis ꝙ beat⁹ Franciſc⁹ ad tantā virtutū co/
piam ⁊ ad tam luculentā intelligentiaꝫ ſcri/
pturaꝝ. ad tā etiā perſpicacē noticiā fallaci/
arum hoſtiū ⁊ vicioꝝ ꝑuenerit. niſi ex fami/
liari cōuerſatōe ⁊ meditatione domi ſui ihu
Propterea ſic ardēter afficiebat̃ ad ipaꝫ. vt
quaſi ſua pictura fieret Nā in cunctis ꝟtuti
bus q̃ꝫ ꝑfectius poterat imitabat̃ eandeꝫ. et
tandē complēte ac ꝑficiente ihu per imp̄ſſio
nem ſacroꝝ ſtigmatū fuit in eū transſforma
tus totaliter. Uides ergo adq̃ꝫ excelſū gra/
dum meditatio vite xp̄i ꝑducit. ſed ⁊ tanq̃ꝫ
fundamentū efficax ad maiores cōtempla/
tionis ſublimat grad⁹ quia ibidē inuenitur
vnctio. q̄ paulatim purificans ⁊ eleuās ani
mā docet de oīb⁹ de quib⁹ non eſt ſermo
ad p̄ſens. Nūc autē te in ip̄as vite xp̄i medi
tationes aliqualiter introducere cogitaui.
ſed vellē ꝙ hoc a magis experto. magiſq̃ꝫ do
cto acciꝑes. quia in talib⁹ maxime inſuffici/
ens ſum. Uerūtamē iudicans melius foꝛe
aliqua vtcūqꝫ dicere q̃ꝫ penitus tacere. Ex/
periar impotētiam meā. ⁊ familiariter tecuꝫ
loquar rudi ⁊ impolito ſermone. tum vt me
lius poſſis que dicunt̃ caꝑe. tū vt non aurē
ſed mentē ſtudeas inde reficere Non eſt eñ
in oꝛnatis ſermonib⁹ ſed in dñi ihu medita
tionib⁹ inſiſtendū. Ad quod etiā Hiero. do
ctrina inducimur dicētis Sermo rudis vſ
qꝫ ad coꝛ penetrat. politus autē paſcit aureſ
Spero aūt ꝙ ruditati tue confert aliquid
mea modicitas. ſꝫ ⁊ in hoc magis ſpero. ꝙ
ſi te in his exercitari ſedula meditatiōe vo/
lueris ip̄m dominū d̄ q̄ loquimur magiſtꝝ
habebis. Nō aūt credas ꝙ oīa que ꝑ ipꝫ
dixiſſe vel feciſſe cōſtat meditari poſſimus.
vel ꝙ oīa ſcripta ſint. Ego vero ad maio/
rem impꝛeſſionē ea ſic. ac ſi ita fuiſſent nar/
rabo ꝓut contingere vel cōtigiſſe credi poſ/
ſunt. ſm̄ quaſdā imaginarias rep̄ſentatōes
quas anim⁹ diuerſimode ꝑcipit. Nam ⁊ cir/
ca diuinā ſcripturā meditari. exponere ⁊ in
telligere multifarie ꝓut expedire credimus
poſſumus. dūmodo non ſit cōtra veritateꝫ

vite. iuſticie. ac doctrine. ⁊ non ſit contra fi/
dem. ⁊ contra bonos moꝛes. Cū autem me
narrantē inuenies. ita dixit vel fecit domin⁹
ieſus ſeu alia que ītroducūt̃ ſi illud per ſcri/
pturā pꝛobari non poſſit. non aliter accipi/
as q̃ꝫ deuota meditatio exigit. Hoc eſt. ꝓin
de accipe. ac ſi dicerē mediteris. ꝙ ita dixit
vel fecit domin⁹ Jeſus. ⁊ ſic de ſimilibus
Tu aūt ſi ex his fructū ſumere cupis. ita te
p̄ſentē exhibeas his que ꝑ dominū Jeſum
dicta ⁊ facta narrant̃. ac ſi tuis auribus au/
dires. ⁊ oculis ea videres. toto mentis affe
ctu diligēter delectabiliter ⁊ moꝛoſe omnib⁹
alijs curis ⁊ ſolicitudinib⁹ tunc omiſſis.
Quare te p̄coꝛ dilecta filia vt hunc laboꝛeꝫ
meū quē ad laudē domini Jeſu ⁊ tuum ꝓfe
ctum ⁊ meā vtilitatē aſſumpſi. letanter ſuſci
pias. ⁊ letanti⁹ deuotius ⁊ ſollicitius te exer
ceas in eodē. Initiū de incarnatione ſumē
dum eſt. ſed quedā ip̄aꝫ pꝛeceſſiſſe meditare
poſſumus. tā in celis circa deuꝫ ⁊ angelos
ſuos beatiſſimos. q̃ꝫ in terris circa virgineꝫ
glorioſiſſimā que mihi videntur pꝛimit⁹ ex
plicanda. Et iō de ip̄is videam⁹.

De ſolicita pro nob̄ interceſſione angelo
rum. Capl̃m. ij.

c Um ꝑ longiſſima tempa vltra ſpaci
um quinqꝫ miliū annoꝝ miſerabi/
liter iaceret gen⁹ hūanū. ⁊ null⁹ ꝓpter
peccatū pꝛimi homis aſcēdere poſſet ad pa
triam. beatiſſimi angelici ſpiritus compati
entes tāte ruine. ac de ſua reſtauratione ſo/
liciti. licet etiā pluries. ꝓmo tamen aduenie
te plenitudine tēpoꝛis deuoti⁹ ⁊ inſtantius
taliter ſupplicarūt domino. ꝓcidentes in fa
cies ſuas ante thronū eius ſimul oēs cō/
gregati. ⁊ dixerūt. Domine placuit maieſta
ti veſtre ⁊ rationalē creaturā. ſcꝫ hominem.
ꝓpter veſtrā bonitatē vt ip̄e eſſꝫ hic nobiſcū
⁊ vt nobis ex ipſo noſtrarū contingeret re/
ſtauratio ruinarū. Sed ecce perēūt omnes
⁊ nemo ſaluat̃. et in tot annoꝝ curriculis h̄
videmus ꝙ de omnib⁹ hoſtes noſtri trium
phant. ⁊ de ip̄is non noſtre ruine ſed tarta/
ree ſpelunce replent̃. Ut quid ergo domine
naſcūtur. quare tradunt̃ beſtijs anime con
fitentes tibi. ⁊ ſi ſm̄ iuſticiā veſtram hoc fi/
at. tamen miſericoꝛdie temp⁹ eſt Et ſi pꝛimi
parentes veſtrū mandatū incaute trāſgreſ
ſi ſunt. ſubueniat miſericoꝛdia veſtra. Me/
mentote ꝙ ad ſimilitudinē veſtram creaſtiſ
eos Aperite dñe miſericoꝛdie manū veſtrā

⁊ implete misericordi.er.oculi omnium ſpectant ad vos.ſicut oculi ſeruorum ad manꝰ dominoꝝ ſuoꝝ donec miſereamini ⁊ ſubueniatis remedio ſalutari humano.

De contentiōe inter misericordiā ⁊ iuſticiam.veritatem ⁊ pacem.

Capitulum.iiij.

b Is dictis miſericordia pulſabat viſcera patris vt ſubueniret.ſecū pacem habēs.Sed cōtradicebat veritas.habēs ſecū iuſticiam.Et inter eas magna cōtrouerſia facta eſt.prout narrat beatus Bernardꝰ pulcro ⁊ longo ſtilo.ſermōe primo de annūciatione.Sed ego ſuccincte vt potero referā ſummā.Frequēter em̄ ipſius dicta melliflua intendo adducere.ſꝫ plerūq̄ cum exceptione ꝓpter prolixitatē vitandam.In hoc ergo loco hec eſt dicti ſui ſumma.dicebat dña miſericordia.Nunquid in eternū ꝓijcies domine.aut obliuiſceris miſereri.⁊ hoc ei longo tempe ſuſurrabat.Reſpondit dominꝰ.Vocenł ſorores veſtre q̄s contra vos paratas videtis ⁊ eas parił audiamus.Quibꝫ vocatis incepit miſericordia.Eget miſeratione diuina creatura rationalis.quoniā miſera facta eſt.⁊ miſerabilis valde.venit tempꝰ miſerēdi ⁊ iam preterijt.Ecōtra veritas.Oportet dñe implere ſermonē quem locutꝰ es.Totus moriatur adam cū omnibꝫ qui in eo erant quādo preuaricādo pomū guſtauit.Dixit miſericordia.Ut quid ergo dñe me feciſti.Scit eim ipa veritas ꝙ ego perij ſi nunq̄ miſereberſ Ecōtrario ipa veritas.Si predictā tuam ſententiā p̄uaricatoꝛ euaſerit.perijt ⁊ ꝟitas tua.⁊ nō permanet in eternū.Fuit ergo hec queſtio miſſa ad filium.Ipa autē veritas ⁊ miſericordia corā eo eadē dicebant.et addebat veritaſ.Fateoꝛ dñe ꝙ beato zelo mouetur miſericordia.ſed nō ſm̄ iuſticiā que potius p̄uaricatori vult parcere q̄ ſorori. At miſericordia.Tu neutro parcis ⁊ tanta indignatiōe ſeuis cōtra preuaricatorē vt inuoluas pariter ⁊ ſororē.Sed nihilominꝰ veritas fortiſſime allegat.Dñe contra te ē que ſtio intorqueł.⁊ eſt cauendū ne verbum patris euacueł.Dixit pax.Parcite vobis a ꝟbis iſtis.virtutū non eſt honeſta contentio Vides controuerſiā magnā ⁊ rationes fortes ⁊ efficaces.Nō videbał quomodo circa hominē poſſent ⁊ miſericordia ⁊ veritas cōſeruari.Scripſit aūt rex ſententiā.quā paci que ꝓpinquius ei ſtabat dedit legendā.ſic continentē.Hec dicit Perij ſi adam nō moriatur.Et hec dicit.Perij ſi nō miſericordiam conſequał.Fiat mors bona.⁊ habent vtriq̄ qđ petūt.Obſtupuerūt oēs in ꝟbo ſapiētie ⁊ ꝯſenſerūt ꝙ moriał adā mīaꝫ ꝯſeq̄ndo.Sꝫ q̄rūt quō mors ꝑt fieri bōa.cū horribilis ſit ipo auditui.Rn̄dit rex Mors peccatoꝝ peſſima.ſꝫ mors ſctōꝝ ꝓcioſa ⁊ ianua vite.Inueniał qui ex charitate moriał.non obnoxius morti.⁊ ſic mors non poterit tenere innoxiū.ſed faciat in ea foramen ꝑ qđ tranſeāt liberati.Placuit ſermo.Sꝫ vbi talis poterit inueniri reſpōderunt.Redijt ergo veritas ad terrā.⁊ miſericordia remāſit in celo.Nam iuxta prophetiā.Dñe in celo miſericordia tua ⁊ veritas tua vſq̄ ad nubes.⁊ circuit orbē terraꝝ.Et nemo mūdus a ſorde nec infans vnius diei.Sed a miſericordia pluſtratur celū ⁊ neminē inuenit q̄ ſufficientē ad hoc habeat charitatē.Omnes enim ſerui ſumꝰ.⁊ qui cū bene fecerimus dicere debemꝰ.quia inutiles ſerui ſumus.Et cū nullus inueniręł qui maiorē charitatem haberet vt animā ſuā pro ſeruis inutilibuſ poneret.redeūt ad conſtitutā diē anxie plurimū.nō inuento qđ deſiderabāt dixit pax.Vos neſcitis quicq̄ nec cogitatis.non eſt qui faciat bonū.non eſt vſq̄ ad vnū.ſed qui dedit conſiliū ferat auxiliū.Intellexit hoc rex ⁊ ait.Penitet me feciſſe hominē.Penitētiam me agere oportet ꝓ homine quē creaui.Et vocato gabriele dixit. Uade dic filie ſyon.Ecce rex tuus venit.Hucuſq̄ Bern̄.

Uides ergo q̄ magni periculi fuit et eſt peccatū.⁊ q̄ magna difficultas eſt remediū inuenire.In hoc ergo conſenſerūt predicte virtutes ꝓcipue in perſona filij.Nam perſona patris aliqualiter videł terribilis ⁊ potens.⁊ ſic ſuſpicari qđammodo potuiſſent pax ⁊ miſericordia.Perſona vero ſpiritus benigniſſima eſt.⁊ ſic ſuſpicari poterant veritas ⁊ iuſticia.Unde perſona filij tanq̄ media accepta eſt ad hoc remedium faciēdum hoc autē non ꝓprie.ſed appropriate intelligaſ. Tunc ergo impletū eſt illud propheticum Miſericordia ⁊ veritas obuiauerunt ſibi. iuſticia et pax oſculate ſunt. Et hec de his que in celis contingere potuerunt poſſumꝰ meditari.

De vita Marie virginis ⁊ ſeptem petitionibus eius.

Capitulū.iiij.

Circa virginem ex qua incarnatio
facta fuit meditari poſſumus vitā
ipſius. Unde ſcire debes ꝙ dum
eſſet triū annorū fuit a parentibuſ
oblata in templum.et ibi ſtetit vſqꝫ ad deci
mūquartū annum. Quid autē ibi fecerit ſci
re poſſumus ex reuelationibꝰ ſuis factis cu
idam ſue deuote. Et creditur ꝙ fuit ſancta
Elizabeth.cuius feſtuꝫ ſolenniter celebra/
mus. In quibꝰ hec inter alia continentur.
Cum inquit pater meus ⁊ mater mea me
dimiſerūt in templo.ſtatui ī corde meo ha/
bere deū in patrem.⁊ deuote ac frequenter
cogitabam quid poſſem facere deo gratuꝫ
vt dignaretur mihi dare gratiam ſuā.et fe/
ci me doceri legē dei mei. Ex omnibꝰ prece/
ptis diuine legis tm̄ tria precepta precipue
ſeruaui in corde meo.videlicet Diliges do
minū deum tuū ex toto corde tuo.et ex tota
anima tua.et ex tota mente tua.et ex omni/
bus viribus tuis. Item diliges proximuꝫ
tuum ſicut teipm̄. Item habebis odio ini/
micum tuū. Iſta inquit ſeruaui in aīo meo
et ſtatim om̄es virtutes comp̄hendi que in
ipſis continētur.et ita volo te facere. Anima
autē aliquam virtuteꝫ habere non poteſt ſi
deū toto corde non diligat. Ab iſto ei amo/
re deſcēdit om̄is gratie plenitudo ſine qua
nulla virtus ī aliquā deſcēdit. nec pſeuerat
in anima.ſed fluit vt aqua niſi ſuos inimi/
cos.id eſt.vicia et peccata habuerit odio
Qui vult ergo ſuā gratiam habere et poſſi
dere.oportet eū cor ſuum ad amorē et odi/
um ordiare. Uolo ergo te facere vt faciebā
ego. Surgebā enim ſemp in noctis medio
⁊ pergebā ante altare templi.⁊ tanto deſide
rio ⁊ tanta voluntate ⁊ tanta affectione q̄n
ta poterā ⁊ ſciebam petebā gratiam ab om
nipotenti deo obſeruādi illa tria precepta.
⁊ om̄ia alia mandata legis. Et ſic ſtando
ante altare ſeptem petitiōes domino facie/
bam que ſunt he. Primo enim petebam
gratiā qua poſſem implere dilectionis pre/
ceptum.ſcilicet ipſum diligere ex toto.⁊c̄.

Secundo petebaꝫ gratiam qua poſſem
diligere proximū ſm̄ voluntatem ⁊ benepla
citum ſuū.⁊ vt faceret me amare omnia que
ipſe amat ⁊ diligit. Tertio petebaꝫ vt me
faceret odire ⁊ fugere omnia que odit.

Quarto petebā humilitatem. patientiā.
benignitatē.⁊ manſuetudinē.⁊ omnes ꝟtu/
tes per quas efficerer gratioſa ante conſpe/
ctum ſuū Quinto petebā vt faceret me vi
dere tempus in qua eſſet nata illa beatiſſi/
ma virgo que debebat filiū dei parere.et vt
conſeruaret oculos meos vt poſſem eā vi/
dere.linguā vt poſſem eam laudare.manus
vt poſſem ei ſeruire.pedes vt poſſem ire ad
ſeruitiū ſuum.genua vt poſſem adorare dei
filium in gremio ſuo. Sexto petebā gra/
tiam obediendi mandatis ⁊ ordinationibꝰ
pontificis templi. Septimo petebam vt
templū ⁊ vniuerſum populū ſuū ad ſeruiti
um ſuū conſeruaret His auditis dixit an
cilla chriſti. O dulciſſima domina non era
tis vos gratia ⁊ virtutibꝰ plena. Reſpondit
beata virgo. Pro firmo ſcias ꝙ ita me r̄pu/
tabam reā vt viliſſimam ⁊ gratia dei indig/
nam ſicut tu. Propterea petebā ſic gratiam
⁊ virtutes. Et iterū. Filia tu credis ꝙ om/
nem gratiā quā habui habuerim ſine labo
re ſed non eſt ita.immo dico tibi ꝙ nullam
gratiā donum vel virtutē habui a deo ſine
magno labore.continua oratione. ardenti
deſiderio.pfunda deuotione.multis lachri
mis.⁊ multa afflictione.dicendo. cogitādo
ſemper placita ſibi ſicut ſciebam ⁊ poteram
excepta ſanctificatiōis gratia qua ſanctifi/
cata fui in vtero matris. Et addidit. pro fir
mo ſcias ꝙ nulla gratia deſcendit in aīam
niſi per orationē ⁊ corporis afflictionem.
Poſtqꝫ autē dedimus deo que per nos poſ
ſumus licet ſint pauca.ipſe venit in animaꝫ
ſecum ferēs iſta altiſſima dona ꝙ videt̄ ani
ma in ſeipſa deficere.⁊ perdit memoriam.⁊
non recordat̄ ſe feciſſe vel dixiſſe aliquid do
gratum.⁊ tūc videt̄ ſibiipſi vilior ⁊ deſpecti
or q̄ꝫ vnqꝫ fuerit. Hucuſqꝫ de dictis reuela/
tionibus. Beatꝰ vero Hieronymus ꝺ vi
ta ipſiꝰ ſic ſcribit. Hāc ſibi regulā beata vir
go ſtatuerat.vt a mane vſqꝫ ad horam terti
am orationibus inſiſteret. A tertia vſqꝫ ad
nonam externo ope ſe occuparet. A nona
vero iterū ab oratione nō recedebat quouſ
qꝫ dum illi angelus appareret. de cuius ma
nu eſcam accipere ſolebat.⁊ meliꝰ in ꝺi ope/
re ⁊ amore proficiebat. Fiebat vt in vigiliis
inueniretur prior.in ſapientia legis dei eru
ditior.in humilitate humilior.carminibus
dauiticis elegantior.in charitate glorioſior
in puritate purior.in omni virtute perfecti
or. Erat enim conſtans ⁊ immobilis.⁊ cum
quotidie melius tranſiſſet hanc iraſcentem

nullus vel vidit vel audiuit. Omnis ſermo
eius ita erat gratia plenus. vt cognoſceret̃ ĩ
lingua eius deus. Semꝑ in oratione et in
ſcrutatione legis dei permanebat. Et erat
ſolicita circa ſocias ſuas ne aliqua ex eis in
vllo ſermone peccaret. ne aliqua in r.ſuꝫ vo
cem ſuam exaltaret. ne aliqua iniurias aut
ſuperbiã contra parem ſuaꝫ exerceret. Si/
ne intermiſſione benedicebat deum. ⁊ ne for
te in ſalutatione ſua a dei laudibus tollere/
tur. ſi quis eam ſalutabat. illa pro ſalutatio/
ne ſua deo gratias reſpondebat. Deniqꝫ
primũ ex ipſa exijt vt dum ſalutant̃ homĩeſ
ſancti deo gratias dicant. De eſca quam
de manu angeli accipiebat. ipſa reficiebat̃.
Quã vero a põtificibus templi accipiebat.
pauperibus erogabat. Quotidie videbat̃
ei angelus loqui. ⁊ quaſi chariſſime ſorori
vel matri obtẽperabat ei. Hucuſqꝫ Hiero/
nymus. In decimoquarto autem anno
fuit beata virgo maria deſponſata Joſeph
per diuinã reuelatõnẽ. ⁊ redijt in nazareth
quod qualiter fuerit factũ inuenies in legẽ
da de natiuitate ſua. Et hec ſunt que ante ĩ
carnationẽ domini Jeſu poſſumus medi/
tari. ipſa rumines bene ⁊ delecteris in eis. to
to affectu ea memorie commẽdando ⁊ ope/
re adimplendo quia deuotiſſima ſunt. Nũc
ad incarnatiõem veniamus.

De incarnatione chriſti Caplm quintum

p Oſtq̃m autem venit plenitudo tẽ
poris vel deliberaſſet. quomodo
ordinauit ſumma trinitas huma/
no generi prouideri per incarnationem ꝟ/
bi propter nimiã charitatem ſuam qua ip/
ſum genus humanũ diligebat commouen/
te eum miſericordia ſua. ⁊ nihilominus ad
inſtantiam ſupernorũ ſpirituũ ⁊ beata vir/
go Maria rediſſet nazareth. vocauit deus
omnipotens Gabrielẽ archangelum. et di/
xit ei. Uade ad dilectiſſimã filiam noſtram
Mariã deſponſatam Joſeph. ſuper oĩes
creaturas nobis chariſſimã. et dic ei ꝙ fili/
us meus concupiuit ſpeciẽ ſuam. et ſibi eaꝫ
elegit in matrem. ⁊ roga eam vt ipſum letã/
ter accipiat. quia per eam ſalutem toti⁹ ge/
nerꝭ humani operari decreui. ⁊ obliuiſci vo
lo iniurie mihi facte. Attende hic ⁊ recor/
dare que tibi in principio ſupra dixi. vt di/
ſcas omnibus que dicunt̃. ⁊ fiunt te exhibe
re preſentem. Hic ergo imagineris ⁊ aſpici/
as deum vt potes. quia incorporeus eſt. ſꝫ
aſpice eum tanq̃m magnũ dominũ ſedentẽ
in ſolio excelſo. vultu benigno. pio. et pater/
no quaſi reconciliare volentem. ſiue recon/
ciliatum eſſe. Hec verba dicentẽ. ⁊ Gabrie/
lem facie hilari ⁊ iocunda flexis genibus et
inclinato vultu timoroſo ⁊ reuerenti amba
ſiatam domini ſui attente ſuſcipientem.
Surgẽs igitur gabriel iocundus ⁊ gau
dens volitauit ab altis ⁊ in humana ſpecie
in momento fuit coram virgine Maria in
thalamo domuncule ſue manente. Sꝫ nec
cito ſic volauit quin preueniret̃ a deo. ⁊ ſan/
ctam ibi trinitatẽ inuenit. que preuenit nun
cium ſuũ. Scire namqꝫ debes ꝙ excelſum
incarnationis opus totius trinitatis fuit.
licet ſola perſona filij fuerit incarnata. quẽ/
admodũ ſicut tunicam induenti duo ex la/
teribus eius ſtantes adiuuarẽt eum et tu/
nice manicas tenerent. Nunc ergo et hic
bene aſpice ⁊ tanqꝫ ipſi facto preſens exiſte/
res intellige omnia que dicunt̃ ⁊ fiunt. O
qualis fuit ⁊ nunc eſt in meditatione tua illa
domuncula vbi tales ſunt ⁊ talia exercẽtur
Nam licet vbiqꝫ ſit ſancta trinitas. tamẽ ibi
nunc aliquo ſingulari modo eſſe mediteris
ratione ſingularis operationis. Ingreſ/
ſus ergo Gabriel paranymph⁹ fidelis ad
virginẽ mariam dixit. Aue gratia plena do/
minus tecũ. Benedicta tu in mulieribus.
Ipſa vero turbata nihil reſpondit. Non fu
it turbata turbatione culpabili. nec de viſi/
one angeli. quia eos ſepe videre ſolita erat.
ſed iuxta verba euangelij turbata fuit ĩ ſer
mone eius cogitans de nouitate talis ſalu/
tationis. Non enim ſic eã conſueuerat ſalu
tare. In qua ſalutatione cum videret ſe de
tribus cõmendari. nõ poterat humilis dña
non turbari. Cõmendabat̃ eĩn ꝙ eſſet gra/
tia plena. ⁊ ꝙ domin⁹ erat ſecũ. ⁊ ꝙ erat bñ/
dicta ſuꝑ omnes mulieres. At humilis nõ
poteſt ſui cõmendatiõem ſine rubore ⁊ tur/
batione audire. Turbata ergo fuit ex vere/
cundia honeſta ⁊ virtuoſa. Cepit etiã time/
re an h̃ eſſet verꝫ. nõ ꝙ ñ crederet angelũ ꝟa
loqui. ſꝫ ex eo ꝙ ꝓpriũ eſt in humilibꝫ ꝙ non
examinãt ſuas ꝟtutes ſꝫ defectus poti⁹ ru/
minãt. vt ſic ſꝑ ꝓficere poſſint reputãteſ ma
gnã ꝟtutẽ ꝑuã. ⁊ ꝑuũ defectũ magnũ valde
Tãqꝫ ꝗ prudẽs ⁊ cauta pauida ⁊ pudoroſa
nihil rſpõdit. Quid enĩ rñdiſſet. Diſce et tu

exemplo ſuo tenere ſilentiũ ⁊ taciturnitatez
amare. quia magna ⁊ vtilis valde talis vir/
tus eſt. Nam ip̃a bis prius audiuit q̃z ſemꝫ
reſponderet. Abominabile em̃ eſt virginez
eſſe loquacẽ. Angelus em̃ cauſam ſue dubi
tationis cognoſcẽs dixit. Ne timeas Ma/
ria. nec verecũderis de laudibꝫ quas dixi ti/
bi. quia ſic eſt veritas. Nec ſoluz ipſa gratia
plena. ſed eã toti generi humano recupaſti
⁊ reinueniſti a deo. Nã ecce concipies ⁊ pa/
ries altiſſimi filiũ. qui te elegit in ſuã mr̃em.
ſaluabit om̃es in eũ ſperãtes. Tunc ipſa re
ſpondit. nõ tamẽ confitẽdo nec negãdo cõ/
mendationes p̃fatas. ſed de alio certificari
volens de quo modo plus dubitabat. ſ. ne
perderet virginitatẽ ſuaz. Queſiuit ergo ab
angelo huiꝰ cõceptionis modũ dicẽs Quõ
fiet iſtõ. que virginitatẽ meã firmiſſime do/
mino meo deuoui. nec in perpetuũ hoĩem
cognoſcã. Et angelus. Fiet ꝑ operationez
ſpiritusſancti. qui te ſingulari modo reple/
bit. ⁊ eius virtute cõcipies ſalua tibi virgini
tate tua. ⁊ ideo filiꝰ tuus vocabit̃ filius dei.
Nihil em̃ ei eſt impoſſibile. Nam elizabeth
cognata tua cũ eſſet ſenex ⁊ ſterilis. iam ſũt
ſex menſes q̃ filiũ virtute dei cõcepit. In/
tuere hic p̃ deo ⁊ meditare qualiter tota tri/
nitas eſt ibi expectãs reſponſionẽ ⁊ ꝯſenſuz
huius ſue filie ſingularis. amãter ⁊ delecta
biliter aſpiciens verecundiã eius et mores
⁊ verba. Et etiã qualiter angelus diligẽter
⁊ ſapienter inducit eã. ⁊ ordinat verba ſua.
ſtans inclinatus et reuerẽs coram dña ſua
vultu placido ⁊ ſereno. fideliter exequẽs am
baſiatã ſuam. ⁊ attẽte obſeruans verba ꝺo
mine vt poſſit congrue reſpondere. et ſuper
hoc opere mirifico perficere dñi volũtatem
Et qualiter etiã domĩa ſtat timorate ac hu/
militer. facie pudoroſa preuenta ab angelo.
⁊ ex improuiſo in verbis iſtis nõ extollitur
neq̃z ſe reputat. Et cũ audit magnalia de ſe
qualia alicui nunq̃z dicta fuerunt totuz di/
uine gratie aſcribebat. Diſce ergo eiꝰ exem/
plo eſſe pudoroſa ⁊ humiliſ. quia ſine his ꝟ/
ginitas parũ valet. Gaudet prudentiſſima
virgo ⁊ auditis verbis angeli conſenſit. Et
vt in ſuis reuelationibꝫ contineẗ ꝓfunda de
uotione genuflexit. ⁊ iunctis manibꝫ dixit.
Ecce ancilla dñi fiat mihi ſcḋm verbum tuũ.
Tũc filius dei ſtatim totus ⁊ ſine mora itra
uit vterum ꝟginis. ⁊ ex ea carnem aſſũpſit.
⁊ totus remanſit in ſinu patris. Potes au/
tem pie imaginari qualiter ipſe filius tanq̃z
obedientiã ⁊ laborioſam legationẽ ſuſcipi/
ens. patri ſe inclinauit ⁊ recõmendauit. ⁊ in
eodem inſtanti anima creata ⁊ infuſa fuit. ꝑ
fectus homo ſcḋm om̃ia corporis lineamẽta
ſed paruulus valde. ita q̃ ĩ vtero poſtea na/
turaliter creſcebat vt aliȷ̃. ſed non fuit dilata
infuſio anime vel membroꝝ diſtinctio vt ĩ
aliȷ̃s. Erat em̃ perfectꝰ deus ſicut perfectus
homo. ⁊ ita ſapiẽs ⁊ potens vt eſt modo.
Gabriel aũt tunc cũ domina ſua ſimiliẗ ge/
nuflexit. ⁊ parũ poſt cum ea ſurgens ſe iterꝫ
inclinans vſq̃z ad terrã ⁊ valefaciens ei diſ/
paruit. ⁊ ad patriã rediens hoc narrauit. et
fuit ibi nouũ gaudiũ ⁊ nouũ feſtum ⁊ exul/
tatio magna nimis. Dña vero tota inflam/
mata ⁊ in amore dei magis ſolito ſuccenſa.
ſentiẽs ſe concepiſſe genibꝫ flexis gr̃as egit
de tanto dono. humiliter ⁊ deuote ſupplicã
eidẽ vt eam dignaret̃ inſtruere. ita q̃ in his
que circa filiũ ſuum faciẽda occurrerẽt. fa/
ceret ſine defectu. Conſiderare antez de/
bes quanta eſt hodierna ſolennitas. ⁊ iubi/
lare in corde tuo ⁊ agere dies leticie. Inau/
dita eſt em̃ vſq̃z modo a ſeculis nec vnq̃z fu
erat. Talis nãq̃z hodie eſt ſolennitas dĩ pa/
tris qui nuptias fecit filio ſuo in deſponſa
tione humane nature quã hodie filius ſibi
vniuit inſeꝑabiliter. Hodie eſt ⁊ ſolennitas
nuptiaꝝ filiȷ̃ ⁊ dies natalis eius in vtero. ſꝫ
poſtea erit ex vtero. Hodie eſt ſolẽnitas ſan
cti ſpiritꝰ. propter hoc opus mirificum ⁊ ſin
gulare ipſiꝰ incarnationis. quod eidẽ attri/
buitur. ⁊ hodie incepit oſtẽdere benignitatẽ
ſingularẽ humano generi. Hodie eſt ſolẽni
tas glorioſa dñe noſtre que a patre in filiaz
a filio in matrẽ. ⁊ ſpiritusancto in ſponſam
eſt recognita ⁊ aſſumpta. Hodie eſt ſolenni
tas totiꝰ celeſtis curie. quia incboatur eorũ
reparatio. Hodie eſt multomagis ſolenni/
tas humane nature quia eius ſalus incepit
⁊ redemptio. ⁊ totius mũdi reconciliatio. et
ſublimata eſt atq̃z deificata. Hodie nouam
obedientiã ſuſcepit filius a patre de noſtra
peragenda ſalute. Hodie a ſummo celi egre
diens exultauit vt gygas ad currendum vi
am ⁊ ſe recluſit in orto vteri virginalis.
Hodie etiaz factus eſt vnus ex nobis ⁊ fra
ter noſter. et cepit peregrinari nobiſcum.
Hodie de celo lux ꝟa deſcẽdit ad tollẽdas ⁊
fugãdas nr̃as tenebras. Hodie pãis viuꝰ q̃
dat vitam mũdo decoquitur in virginalis

vteri clibano. Hodie verbū caro factum eſt
vt habitaret in nobis. Hodie clamores et
deſideria patriarcharū ⁊ prophetarū exau/
dita ſunt ⁊ impleta. Clamabāt deſiderio in
enarrabili ⁊ dicebāt. Emitte agnū domine.
⁊c̄. Et iterū. Rorate celi deſuper. Et iteruꝫ
Utinā dirūperes celos ⁊ deſcēderes. Et ite
rum. Dn̄e inclina celos tuos ⁊ deſcēde. Et
iterum. Dn̄e oſtēde nobis faciē tuam ⁊c̄. Et
talia mlta de quibꝫ tota ſcriptura eſt plena.
Nam hodiernā diē vehementiſſime expe/
ctabant. Hodie eſt principiū ⁊ fundamen/
tum omniū ſolennitatū ⁊ initiū totiꝰ noſtri
boni. Nā vſqꝫ nūc indignatꝰ eſt dominꝰ cō/
tra genꝰ humanū ꝓpter tranſgreſſionē ꝑmo
rum parentū. ſed ammodo vidēs filiū ho/
minē factū non vlteriꝰ iraſcet̄. Hodie dicit̄
eſſe tempis plenitudo. Uides admirabile
opus ⁊ q̄ꝫ ſolenniſſimū factū ſit iſtud. totum
eſt delectabile. totū iocundū. totum deſide/
rabile. ⁊ cū omni deuotiōe ſuſcipienduꝫ. in
iubilatiōe. leticia ⁊ exultatione ducendum ⁊
omni veneratiōe digniſſimū. In his ergo
meditare. in his delectare ⁊ iocūdaberis. et
forte oſtēdet tibi dn̄s ampliora ⁊c̄.

Quomodo beata virgo viſitauit Eliza/
bet. Et quomodo Magnificat ⁊ Benedi/
ctus facta fuerunt.

Capitulum ſextum.

Poſt hec recogitās domina verborū
angeli que dixit de cōſobrina ſua eli
zabeth. eā viſitare ꝓponit ad congra
tulandū eidē. ac etiam ſeruiendū Iuit ergo
vna cū Joſeph ſpōſo ſuo a nazareth ad do
mū ipſiꝰ que diſtabat a hieruſalē per q̄ttuor
decim vel q̇ndecim miliaria vel circa. Non
ergo retardat̄ aſperitate vel longinquitate
vie. ſed cū feſtinatione iuit. quia nolebat diu
i publico videri. Et ſic non erat ex conceptu fi
lij aggrauata. vt alijs mulieribꝫ ꝯtingit. nō
enim fuit dominꝰ Jeſus oneroſus matri.
Conſpice ergo hic quomodo vadit ſola
cum ſpōſo ſuo regina celi ⁊ terre. ⁊ nō eques
ſed pedes. nō ducit frequentiā militum vel
baronū. nō camerariū ⁊ domicellarū comi/
tiuam. Uadūt autē cū ea paupertas. humili/
tas ⁊ verecūdia. omniūqꝫ virtutū honeſtas
Eſt ⁊ dominꝰ ſecū magnā ⁊ honorabilē co/
mitiuā habēs. ſed nō ſeculi vanā ⁊ pōpoſaꝫ.
Cū aūt intrauit domū ſalutauit elizabeth.
dicēs. Salue ſoror mea elizabeth. Illa gaudio
exultās ⁊ tota exhilarata. ⁊ accēſa ſpiritu ſā/
cto ſurgit ⁊ amplectat̄ eā tenerrime. ⁊ excla/
mās p̄ gaudio dixit. Bn̄dicta tu int̄ mulie
res ⁊ benedictꝰ fructus vētris tui. Et vnde
hoc mihi vt veniat mater dn̄i mei ad me ⁊c̄.
Cū em̄ virgo ſalutauit elizabeth repletꝰ eſt
in vtero Johānes ſpūſancto. repleta eſt eti
am ⁊ mater. Nec priꝰ replet̄ mater q̄ꝫ filiꝰ. ſꝫ
filiꝰ repletus. replet ⁊ matrē. non quidem in
aīa matris aliq̇d efficiendo. ſed p ſpm̄ſan
ctum aliq̇d in ea fieri ꝓmerendo. eo q̄ i ipſo
ſpūſſancti gratia affluētior refulgebat. ⁊ pri
or gratiā ſenſit. Et ſicut illa Mariā. ſic ille
aduentū dn̄i ſenſit. ⁊ ideo exultauit. ⁊ illa ꝓ/
phetice locuta eſt. Uide quāta virtus ſit in
verbis dn̄e. quia ad eoꝝ ꝓnunciationē ꝯfer
tur ſpūſſanctꝰ. Sic em̄ abundāter ipſa erat
plena q̄ eiꝰ meritis ip̄e ſpirituſſanctꝰ etiam
alios replebat. Reſpōdit autē maria ad eli/
zabeth dicēs. Magnificat aīa mea dn̄m
⁊c̄. totū ibidem cōplens canticū iocūditat̄
⁊ laudis. Deinde ſe ad ſedendū ponētes. do
mina humilima ad inferiorē locū ſe poīt ad
pedes elizabeth. ſed illa in cōtinēti exurgēs
⁊ hoc nō patiēs erexit eā ⁊ pariter ꝯſederūt
Querit aūt dn̄a de modo ſue cōceptionis ⁊
elizabeth de modo ſue. Et hec ſibi inuicem
narrant letāter. ⁊ laudāt deū de vtraqꝫ con/
ceptiōe. ⁊ in gratiarūactione ꝯſiſtunt ⁊ agūt
dies leticie. Et ſtetit ibidē dn̄a quaſi menſi
bus tribꝫ miniſtrās ⁊ ſeruiēs ei in omnibus
que poterat. humiliter. reuerēter. ⁊ deuote.
quaſi oblita ſe matrē dei eſſe ⁊ totius mūdi
reginā O qualis domꝰ. qualis camera. qua
lis lectus. in qua ⁊ quo pariter cōmorātur ⁊
requieſcūt. tales matres talibꝫ filijs fecūda
te. maria ⁊ elizabeth ieſus ⁊ iohānes Sūt
⁊ ibi magnifici ſenes. ſ. Zacharias ⁊ ioſeph.
Adueniēte ergo tempe ſuo peꝑit Eliza/
beth filiū quē dn̄a leuauit a terra. ⁊ diligen/
ter aptauit vt expediens erat. Paruulꝰ autē
ip̄am quaſi intelligēs aſpiciebat. ⁊ cum euꝫ
matri porrigere vellet. caput ad eam verte/
bat ⁊ in ea ſolū delectabatur. ⁊ ipſa letanter
colludebat eidem. amplexabat̄ ⁊ oſculaba/
tur iocunde. Conſidera magnificentiā Jo
hannis. Nullꝰ vnq̄m talem baiulam habu
it. Multa alia magna priuilegia reperiun/
tur ꝺ ipſo quibꝫ non inſiſto ad preſens. Die
autem octauo circumciſus eſt puer. ⁊ voca/
tus eſt Johannes. Et tunc apertū eſt os za
charie ⁊ ꝓphetauit dicēs. Benedictus do/
minus deus iſrael. ⁊c̄. Et ſic in domo illa h

duo cantica pulcerrima. ſcꝫ Magnificat et
Benedictꝰ facta fuerūt. Domina ꝓo ſtans
poſt aliquā cortinā ne videret̄ ab hominibꝫ
qui cōuenerāt ad circumciſionē Johis au/
ſcultabat attēte ad canticū illud in quo de
filio ſuo fiebat mentio. ⁊ oīa cōferebat in
corde ſuo ſapiētiſſime. Tandē valefaciens
elizabeth ⁊ zacharie. ac benedicens Johan
ni redijt ad domū ſue habitatiōis in Naza
reth. In qua reuerſione pauptatē eius ad ī
uicem reuoca. Redit eñ ad domuꝫ in qua
nec panē nec vinū nec alia neceſſaria eſt in/
uentura. Sed nec poſſeſſiōes habebat nec
pecuniā. Stetit his tribꝫ menſibꝫ apud il/
los forte opulētos. Nūc autē redit ad paup
tatem ſuā. ⁊ vt ꝓrijs manibꝫ laborendo vi/
ctum ꝓcuret. Cōpatere ſibi ⁊ in amorē pau/
pertatis accēdere.

Quomodo Joſeph voluit dimittere ma
riam. ⁊ quomodo deꝰ ꝑmittit ſuos tribula/
ri. Capitulū. vij.

CUm autē ſimul habitarēt domina
⁊ ſpōſus eius Joſeph ⁊ creſcēte Je
ſu in vtero matris. ꝑpendēs ioſeph
ſpām grauidā eſſe. doluit vltra modū. At/
tende hic bene quia mlta pulcra diſcere po/
teris. Si dubitas quare dominꝰ voluit
matrē ſuā habere virū cū ſemꝑ vellet eā vir/
ginem eſſe. Reſpōdet̄ ꝓpter tria. vt ſcꝫ ne gra
uida infamaretur. vt viri miniſterio ⁊ ſocie
tate frueret̄. Et vt diabolo partus filij dei
occultaret̄. Cōſpiciebat ergo Joſeph cōiu/
gem ſuā ſemel ⁊ pluries. dolebat ⁊ turbaba/
tur. ⁊ eidē vultū oſtēdebat turbatū. et ocu/
los auertebat ab ea tanqꝫ a mala. ſuſpicanſ
eam ex adulterio cōcepiſſe. Uides qmo/
do deꝰ permittit ſuos tribulatiōibus vexa/
ri ⁊ temptari ad ipſorū coronā. Cogitabat
autē eā occulte dimittere. Uere de hoc dici
poteſt ꝙ eius laus eſt in euāgelio. Dicit̄ eñ
ibi ꝙ erat vir iuſtus. magne nāqꝫ virtutis
erat. Cū eñ cōmuniter dicat̄ ꝙ quaſi ſum/
me verecūdie. doloris. ⁊ furoris ſit viro. ad/
ulterium vxoris. tamen ipe virtuoſe ſe tem
perabat ⁊ accuſare nolebat. patienter hanc
magnā pertrāſibat iniuriā. non ſe vindicāſ
ſed pietate victus cedere volens. occulte vo
lebat eam dimittere. Sed nec domina per
tranſiuit abſqꝫ tribulatione. perpendebat
enim ⁊ videbat eū turbatū. ⁊ de hoc etiam
ipſa turbabat̄. Humiliter tamen tacebat ⁊
occultabat donum dei. Potius volebat re

putari vilis qꝫ ipſum ſacramētū dei ꝓpalare
⁊ de ſe aliquid loqui quod ad iactantiā pu/
taretur pertinere. Rogabat autē dominum
vt ipe remediū apponere dignaret̄. et hanc
ſibi ⁊ viro ſuo tribulationē auferret. Uideſ
qꝫ magna tribulatio ⁊ anxietas erat eis. ſed
dominꝰ ꝓuidit vtriqꝫ. Miſit ergo angeluꝫ
ſuū qui dixit ioſeph in ſomnis ꝙ vxor eius
de ſpiritu ſancto cōceperat ⁊ vt confident̄ ⁊
gaudēter ſtaret cū ea. Unde tribulatōe ceſ/
ſante redijt conſolatio magna. Sic et no/
bis contingeret ſi in tribulationibꝫ patien/
tiaꝫ habere ſciremꝰ. Nā deus poſt tempeſta
tem tranquilluꝫ facit. Nec dubitare debes
quia nō permittit eas ad ſuos venire niſi ꝑ
vtilitate eoꝝ. Queſiuit Joſeph de hac con/
ceptione mirifica que ei dña diligenter nar
rauit. Remanet ergo ⁊ ſtat Joſeph gaudēs
cū ſua cōiuge benedicta Et vltra qꝫ dici poſ
ſit eam caſto diligit amore. ⁊ curā ipſiꝰ fide/
liter gerit. ⁊ domina cū eo cōfidenter mora
tur. ⁊ in ſua pauptate letanter viuūt. Stat
ergo dominꝰ Jeſus recluſus in vtero vſqꝫ
ad menſes nouē more alioꝝ. Stat benigne
ac patienter ſuſtinet ⁊ expectat tempus de/
bitum. Cōpatere ſibi ꝙ ad tantā humilita/
tis ꝓfunditatē deuenit. Multū ergo debe/
remus hāc affectare virtutē. nec vnqꝫ debe/
remus ad elationē vel ad noſtri reputatio/
nem tumeſcere. quādo tātū ſe inclinauit do
minꝰ maieſtatis. Et de hoc ſecundo benefi
cio huius tam ꝓlixe pro nobis recluſionis.
nunqꝫ ei digne poſſemus ſatiſfacere. Sed
ſaltim corde hoc cognoſcamꝰ et gratias ei/
dem toto affectu agamus. ꝙ nos ex alijs aſ
ſumere dignatus eſt. vt vel hoc modicū re/
pendamꝰ eidē vt recluſi ſtemus ad ſeruiti/
um ſuū. Ipſiꝰ quippe beneficium eſt hoc. nō
noſtrū meritū. ⁊ quidē permaximū multūqꝫ
acceptabile ac venerabile eſt. Nō eñ ad pe/
nam ſed ad tutelā recluſi ſumus ⁊ in arce re
ligionū tutiſſima collocati. Ad quam huiꝰ
nequiſſimi mūdi venenoſe ſagitte vl̄ tumul
tuoſi maris procelle. niſi noſtra temeritate
attingere non poterūt Conemur ergo to
to poſſe mente recluſa ⁊ abſtracta ab omni
bus caducis eidem cordis puritate vacare
quia corporalis recluſio nihil aut parum ſi
ne mentali prodeſt. Eidem etiam domino
Jeſu in hoc compatere ꝙ eſt in continua af
flictione. Et fuit a ſue conceptionis ꝑmor/
dio vſqꝫ ad mortē. ex eo ſcꝫ ꝙ patrem quem

ſumme diligebat cognoſcebat ꝓpter idola re
linqui a peccatoribꝫ ⁊ inhonorari. ⁊ ex com/
paſſione quã habebat ad aĩas ad imaginez
ſuã creatas q̃s cernebat miſerabiliter et q̃ſi
vniuerſaliter dãnari. ⁊ erat ſibi maioꝛ pena
q̃ꝫ fuerit paſſio coꝛpalis. Nam ꝓpter hãc tol
lẽdã ſuſtinuit illã. Uides q̃ꝫ pulcra fercula
hic tibi ꝓpinata ſunt. ſi vis coꝝ ſentire dulce
dinem. ea rumina diligẽter ⁊ ſepe.

Secunda feria

De natiuitate xp̃i ⁊ aliĳs. Caplm̃. viĳ

Ueniente autez

a nouẽ menſiũ termino. exĳt edictuz
ab impatoꝛe vt deſcriberet̃ vniuer/
ſus oꝛbis. ſcz quilibet in ciuitate ſua. Cũq̃ꝫ
ioſeph ire vellet in ciuitatẽ ſuã ſcz bethleez.
⁊ ſciret inſtare temp⁹ part⁹ ſue ꝯiugis. duxit
eam ſecũ. Uadit ĝ iterũ dña hoc lõgo itine/
re. Nã bethleẽ eſt ꝓpe hieruſalẽ ꝑ q̃nq̃ꝫ vl̃ ſex
miliaria. Ducũt autẽ ſecũ bouẽ ⁊ aſinum. ⁊
vadũt ſicut paupes mercatoꝛes beſtiarum.
Cũ aũt fuerũt in bethleẽ. quia paupes erãt
(nã multi ꝯcurrerãt ꝑ eadẽ cauſa) hoſpitiũ
inuenire nõ potuerũt. Cõpatere hic dñe
⁊ cõſpice ipam delicatã ⁊ iuuenẽ. quindecim
eñ erat annoꝝ ex lõgo itinere fatigatã. ⁊ cũ
verecũdia inter gẽtes cõuerſantẽ. querẽtem
vt quieſcat ⁊ nõ inuenit. om̃es licentiãt eã ⁊
ſociũ ei⁹. ⁊ ſic cogũt̃ diuertere ad q̃ꝫdã viã co
opertã vbi hoĩes tempe pluuie diuertebãt.
Ibidẽ ioſeph q̃ erat magiſter lignari⁹ foꝛte
aliqualiter ſe clauſit. Nũc aũt diligẽtiſſime ĩ
ſpice om̃ia. maxime q̃ꝛ referre intendo q̃ ab
ipa dña reuelata ⁊ oſtẽſa fuerũt. ꝑut a q̃daz
ſancto nr̃i oꝛdinis fidedigno habui. cui pu
to reuelata fuiſſe. Cũq̃ꝫ veniſſet hoꝛa part⁹
ſcz in media nocte dñice diei. ſurgens ꝟgo
appodiauit ad quandã columnã q̃ ibi erat.
Joſeph vero ſedebat meſt⁹. ex eo foꝛte ꝙ ñ
poterat q̃ decebãt parare. Surgẽs ĝ ⁊ acci/
piens de feno p̃ſepis ꝓiecit ad pedes domi
ne ⁊ vertit ſe in aliã partẽ. tũc fili⁹ dei eterni
exiẽs de matris vtero ſine aliqua moleſtia
vel leſione in momẽto ſicut erat in vtero ſic
fuit extra vterũ ſuꝑ fenuz ad pedes matris
ſue. ⁊ mater in cõtinenti ſe inclinãs recolli/
gens eũ ⁊ dulciter amplexans poſuit in gre
mio ſuo. ⁊ vbere de celo pleno a ſpirituſan/
cto docta cepit lauare ſiue linire ipſum ꝑ to
tum cũ lacte ſuo. quo facto iuoluit eũ ĩ velo
capitis ſui. ⁊ poſuit eũ in preſepio. ⁊ tũc bos
⁊ aſinus flexis genibꝫ poſuerũt oꝛa ſuper p̃/
ſepium. flãtes per nares ac ſi ratione vten/
tes cognoſcerẽt ꝙ puer ſic pauperrime con
tectus calefactiõe tẽpoꝛe tãti frigoꝛis indi/
gebat. Mater vero flexis genibꝫ adoꝛauit.
⁊ gratias agẽs deo dixit. Gratias tibi ago
dñe ſancte pater qui filiũ tuũ mihi dediſti.
⁊ adoꝛo te de⁹ eterne. ⁊ te filiũ dei viui ⁊ me/
um. Joſeph aũt ſimiliter adoꝛauit eũ ⁊ acci
piens ſellã aſini ⁊ extrahẽs de ea cuſtinellũ
de lana ſiue boꝛa poſuit iuxta preſepe vt do
mina ſuꝑ eo ſederet. Ipa ergo ſe poſuit ibi
ad ſedendũ. ⁊ ſellã poſuit ſubtus cubituz. ⁊
ſic ſtabat domina mũdi tenẽs vultũ ſuũ ſu/
per preſepe innixa oculis ⁊ toto affectu ſuꝑ
dilectiſſimũ filiũ ſuũ. Hucuſq̃ꝫ de reuelati/
one. His ergo ſic oſtẽſis diſparuit domi/
na ⁊ remãſit angel⁹ ⁊ dixit eidẽ laudes ma/
gnas. quas etiã ille mihi dixit. ſed nec diſcẽ
di nec ſcribẽdi aptitudinẽ habui. Uidiſti
oꝛtũ ſacratiſſimi pꝛincipis. vidiſti ſimul ⁊ ꝑ
tum regine celeſtis. ⁊ in vtroq̃ꝫ artiſſimam
paupertatẽ potuiſti cõſpicere multis neceſ/
ſariĳs indigere. Hanc virtutẽ altiſſimã do/
min⁹ reinuenit. Hec eſt illa euãgelica mar/
garita ꝑ qua emenda om̃ia ſunt vendenda.
Hec eſt toti⁹ ſpiritualis edificĳ pꝛimũ fun
damentũ. Nã cũ ſarcina tẽpoꝛaliũ rerũ ſpi/
ritus ad deũ nõ poteſt aſcendere. de qua di
cebat beatus Franciſc⁹. Paupertatez fra/
tres noueritis eſſe ſpiritualẽ viam ſalutis.
tanq̃ꝫ humilitatis fomentũ ⁊ perfectiõis ra
dicem. Cui⁹ eſt fruct⁹ multiplex ſed occult⁹
Magna ergo nobis eſt verecũdia ꝙ eã nõ
amplectamur toto poſſe. ſed oneramur ſu/
perfluis. quãdo mũdi domin⁹ ⁊ dña mater
eius eã ſic ſtrictiſſime ac ſtudioſiſſime ſerua
uerũt. De qua ſic dicit Bernard⁹ in ſermo/
ne p̊mo in vigilia natiuitatis dñi. qui ſic in
pit Sonuit vox. Abundabat in terris hec
ſpecies ⁊ neſciebat homo pꝛeciũ eius. Hãc
itaq̃ꝫ dei fili⁹ concupiſcens deſcendit vt eaz
eligat ſibi ⁊ nobis. quam ſua eſtimatione fa/
ciat p̃cioſam. Adoꝛna thalamũ. ſcilicet hu/
militate ⁊ pauꝑtate. in his complacz ſibi pã
nis maria teſtimoniũ perhibẽte. His ſeri/
cis delectat̃ inuolui ⁊ abominationes egy/
ptioꝝ immola deo tuo. Hucuſq̃ꝫ Bernar/
dus. Idẽ in quinto ſermone natiuitat̃ . ſer
mo incipit Benedict⁹ deus ⁊ pater. Deniq̃ꝫ
populũ ſuũ conſolatur. Uis noſſe populũ
eius tibi d̃relictus eſt pauper ait homo ſm

coꝛ dei. Sʒ ⁊ ipe in euãgelio. Ve vobis in/
qt diuitibꝫ q̇ habetis hic ꝯſolationẽ veſtrã.
Quid em̃ cõſolet̃ eos qui ſuã habẽt ꝯſolati
onẽ. Nõ ꝯſolat̃ xp̄i infantia garrulos. ñ cõ/
ſolant̃ xp̄i lachꝛyme cachinnãtes. nõ ꝯſolãt̃
panni ei⁹ ambulãtes in ſtolis. nõ ꝯſolãt̃ ſta
bulũ ⁊ p̄ſepe. amãtes p̄mas cathedras i ſy/
nagogis. vigilãtibꝫ paſtoꝛibꝫ annũciat̃ gau/
dium lucis ⁊ eis nat⁹ d̾r eſſe ſaluatoꝛ. Pau/
peribꝫ atqꝫ laboꝛãtibꝫ nõ vobis diuitibꝫ qui
veſtrã habetꝭ ꝯſolatõem ⁊ veſtrũ dominiũ.
Hucuſqꝫ Bern̄. Potuiſti etiã attendere in
vtroqꝫ ꝓfundiſſimã humilitatẽ i hac ip̄a na
tiuitate. Nõ em̃ ſunt ſtabulũ dedignati. nõ
beſtias. nõ fenũ. ⁊ cetera vilia. Hãc ꝟtutem
in om̄ibꝫ actibꝫ tã dñs q̃ȝ dña ꝑfectiſſime ſ̾/
uauerũt ⁊ nobis cõmendauerũt. Nitamur
ḡ om̄i quo poſſum⁹ ſtudio ip̄am amplecti.
qꝛ ſine ip̄a nõ eſt ſal⁹. Nulla em̃ opatio nr̄a
cũ ſupbia deo placere põt. Nã ſ̾m beatũ au
guſtinũ. Supbia fecit angelos demones.
humilitas facit hoĩes angelis ſil̾es. Et ber
nard⁹ p̄mo de viſione Iſaie. Qualẽ putas
neceſſe eſt hoĩem inuenire q̇ repudiati locũ
angeli ſoꝛtiat̃. Semel turbauit ſupbia re/
gnũ illud. cõcuſſit muros ⁊ etiã ꝓſtrauit ex
pte. ⁊ pte nõ modica. Quid ergo. Nũq̇d nõ
odit ciuitas illã ⁊ vehemẽter hmõi peſtẽ ab
ominat̃. Certi eſtote frẽs. eũ qui ſupbis nõ
pepcit angelis. nec eſt hoĩbꝫ pciturꝰ. non eſt
ꝯtrari⁹ ſibi ip̄ſi. Hucuſqꝫ Bern̄. Potuiſti eti
am attẽdere in vtroqꝫ. maxĩe in puero Ihu
nõ puã coꝛdis afflictiõem. De qua ſic dicit
Bern̄. in ſcd̓o ſ̾mone natiuitatꝭ dñi. Naſcit̃
dei fili⁹ cui⁹ i arbitrio erat qd̓cũqꝫ vellet elige
re tp̄s. Elegit q̇ȝ moleſti⁹ p̄ſertim paruulo
⁊ paupis mr̄is filio. q̃ vix pãnos haberꝫ ad
inuoluendũ. p̄ſepe ad inclinandũ. ⁊ cũ tãta
eſſet neceſſitas nullã audio pelliũ fieri men
tionẽ. Et infra. Chriſt⁹ vtiqꝫ q̇ nõ fallit̃ ele/
git qd̓ carni moleſti⁹ eſt. Iſtud ḡ meli⁹. illud
vtili⁹. illud poti⁹ eligendũ. Et q̇ſq̇s alid̓ do
ceat vel ſuadeat. ab eo tãq̃ȝ a ſeductoꝛe cauẽ
dum eſt. Et infra. Et tñ frẽs ip̄e eſt ꝓmiſſuſ
olim p Iſa. vij. paruul⁹ ſciẽs repꝛobare ma
lũ ⁊ eligere bonũ. Malũ ḡ voluptas coꝛpiſ
bonũ ꝟo afflictio eſt. Siquidẽ ⁊ hãc elegit.
⁊ illã repꝛobat puer ſapiẽs. ꝟbum infans.
Hucuſqꝫ Bern̄. Vade ⁊ tu fac ſil̾r. Diſcre/
te tamẽ vt nõ excedas poſſe tuũ. Et de his
ꝟtutibꝫ alias poterit dici. Redeam⁹ ad do/
mũ natiuitatis. Nato itaqꝫ dño angeloꝛuꝫ
multitudo ibi exiſtẽs ſuũ deũ adoꝛauerũt.
⁊ cõfeſtim ad paſtores iuerũt. qui erãt ibi ꝓ/
pe foꝛte p miliare. nũciantes eis ip̄am nati/
uitatẽ ⁊ etiã locũ. Exinde aſcenderũt in ce/
lum cũ canticꝭ ⁊ iubilis. cõciuibꝫ ſuis ea ſil̾r
nũciantes. Tota igit̃ ſupna curia exhilara
ta. magnoqꝫ facto feſto ⁊ laudibꝫ ⁊ gratiarũ
actionibꝫ deo patri exhibitis. venerũt om̄s
quotq̇t ibi erãt ſucceſſiue p oꝛdies ſuos vi/
dere faciẽ dñi dei ſui. ⁊ adoꝛãtes eũ cũ omni
reuerẽtia ⁊ etiã mr̄em ei⁹ laudẽ eidẽ ⁊ canti/
ca pſonabãt. Quis em̃ eoꝛũ auditis nouis
remãſiſſet in celo q̇n viſitaſſet dñm ſuuꝫ ſic
humiliter cõſtitutũ in terra. In nullo eoꝛũ
hec ſupbia cadere potuiſſet. Et ideo d̾t apo
ſtol⁹ ad Hebꝛe. j. Et cũ introducit pꝛimoge
nitũ in oꝛbẽ terraꝝ dicit. Et adoꝛẽt eũ om̄s
angeli dei. Hec meditare de angelis iocun
dũ puto qualitercũqꝫ ſe habuerit veritas.
Veneruntqꝫ paſtores ⁊ adoꝛauerũt eũ. refe/
rentes q̃ audierũt ab angelis. Mater vero
pꝛudẽtiſſima om̄ia q̃ de ip̄o dicebant̃ ꝯſer/
uabat in coꝛde ſuo. Illi aũt gaudẽtes abie/
rũt. Genuflecte ⁊ tu q̇ tm̃ diſtuliſti ⁊ adoꝛa
dñm deũ tuũ ⁊ poſtea mr̄em ei⁹. ⁊ reuerẽter
ſaluta ſanctũ ſenẽ ioſeph. Deinde oſculeris
pedes pueri ihu iacẽtis in lecto ⁊ roga do/
minã vt eũ tibi poꝛrigat vel ꝑmittat accipe.
Accipias eũ inter bꝛachia tua. retine ⁊ intu
caris faciẽ ei⁹ diligẽter ac reuerẽter deoſcu/
lare ⁊ delectare i eo. Cõfidenter h̾ facere po
tes. qꝛ ip̄e ad peccatores venit ꝓ eoꝝ ſalute
⁊ cũ eis humilit̃ cõuerſat⁹. Et tãdem ſe ip̄ſ
dimiſit in cibũ. Vñ benignitas ſua patient̃
ſe tãgi ꝓ tuo velle ꝑmittet. Nec imputabit
p̄ſumptiõi ſꝫ amoꝛi. ſꝑ tamẽ cũ reuerentia ⁊
timoꝛe hec facias. qꝛ ip̄e ſanctus ſanctoꝝ eſt.
Poſtea redde ip̄m matri. ⁊ cõſpice diligent̃
q̃ȝ ſtudioſe ⁊ ſapiẽter gubernat eũ. lactat ac
cetera ei facit obſequia. Sta ⁊ tu adiuua eã
ſi potes. In his delectare iocũdare ac ſedu/
lo meditari memẽto. ⁊ quantũ potes famu
leris dñe ⁊ puero ihu. ⁊ intuearꝭ faciẽ eius
ſepe. i quã deſiderãt angeli ꝑſpicere. Semꝑ
tamẽ vt dixi cũ reuerẽtia ⁊ timoꝛe ne patia/
ris repulſam. Reputare em̃ te debes indi/
gnam taliũ cõuerſatione. Meditari debes
etiã cũ gaudio q̃nta ſit hodierna ſolẽnitas.
Hodie nãqꝫ natus eſt xp̄s. ⁊ ſic vere ẽ dies
natalis regis eterni ⁊ filij dei viui. Hodie fi
lius dat⁹ eſt nobis. ⁊ puer natus eſt nobis
Hodie ſol iuſticie qui erat in nubilo clare

refulſit. Hodie ſpũſſctũs eccl'ie electorũ ca/
put ꝓceſſit de thalamo ſuo. Hodie deſide/
ratam faciẽ oſtẽdit forma ſpecioſus p̄ filijs
boĩm. Hodie fact⁹ eſt ille hymn⁹ angelic⁹
Gl'ia in excelſis deo. Hodie pax hoĩb⁹ ẽ an
nũciata vt in eodẽ hym̃o ꝯtinet̃. Hodie vt
etiã cãtat eccl'ia p totũ mõm mellifluĩ facti
ſunt celi. ⁊ in t̃ra canũt angeli. Hodie ꝑmi/
tus appuit benignitas ⁊ hũanitas ſaluato
ris dei nr̃i. Hodie adorat⁹ eſt de⁹ ĩ ſil'itudie
carnis pcti. Hodie illa duo miracula ꝯtige
rũt q̃ ſupant oẽm intellectũ ⁊ ſola fides ap/
prehẽdere p̃t. ſ. ꝙ deus naſcit̃. ⁊ ꝟgo parit.
Hodie alioꝝ miraculoꝝ claruit ml'titudo
Deniq; oĩa q̃ dicta ſunt de incarnatõe q̃i h
clari⁹ eluceſcunt. ibi inchoata. h manifeſta/
ta. Vñ nunc illa. ⁊ iſtis meditatõib⁹ iſta con
iũge. Merito g ẽ dies illa iubilatõis ⁊ gau/
dij ⁊ leticie magne nimis. Nã rome de q̃dã
taberna dicta emẽtoria (q² milites ibi ſpa/
ciando ⁊ emẽdo neceſſaria ea q̃ ſtipẽdijs ſu
is venerãt expendebant) fons olei largiſſi
mi emanauit de t̃ra. ⁊ p totũ diẽ largiſſimo
riuo fluxit. ⁊ circulus ad moduz celeſt̃ arc⁹
circa ſolẽ in toto orbe appuit. ⁊ rome ſtatua
aurea quã romul⁹ in ſuo palacio poſuerat
q̃ ꝓphetabat̃ nõ cadere donec ꝟgo pareret.
ſtatim vt xp̃s nat⁹ eſt. corruit. In q̃ loco ca/
lixt⁹ papa eccl'iam ſctẽ Marie que nunc dr̃
trans tyberim cõſtituit.

De circũciſiõe ⁊ fletu dñi. Cap. ix.

Ctauo aũt die circũciſus eſt puer.
o Duo autez magna hodie facta ſunt
Vnũ. q² manifeſtũ eſt nomẽ ſalut̃.
qd ab et̃no ſibi ĩpoſitũ erat. ⁊ ab angl'o vo/
catũ ꝑuſq; in vtero conciperet̃. hodie fuit de/
claratũ ⁊ noĩatũ. Et vocauerũt nomẽ eius
Ihm. Ieſus aũt dr̃ ſaluator. qd eſt nomẽ ſu
per om̃e nomẽ. Nec eſt em̃ vt Apl'us petr⁹
ait. aliud nomẽ ſub celo in q̃ nos oporteat
ſaluos fieri. Scõm qd hodie factũ fuit
q² incepit dñs ieſus ſuũ ſacratiſſimuz ſan/
guinẽ ꝓ nobis effundere. Tẽpeſtiue em̃ ce
pit ꝓ nobis pati. q̃ pctm̃ nõ fecit. ꝓ nr̃is pe/
nã hodie portare incepit. Cõpatere tu ei. et
plora cũ illo. q² hodie fortit̃ plorauit. Nã ĩ
ſolennitatib⁹ multũ gaudere debem⁹ ꝓpter
nr̃am ſalutẽ. ſed multuz cõpati ⁊ dolere ꝓpt̃
ſuas anguſtias ⁊ dolores. Audiſt̃ in nati/
uitate q̃ntã afflictionẽ habuit ⁊ penuriaz. ⁊
int̃ alia h etiã fuit. ꝙ q̃ñ mr̃ poſuit eũ in p̄ſe/
pio ad caput ei⁹ poſuit quẽdã lapidẽ inter/
poſito forte feno. et vt habui a frẽ nr̃o q̃ vi/
dit. ⁊ adhuc ille lapis appet ad mẽoriã ibi/
dem murat⁹. Credas ꝙ libẽtius poſuiſſet
puluinar ſi habuiſſ3. ſed cũ aliud ñ hr̃et qd
poneret. cũ cordis amaritudie poſuit illuz
lapidẽ. Audis ⁊ hodie q² ſanguinẽ ſuuz fu/
dit. Fuit em̃ caro ip̃i⁹ cũ cultello lapideo ĩ/
ciſa. Nõne g cõpatiendũ eſt ei. Ita. ſic certe
⁊ mr̃i. Plorauit g puer ieſus hodie ꝓpter
dolorẽ quẽ ſenſit in carne ſua. Nã verã car/
nem ⁊ paſſibilẽ habuit ſic̃ ceteri hoĩes Sz
eo plorãte credis ne ꝙ mr̃ potuerit lachry
mas ꝯtinere. plorauit g ⁊ ip̃a. Quã plorãtẽ
fili⁹ ſtans in gremio ei⁹ aſpiciens. paruulã
manũ ſuã ad os. ⁊ vultũ ei⁹ ponebat q̃i nu/
tu rogans eandẽ ne ploraret. Quã ei tener
rime diligebat. a ploratu ceſſare volebat.
Sil'r ⁊ mr̃ cui⁹ viſcera totalit̃ cõmouebant̃
in dolore ⁊ lachrymis filij. ⁊ nutu ⁊ ꝟbis cõ
ſolabat̃ eũ. Intelligebat em̃ tanq̃ pruden
tiſſima voluntatẽ ei⁹. q̃uis nõdũ loq̃ret̃ Et
dicebat. Fili ſi vis me a ploratu ceſſare. ceſ
ſa ⁊ tu. Nõ em̃ poſſum te plorante nõ plo/
rare. Et tũc ex cõpaſſione m̃ris fili⁹ a ſingul
tib⁹ deſiſtebat. Mater ꝟo ⁊ ip̃i⁹ ⁊ ſuos ocu/
los tergebat. ⁊ vultũ vultui applicabat. La
ctabat eũ ⁊ om̃ib⁹ q̃b⁹ poterat modis ꝯſola
bat̃. Et ſic faciebat q̃tiens plorabat. qd for/
te ſepe pueroꝝ more faciebat. ad oñdendaz
miſeriã nature hũane quã vere aſſũpſerat.
⁊ ad occultanduz ſe ne a diabolo cog̃ſceret̃
Cantat nãq; de ip̃o eccl'ia. Vagit infans in
ter arta ⁊c̃. Hodierno aũt tp̃e ceſſat circũci
ſio corpalis. ⁊ hẽm⁹ baptiſmũ q̃ eſt maioris
gr̃e ⁊ mĩoris pene. Sz debem⁹ hr̃e circũci
ſionẽ ſpũalẽ ⁊ oĩa ſupflua reijcere. ⁊ h eſt qd
paup̃tatẽ cõmẽdat. Nã ver⁹ paup eſt ꝗ ſpi
ritualit̃ circũciſus. Et hãc ſm Bern̄. pauc̃
verbis tradit Apl's di. Habẽtes victũ ⁊ ve
ſtitũ his ꝯtenti ſim⁹. Spũalis etiã circũci/
ſio dz eſſe in oĩb⁹ ſenſib⁹ corpis nr̃i. vidẽdo
audiendo. guſtãdo. tangẽdo paucitate vta/
mur. ⁊ maxie in loq̃ndo. Loq̃citas eſt viciũ
peſſimũ ⁊ deo ⁊ hoĩb⁹ odioſuz ⁊ diſplicibile
Vñ debem⁹ eſſe circũciſi lingua. i. pauca et
vtilia loq̇. Signũ leuitat̃ eſt multũ loqui.
Vñ ſilentiũ eſt ꝟtuoſa res. ⁊ nõ ſine cã in re/
ligionib⁹ ordinatũ. Et circa hãc materiã ſic
dicit beat⁹ Greg̃. Ille loq̇ veracit̃ nouit q̃
prius bene tacere didicerit. Cenſura em̃ ſi
lentij eſt ꝟbi neceſſariũ inſtrumẽtũ. Idem
alibi. Qui ſenſu leues ſunt. ⁊ in locutões p̄/

cipites erũt.q̃ꝛ qđ leuis ꝯſciaꝯcipit leuius
ꝓtinꝰ lingua ꝓmit. De h̃ etiã dicͭ Bern̄.ĩ
ephia ſmone q̇ incipit In opibꝫ dn̄i. Iã ve
ro de lingua q̇s neſciat q̃ꝫ multũ inq̇naue/
rit nos.ꝑ vaniloq̇a ⁊ mẽdacia.ꝑ detractões
⁊ adulatões.ꝑ vba malicie ſiue iactãtie. Pro
his oĩbꝫ neceſſaria ẽ ydria q̇nta. ſilẽtiũ.ſ.cu/
ſtos religiõis.in q̇ eſt fortitudo nr̃a. Idẽ a/
libi. Ocioſitas mr̃ nugaꝝ eſt.⁊ nouerca ꝟtu
tũ. Inť ſeculares multe nuge ſunt in ore ſa
cerdotũ blaſphemie. Sed ⁊ ſi nuge incidũt
interdũ ferende fortaſſe ſũt.ſꝫ inferẽde nũ/
q̃ꝫ.ꝯſecraſti em̄ os euãgelio.illicitũ eſt iã ta
libꝫ apire illud.

De ephia ſiue apparitione dn̄i. Capl'm.x.

D Ie aũt terciodecimo puer ih̄s ma/
nifeſtauit ſe gẽtibꝫ.i. mag̃ q̇ gẽtiles
erãt. Attende circa diẽ iſtũ.q̃ꝛ vix inuenies
aliqđ feſtũ ſic ab ecc̃ia ſolẽnizatũ ⁊ multipli
catũ in antiphãis.rn̄ſoriis ⁊ ſmõibꝫ ⁊ aliis
q̇ ad ſolẽnitatẽ ꝑtinẽt ſicͭ illud. Nõ ꝙ ſit ma
ius oĩbꝫ aliis.ſꝫ q̃ꝛ multa et magna tali die
facta ſunt ꝑ dn̄m ih̄m. ⁊ marie circa ipaꝫ ec
cleſiã. Primũ eſt q̃ꝛ hodie ipa ecc̃ia rece/
pta eſt ab eo ĩ ꝑſona magoꝝ.q̃ꝛ ecc̃ia ex gẽti
bꝰ ꝯgregata eſt. Naꝫ die natalis ſui appuit
iudeis in ꝑſona paſtoꝝ q̇ iudei nõ receperũt
ꝟbũ dei niſi pauci ex ipis. Hodie ꝟo appuit
gentibꝫ.⁊ h̃ eſt ecc̃ia electoꝝ. Vn̄ feſtũ hodi
ernũ eſt ꝓprie feſtũ ecc̃ie ⁊ fideliũ xp̃ianorũ.
Scđm.q̃ꝛ ecc̃ia eſt hodie deſpõſata ab
eo.⁊ eidẽ vere ꝯiũcta ꝑ baptiſmũ. queꝫ tali
die ſuſcepit.ſ.reuoluto. xxix.anno. Et iõ le/
tanť cantať. Hodie celeſti ſpõſo iũcta eſt ec
cleſia ⁊c̃. Nã in baptiſmo deſpõſãť aĩe xp̃o.
q̇ a ſuo baptiſmo ſũpſit virtutẽ.⁊ aĩaꝝ ba/
ptizataꝝ congregatio vocať ecc̃ia. Terci
um.q̃ꝛ tali die.ſ.reuoluto ãno pꝰ baptiſmũ
fecit pmũ miraculũ ad nuptias.qđ etiaꝫ ad
ecc̃iam ⁊ ſpũales nuptias p̃t adaptari Vi
deť etiã poſtea feciſſe tali die miraculuꝫ de
multiplicatõe panũ ⁊ piſciũ. Sꝫ pma tria
ecc̃ia hodie repn̄tat.illud autẽ nõ. Vides g̃
q̃ꝫ venerabil' eſt dies illa q̃ꝫ dn̄s elegit ad tot
magnifica ⁊ mirifica. Cõſiderãs g̃ ecc̃ia tot
magna bn̄ficia hodie ſibi a ſuo ſponſo exhi
bita.grata exiſtere volẽs.exultat. iocundať
⁊ iubilat.⁊ hũc diẽ magnifice ſolẽnizat Di
camꝰ g̃ de pmo.q̃ꝛ de aliis ſmo erit ſm or/
dinẽ vite ipiꝰ xp̃i. Sed de pmo ope.ſ. đ ma
goꝝ aduentu ad xp̃m nõ eſt intẽtõnis mee
narrare moralitates ⁊ expoſitões q̃ ſic dili
genť ꝑ ſctõs tradite ſunt. Qualiť g̃ venerũt
magi ab oriente hieroſolymã.⁊ q̇d inť eos
⁊ herodẽ actũ ſit.⁊ de ductu ſtelle. ⁊ q̃re ta/
lẽ oblationẽ fecerũt.⁊ de aliis hmõi. legas
textũ euãgelii ⁊ ſctõꝝ expoſitões ⁊ ĩuenies.
Ego em̄ in h̃ ⁊ in aliis vite xp̃i actibꝫ inten/
do vt in pncipio tibi dixi aliq̃s meditatões
tangere ſm q̃ſdã imaginarias repn̄tatiões
q̃s aĩa diuerſimode ꝑcipe p̃t ſm ꝙ geſta fu
erũt ꝑ ipm.vel ſicͭ fuiſſe credi pn̄t. De expo
ſitiõibꝫ aũt raro intromittere me cogitaui.
tũ q̃ꝛ ad h̃ inſufficiẽs ſum.tũ etiaꝫ q̃ꝛ nimis
etiã longa materia. In pn̄ti g̃ negocio ſis p̄
ſens ⁊ ꝯſpice bn̄ ſingl'a.q̃ꝛ vt alias tibi dixi ĩ
h̃ eſt tota vis haꝝ meditationũ. Venerunt
g̃ iſti tres reges cũ multitudie magna ⁊ ho/
norabili comitiua.⁊ ſunt an̄ illud tuguriuꝫ
in q̇ natꝰ eſt dn̄s ih̄s. Dn̄a ſentit ſtrepituꝫ ⁊
tumultũ.⁊ accipit pueꝝ. Intrãt illi domun
culã ⁊ genuflectũt ⁊ adorãt dn̄m pueꝝ ih̄m
reuerẽť.honorãt cũ regẽ ⁊ adorant vt dn̄m
Vide q̃ꝫ mag̃ fuit eoꝝ fides. Quid ei erat
credere ꝙ ille puerulꝰ ſic vilit' indutus.cuꝫ
pauꝑcula mr̃e inuentꝰ.⁊ in loco ſic abiecto.
ſine ſocietate.ſine familia.ſine oĩ ornatu eẽt
rex ⁊ deꝰ verꝰ. Et tñ vtrũq̃ꝫ crediderũt. Ta
lẽs duces ⁊ talia primitiua nos oportebat
hr̃e. Stãt g̃ genuflexi corã eo. collocunť cũ
dn̄a. vel ꝑ interpretẽ vl' ꝑ ſeipos. q̃ꝛ ſapien/
tes erãt.⁊ forte linguã hebraicam ſciebant.
Querũt ab ea de cõditõibꝫ iſtiꝰ pueri. Dn̄a
narrat.⁊ illi oĩa credũt. Cõſpice bn̄ ipos.q̃ꝛ
reuerenť ⁊ curialiť locunť ⁊ audiũt. Cõſpi/
ce ⁊ dn̄am.q̃ꝛ cũ rubore in ꝟbis ⁊ oculis ad
terrã demiſſis ac cũ verecũdia loquiť. non
delectať loqui nec videri. Dn̄s tñ dedit eĩ
vigorẽ in h̃ magno opere. Quia illi repn̄ta
bãt vniuerſam eccleſiã futurã ex gẽtibꝫ. Cõ
ſpice ⁊ puerũ ih̄m.nõdũ loquiť.ſed ſtat cuꝫ
maturitate ⁊ grauitate tãq̃ꝫ intelligẽs. ⁊ be
nigne reſpicit illos.⁊ illi multũ delectanť ĩ
eo.tã viſu mẽtali tanq̃ꝫ intꝰ edocti ⁊ illumi/
nati ab eo.q̃ꝫ corꝑali.q̃ꝛ ſpecioſus erat p̄ fi/
liis hoim. Tandẽ ꝯſolatõe magna recepta
offerũt eidẽ aurũ thus ⁊ mirrhã. apientes
theſauros ſuos.⁊ ponẽtes aliquẽ pannũ vl'
tapetũ ante pedes dn̄i ieſu obtulerũt.ſ.q̇li/
bet illoꝝ illa tria in maxia q̃ntitate p̃cipue
de auro. Alias em̄ ꝓ parua oblatõe ñ opor
tuiſſet apiri theſauros.q̃ꝛ parua de leui ha
buiſſent ad manꝰ ſenaſcalli eoꝝ. Et tunc re
uerenť ⁊ deuote oſculati ſunt pedes eius.

Quid ſi tunc puer ſapientiſſimus vt eos
magis cōſolaretꝛ ⁊ in amore ſuo roboraret
porrexerat etiā deoſculandū manuz. Si/
gnauit etiā eos ⁊ bñdixit. Illi ḡ ſe inclinan
tes ⁊ valefaciētes cū magno gaudio receſſe
rūt. ⁊ ꝑ aliā viā reuerſi ſunt ī regionē ſuam.

Quid aūt de auro iſto factū putas qđ e/
rat ſic magni valorꝭ. Nunq̇d dña reſuauit
ſibi. vl̕ depoſitū fecit. vel nunquid emit do
mos. agros ⁊ vineā. Abſit. nō curat de tali
bus pauꝑtatis amatrix. Zelans ḡ dña for/
titer ꝓ pauꝑtate. ⁊ intelligēs filij volūtatez
tā int⁹ docentꝭ q̄ꝫ foris ſigna oñdentꝭ. quia
vultū forte auertebat ab auro ⁊ vilipende/
rat. totū infra paucos dies pauꝑib⁹ eroga/
uit. Graue em̄ erat ſibi ſarcinā tenere vl̕ de
ferre. Uñ ſic iſta totalit̕ expenderat. ꝙ qñ ī/
trauit in tēplū nō habuit vnde vnū agnuz
emeret quē offerret ꝓ filio. ſed emit turtu/
res vel colūbas. Unđ rōnabile ē credere ꝙ
magna fuit oblatio magoꝝ. ⁊ ꝙ dña zelanſ
pauꝑtatē (q2 plena caritate) dedit eā pau/
perib⁹. Uides p̄coniū pauꝑtatis. ⁊ in duo/
bus h̄ attēde. Primo q2 hodie puer iħs ele
moſynā recepit vt pauꝑ ⁊ etiā mr̄ ſua. Se/
cūdo q2 nō ſolū nō curabāt acq̇rere vl̕ con
gregare. ſed etiā q̄ dabant̕ retinere nolebāt
Semꝑ in eis creſcebat deſideriū pauꝑta/
tis.

Sed nunq̇d circa hūilitatē aliq̇d at/
tendiſti. Si bñ aduertit̕ etiā hūilitatꝭ cer/
nit̕ ꝓfunditas. Sūt em̄ qui ſe viles ⁊ abie/
ctos reputāt in aīo ſuo. ⁊ in ocul̕ ſuis nō ex
tollunt̕. ſed nō ſic eſſe volūt in ocul̕ alioruz.
nec patiunt̕ vilipendi ab alijs vl̕ derideri. ⁊
ſuā vilitatē vel defect⁹ nolūt alijs innoteſce
re ne vilipendant̕. Non ſic fecit hodie puer
iħs oīm dñs. q̄ ⁊ alijs ſuis ⁊ ſua vilia patere
voluit. ⁊ nō paruis aut paucꝭ. ſed magnis ⁊
multꝭ. ſ. regib⁹ ⁊ ſocijs eoꝝ q̄ꝫ plurib⁹. Et ī ta
li caſu ⁊ tꝑe in q̄ multū erat timendū. Nam
cū illi venirēt vt inuenirēt regē iudeoꝝ quē
etiā deū eſſe putabāt. dubitare poterāt ne
talib⁹ de ip̄o viſis reputātes ſe fatuos ⁊ de/
luſos recederēt ſine fide ⁊ deuotiōe. ſed nō
dimiſit hūilitatꝭ amator. dans nob̄ exēpluz
ne ſub ſp̄ē alicui⁹ appentꝭ boni recedamus
ab hūilitate. Et ꝙ diſcam⁹ etiā ī alioꝝ ocul̕
viles ⁊ abiecti velle apparere.

De mora dñe apud p̄ſepe. Cap̄. xj.

e Expeditis igit̕ magꝭ. ⁊ ꝟſus patriā ſu
am regreſſis ⁊ totis eoꝝ oblatōnib⁹
erogatꝭ. adhuc ſtat dña mūdi cū pu
ero ſuo iħu. ⁊ nutricio ſuo ſctō ſene Joſeph
apud p̄ſepe in illo locello patienter vſq̄ꝫ ad
q̄dragesimā diē. ac ſi eſſet q̄daz mľr alia de
ꝑplo. ⁊ puer ieſus eēt hō pur⁹ ⁊ indigeret le/
gis obſuatiōe. Sz q2 nolebāt ꝓrogatiuas
ſinglares legē obſuabāt vt ceteri. Nō ſic fa
ciūt multi q̄ in cōi ꝯgregatōe degentes ſibi
ſpeciales ꝓrogatiuas exigūt fieri. ⁊ ab alijs
tāq̄ꝫ honorabiliores volūt in talib⁹ diſcer/
ni. ſed h̄ nō patit̕ hūilitas ꝟa. Stabat ḡ do
mina more aliaꝝ. dictā diē expectās ingreſ
ſura in tēplū. Stabat vigilās ⁊ attēta ſuꝑ
cuſtodia dilecti filij ſui. O de⁹ cū q̄nta ſoli/
citudīe ⁊ diligētia ip̄m gubernabat ne ī mi/
nimo eēt defect⁹. Cū q̄ꝫta etiam reuerētia ⁊
cautela ⁊ q̄ timore ip̄m ꝯtrectabat quē ſcie/
bat eſſe deū ſuū ⁊ dñm ſuū. flexis genib⁹ ac/
cipiebat ⁊ īponebat eū in cunis. Cū quāta
etiā iocūditate ⁊ cōfidētia. ⁊ auctē materna
ip̄m amplexabat̕. oſculabat̕. ſtringebat dul
cit̕. ⁊ delectabat̕ in eo quē ſciebat eſſe filiuz
ſuū. q̄ꝫ ſepe curioſe intuebat̕ euz in vultu. ⁊
ſingul̕ partib⁹ ei⁹ ſacratiſſimi corꝑis. q̄ꝫ ſeri/
oſe ac pudent̕ tenella mēbra faſcina cōpo/
nebat. Sic em̄ fuit hūillima. ſic fuit ⁊ pru/
dētiſſima. Uñ in ſingul̕ officijs ⁊ obſequijs
vigilanti ⁊ dormiēti ſedule miſtrabat. nō ſo
lū infantulo ſed grādeuo. O q̄ꝫ libent̕ eum
lactabat. Uix fieri potuit q̇n magnā etiam
alijs femīs inexꝑtā dulcedinē in tal̕ filij la/
ctatiōe ſentiret. Sz ⁊ de ſctō ſene Joſeph
refert Bern̄. ſe credere ꝙ pueꝝ iħm ſuꝑ ge/
nua ſua tenēs eidē freq̄nt̕ arriſit. Stante ḡ
dña apud p̄ſepe. ſta ⁊ tu cū ea iuxta p̄ſepe. ⁊
delectare freq̄nt̕ cū puero ieſu. q2 ꝟtus exit
ab ip̄o. Quelibet aīa fidelis ⁊ maxīe religio
ſa ꝑſona. a die natiuitatꝭ dñi vſq̄ꝫ ad purifi
cationē deberet ſaltē ſemel in die apud p̄di
ctum p̄ſepe dñam viſitare. adorare pueruz
iħm ⁊ mr̄em ei⁹. affectuoſe meditari de pau
pertate. hūilitate ⁊ benignitate ip̄oꝝ.

De purificatiōe beate ꝟginis. Ca. xij.

Duenīente aūt q̄dragesima die ꝓ/
a ut in lege ſtatutū erat. exijt dña cum
puero ieſu ⁊ ioſeph. ⁊ iuerūt de beth
leem in hierl̕m q̄ ſunt q̇nq̄ꝫ vel ſex miliaria.
vt ſm legē ſiſterēt eū dño. Uade ⁊ tu cū eis
⁊ iuua portare pueꝝ. ⁊ ꝯſpice attēte ſingu/
la q̄ dicunt̕ ⁊ fiunt. q̄ deuotiſſima ſunt. Ad/
ducūt ḡ dñm tēpli. ad tēplū dñi. Cumq̄ꝫ in/
traſſent templuz. emerunt duos turtures.
aut duos pullos columbaꝝ vt offerrent ꝓ

eo ſicut ꝓ paupib⁹ fiebat. Et qꝛ erāt paupri
mi. credendū magiſ de pullis colūbaꝝ. qꝛ ⁊
ꝓ minori ꝑcio iueniunt᷑. ⁊ iō in lege ponunt᷑
in vltio loco. ⁊ euāgeliſta tacet de agno qui
erat oblatio diuitū. Et ecce ſymeon iuſt⁹ in
ſpū venit in tēplū. vt ſic̄ rñſuz accepat vide/
ret xp̄m dñi. Cū aūt feſtinant᷑ veniēs vidiſ/
ſet eū. ſtatī cognit eū ꝓphetico ſpū. ⁊ accele/
rans genuflexit ⁊ adorauit eū inter brachia
mr̄is. Puer aūt bñdixit eū ⁊ aſpiciēs mr̄ez
inclinauit ſe. oñdens ſe velle ad eum ire. ꝙ
mr̄ intelligēs. ꝙ̄uis admirās porrexit euz
ſymeoni. Ille aūt gaudent᷑ ⁊ reuerent᷑ in vl
nis ſuis eū recipiens ſurrexit. bñdicēs deū
⁊ dixit. Nūc dimittis ſuū tuum dñe ⁊c̄. De
paſſiōe ip̄i⁹ ꝓphetauit. Supuenit ⁊ ip̄a ꝓphe
tiſſa anna ⁊ adorās eū. ſilr̄ ꝺ ip̄o loq̄batur.
Maria vero de his admirās oīa ꝯſuabat
in corde ſuo. Deinde puer ih̄s extēdēs bra
chia ꝟſus mr̄em. ad eā redijt. Poſtea vadūt
ad altare ꝓceſſionē facientes q̄ hodie repre
ſentat᷑ ꝑ vniuerſuz mōm. ꝑcedūt alacrit᷑ illi
duo venerabiles ſenes. ſ. Joſeph ⁊ ſymeon
tenētes ſe ꝑ man⁹. ⁊ cū exultatōe magna iu
bilantes ⁊ pſallētes. Confitemini dño qm̄
bon⁹ qm̄ in ſecl̄m ⁊c̄. Fidelis dñs in oībus
verb̄ ſuis ⁊c̄. Qm̄ h̄ eſt dñs de⁹ nr̄ in eternū
⁊ in ſeculū ſecl̄i. ip̄e reget nos in ſecl̄a. Su/
ſcepim⁹ de⁹ mīam tuā in medio templi tui.
Sequit᷑ mr̄ portās regē ih̄m. ⁊ anna ſociat
eā. vadēs ex latere cū reuerētia iubilans. et
ip̄a gaudio indicibili laudās dñm Ab iſtis
ḡ fit ꝓceſſio. paucos q̄dez ſed valde magna
rep̄ñtantib⁹. qꝛ de oī genere hoīm ſunt int᷑
eos. de maſculis ⁊ femīs. ſenib⁹ ⁊ iuuenib⁹.
virginib⁹ ⁊ viduis. Cū aūt ꝑuenerūt ad al/
tare. mr̄ cū reuerētia genuflexit ⁊ offert di/
lectiſſimū filiū ſuū deo pr̄i ſuo dicēs. Acci/
pite pr̄ excellētiſſime vnigenitū vr̄m. quem
ſm̄ mādatū vr̄e legis vob̄ offero. qꝛ p̄moge
nit⁹ mr̄is eſt. Sed rogo pr̄ vt eū mihi red/
datis. ⁊ ſurgēs dimiſit ip̄m ſuper altare. O
de⁹ q̄lis eſt oblatio iſta. nunꝗ̄ a ſecl̄o tal̄ fa/
cta fuit nec fiet. Reſpice bñ ſingula. Stat
puer ih̄s ſedēs ſup altare. ſic̄ q̄libet ali⁹ pue
rulus. ⁊ facie matura reſpexit mr̄em. ⁊ alios
⁊ humilit᷑ et pacient᷑ expectat q̄d deinceps
fieri debeat. Adducunt᷑ ſacerdotes ⁊ redi/
mit᷑ dñs oīm tanꝗ̄ ſu⁹ q̄nꝙ ſiclis more ali/
orū. Siclus erat gen⁹ monete q̄b⁹ a ioſeph
ſacerdoti ſolutis mater letant᷑ reaccepit fi/
liū. Accepit etiā de manu ioſeph ꝑdictas a/
ues vt eas offerat. ⁊ genuflectēs ⁊ tenēs eas
in manu ſua. eleuatiſ ocul̄ ⁊ in celū porrectiſ
eas obtulit dicēſ. Accipite clemētiſſime pr̄
hāc oblationē ⁊ munuſculū. ⁊ p̄mū donum
qđ paruul⁹ vr̄ vob̄ hodie de ſua pauptate p̄
ſentat. Sed ⁊ puer ih̄s man⁹ ſuas ad aues
porrigēs. ocl̄os ad celū leuauit. ⁊ nōduz lo/
quēs geſtib⁹ vnacū mr̄e offerebat. ⁊ poſue/
rūt eas ſup altare. Vidiſti q̄les ſūt obla/
tores iſti. mr̄ ⁊ fili⁹. Nunq̄d potuit talis ho
ſtia ꝙ̄uis ꝑua repudiari. Abſit. ſed poti⁹ ꝑ
man⁹ angeloꝝ fuit in ſup̄ma curia p̄ñtata ⁊
valde acceptata. ita ꝙ tota curia iubilās ex
ultauit. Poſtea ꝟgo ſctā diſceſſit de hierl̄m
⁊ viſitauit Elyzabeth. volēs videre iohēm
p̄uſꝗ̄ de partib⁹ illis diſcederet. Vade ⁊ tu
ſꝑ cū ea q̄cūꝗ̄ ierit. ⁊ adiuua portare ieſum
Cū ḡ veniſſet ad eā. feſtū magnū fecerūt. et
maxie de pueris ſuis. Sed ⁊ pueri letabāt
ad inuicē. ⁊ iohēs q̄i intelligēs reuerēter ſe
hēbat erga ih̄m. Accipe ⁊ tu reuerent᷑ iohēz
qꝛ hic puer magn⁹ corā dño. ſi forte bñdi/
xerit tibi. Aliq̄b⁹ aūt dieb⁹ ibi mora ꝯtracta
diſcedūt volētes ire nazareth. Si aūt in p̄
dictis vis informari. de hūilitate ⁊ paupta/
te ꝯſiderata oblatiōe ⁊ redēptōe ac legiſ ob/
ſeruatiōe. de facili potes aduertere.

Tercia feria.

De fuga dñi in egyptū. Capl̄m. xiiij

Cum ergo per/
gerēt ꝟſus nazareth neſciētes
adhuc ſup h̄ ꝯſiliū dñi. ⁊ ꝙ he/
rodes pararet ſe ad necē pueri
ieſu. Angel⁹ dñi appuit ioſeph i ſomnis di
cens ei. vt cū puero ⁊ mr̄e fugeret i egyptū.
qꝛ herodes volebat aīam pueri ꝑdere. Jo/
ſeph vero euigilās ⁊ excitās mr̄em dixit ei.
Ip̄a incōtinēti ſurgēs. nulla mora ꝯtracta
voluit iter arripe. ꝯcuſſa em̄ ſunt ad hāc vo
cē viſcera ei⁹. ⁊ circa filij ſui ſalutez nolebat
negligēs inueniri. Ergo de nocte incōtinē/
ti ceperūt ire ꝟſus partes egypti. Cōſpice ⁊
meditare p̄dicta ⁊ infra ſcp̄ta. ⁊ quō puerū
ih̄m dormientē eleuāt ⁊ ꝯpatere ip̄is. ⁊ at/
tende h̄ diligent᷑. qꝛ multa ⁊ bona ꝯſiderare
potes in p̄ñti negocio Prio ꝯſidera quē/
admodū dñs in ſua ꝑſona ſuſcepit aliqñ ꝓ/
ſpera. aliqñ aduerſa. Et cū ſil̄r tibi ꝯtigerit
nō ſis impatiēs. Nā iuxta montē inueniēs
vallē. Ecce em̄ in natiuitate ſua xp̄s magni
ficat⁹ fuit a paſtorib⁹ tāꝗ̄ de⁹. ⁊ poſt partuz

parū circūciſus fuit tanq̄ꝫ pctōꝛ. deinde ve-
nientes magi eū plurimum honoꝛauerūt. ⁊
nihilominꝰ ipe in ſtabulo remanens ſtabat
int̄ beſtias ⁊ ploꝛabat vt cuiuſdā homūcu-
li filꝰ. poſtea p̄ntatꝰ erat in tēplo quē multū
extulerūt ſymeon ⁊ anna. ⁊ nūc ab anglo dr̄
ꝙ fugiat in egyptū. ⁊ de multꝭ talibꝫ poterꝭ
in vita ſua ꝑpendere q̄ ad nr̄am inſtructio-
nē poſſumꝰ retoꝛq̄re. Cū ḡ ꝯſolationē ha-
buerꝭ. tribulationē expecta. ⁊ ecōtra. Vn̄ in
eis nec extolli nec frāgi debemꝰ. Dat enim
dn̄s ꝯſolatōes ad ſpem ſubleuādā ne deui
emus. Et tribulationē ad hūilitatē ꝯſuan-
dā. vt cognoſcētes miſeriā nr̄am ſp̄ ī ſuo ſte
mus timoꝛe. Ad nr̄am ḡ inſtructōnē hec fe
ciſſe meditemur. ⁊ etiā vt ſe diabolo occul-
taret Scd̄o ꝯſidera circa dei beneficia ⁊
ꝯſolatōes ꝙ q̇ ea ꝑcipit nō dꝫ ſe p̄ferre non
ꝑcipienti. ⁊ q̇ nō ꝑcipit nō deijciat̄ anio. nec
bn̄ti inuideat. Hoc dico. qꝛ angeloꝝ locuti
ones fiebāt ioſeph. ⁊ nō mr̄i. cum tn̄ lōge ea
eſſet inferioꝛ. Itē ⁊ q̇ ꝑcipit licet nō ꝑcipiat
ꝓ ſuo velle. nō dꝫ eſſe ingratꝰ nec murmura
re. cū etiā ioſeph q̇ tantꝰ erat apud deū non
palā ſed ī ſomnis tales allocutiōes ꝑcepit.

Tercio ꝯſidera quō dn̄s ꝑmittit ſuos ꝑ-
ſecutōibꝫ ⁊ tribulatōibꝫ vexari. Tūc em̄ ma
gna erat tribulatio mr̄i ⁊ ioſeph. cū viderāt
pueꝝ ad occiſionē q̄ri. q̇d em̄ grauiꝰ audire
poterāt. Et erat eis in h̄ tribulatio magna.
qꝛ licet ſcirēt eū filiū dei eſſe. tn̄ poterat ſen
ſualitas eoꝝ turbari ⁊ dicere. Dn̄e deꝰ om
nipotēs. q̇d opus ē ꝙ iſte tuꝰ filius fugiat.
Nō potes hic eū defendere. Et etiā in hoc
erat tribulatio ꝙ in t̄rā longinquā opoꝛte-
bat eos ire quā ig̃rabāt. ⁊ ꝑ vias aſꝑas cū
eēnt inhabiles ad eūdū. Dn̄a ꝓpt̄ iuuētutē.
ioſeph vo ꝓpter ſenectutē. ipe etiā puer quē
poꝛtare hēbāt vix erat duoꝝ mēſiū. ⁊ ꝑegri
nari hēbant in t̄ra aliena. ⁊ pauꝑes q̄i nihil
hn̄tes. Oīa em̄ iſta ſunt afflictōis materia.
Tu ḡ cū tribularꝭ patiētiā habe. nec credas
tibi ab eo ꝓuilegiū dari. qd̄ nec ſibi tribuit
nec mr̄i. Quarto ꝯſidera benignitatem.
Vides em̄ quō ⁊ q̄ꝫ cito ꝑſecutionē patit̄. et
fugā de t̄ra natiuitatꝭ ſue. ⁊ tā benigne cedit
furoꝛi illiꝰ quē poterat ꝑdere in momento.
Profunda ē hec hūilitas. ⁊ patiētia magna
Nolebat em̄ ſibi vicē reddere nec offende-
re. ſꝫ fugiēdo inſidias eiꝰ vitare. Sic ⁊ nos
facere tenemur obiurgātibꝫ. ſ. vel rep̄hēdē-
tibꝫ vel ꝑſeq̄ntibꝫ nō reſiſtere. vel de ipis vin

dictā expetere. ſꝫ patient̄ eos poꝛtare ⁊ ipo-
rū furoꝛi cedere. ⁊ qd̄ plus eſt ꝓ eis oꝛare. vt
alibi dn̄s ī euāgelio docet. Fugiebat ergo
dn̄s ante faciē ſui. imo potius ſui diaboli.
Poꝛtabat eū mr̄ tenera ⁊ iuuenis valde. et
ſctūs ioſeph multū ſenex in egyptū ꝑ viam
ſiluestrē. obſcurā. nemoꝛoſaꝫ. aſperā ⁊ inha
bitatā. ꝑ viā etiā valde longam. Dicit̄ ꝙ ad
iter curſoꝝ ſunt. xij. vel. xv. dietē. ꝓ eis autē
fuit foꝛte iter duoꝝ menſiū ⁊ pluriū. Iue-
runt em̄ vt dr̄ ꝑ deſertū illud ꝑ qd̄ tranſiue
rūt filij iſrl̄ in q̊ ſteterūt. xl. annis. Sꝫ quō
faciebāt de victu ſecū poꝛtādo. Vbi etiam ⁊
quō de nocte q̇eſcebāt ⁊ hoſpitabant̄. Ra-
ro em̄ domos ī illo deſerto īueniebāt. Cō-
patere ḡ eis. qꝛ laboꝛ difficil̄ ⁊ magnꝰ. ⁊ lon-
gus eſt tā ipis q̄ꝫ puero ihu. ⁊ vade cū eis.
⁊ adiuua pueꝝ poꝛtare ⁊ ſuias ī oībꝫ in q̇bꝫ
potes. Nō deberet videri nob̄ laboꝛ ꝓ no-
bis ipis pn̄iā agere. ꝓ q̇bꝫ tantus laboꝛ ab
alijs ⁊ a talibꝫ ⁊ totiēs eſt aſſumptꝰ. De his
aūt q̄ ipis in deſerto ⁊ ꝑ viā ꝯtigerūt qꝛ pau
ca autētica inueniunt̄. referre nō curo. Cū
ḡ egyptū intrauerūt oīa ydola ipiꝰ ꝓuincie
coꝛruerūt ſic̄ ꝑ Iſaiā fuit ꝓphetatum. Iue-
rūt ergo ad q̄ndā ciuitatē q̄ vocat̄ Helio-
polis. ⁊ ibidē aliquā domunculā ꝯducētes
habitauerūt ibidē ꝑ ſeptē annos tāq̄ꝫ ꝑegri
ni ⁊ aduene. pauꝑes ⁊ egeni. Sed hic oc
currit pulchꝛa pia ⁊ cōpaſſiua valde medi-
tatio. Aduertas bn̄ q̄ ſequunt̄. Vnde em̄ ⁊
quō viuebāt iſti tāto t̄pe. Nunq̇d mēdica-
bāt. Legit̄ autē de dn̄a ꝙ colo ⁊ acu q̄rebat
ſibi ⁊ filio neceſſaria. Suebat ergo et fila-
bat mūdi dn̄a. pauꝑtatꝭ amatrix. Multū
ꝑ oēm modū iſti pauꝑtatē dilexerūt. ⁊ eidē
ꝑfecte vſq̄ꝫ ad moꝛtē ſuauerūt fidē. Sꝫ nū-
q̇d ibat ipa ꝑ domos petēdo pānū ⁊ alia in
q̇bꝫ oꝑaret̄. Opoꝛtuit em̄ h̄ ꝑ viciniā inote
ſcere. alias vacaſſet a talibꝫ oꝑibꝫ. qꝛ ille mu
lieres nō poterāt diuiare. Sed ⁊ cū ih̄s ce-
pit eſſe q̇nquēnis vl̄ ſic. Nunq̇d ⁊ ipe poꝛta
bat ambaſiatas mr̄is. petēdo ꝓ ipa ea in q̇-
bus oꝑari valeret. Nō em̄ hēbat aliū ſcuti-
ferū. Sed ⁊ nūq̇d repoꝛtabat oꝑa facta. pe
tens ex ꝑte mr̄is. ſolutionē ⁊ p̄ciū. Nōne in
talibꝫ erubeſcebat puer ih̄s. filꝰ dei altiſſi-
mi. ⁊ etiā mr̄ ipm mittēs. Sꝫ q̇d ſi aliq̊tiēs
dū opus reddidiſſet ⁊ p̄ciū peteret mlr̄ aliq̄
ſuꝑba. rixoſa ⁊ loquax. iniurioſe rn̄dit. opꝰ
factū accepit. eū ſine p̄cio expulit. ⁊ ſic vacuꝰ
domū redijt. O q̇t ⁊ q̄nte ſiūt iniurie adue-

nis.q̃s dñs vitare nõ venit ſ3 ſuſcipe. Quid
etiã ſi aliqñ domũ rediens. ꝛ famẽ patiens.
more pueroꝝ petñt panẽ. nec vnd daret ha
buit mr̃. Nõne in his ꝛ ſilib9 totalit̃ ꝯcutie/
bant̃ viſcera ſua. Cõſolabat̃ v̾bis filiũ ſuũ.
ꝛ ope vt poterat ꝓcurabat. ꝛ ſibi forte aliqñ
ſubtrahebat de victu vt filio reſ̾uaret. Hec
ꝛ his ſil'ia de puero ihu meditari potes. de/
di tibi occaſionẽ. Tu v̾o ſic videbit̃ extẽdas
ꝛ ꝓſeq̃ris. ſiſq3 paruula cũ paruulo ihu. nec
paruipẽdas talia hũilia. ꝛ q̃ puerilia videt̃
meditari de ipo. Videnť em̃ dare deuotio
nẽ. augere amorẽ. accẽdere feruorẽ. induce
re cõpaſſionẽ. puritatẽ ꝛ ſimplicitatẽ ꝯferre
ꝛ hũilitat̾ ꝛ paupt̾at̾. vigorẽ nutrire ꝛ ꝯſer
uare. familiaritatẽ ꝛ ꝯformitatem facere. ac
ſpem eleuare. Nã ad ſublimia aſcendere nõ
valem9. ſed qd ſtultũ dei eſt ſapiẽti9 ẽ hoib9
ꝛ qd infirmũ potẽti9. Videt̃ etiã taliu3 me/
ditatio ſupbiã tollere. cupiditatẽ eneruare
ac curioſitatẽ ꝯfundere. Vides q̃t bona in/
de ꝓueniũt. Sis g̃ vt dixi cũ paruulo par/
uula. ꝛ cũ grãdeſcẽte grãdeſcas. ſp tñ hũili/
tate ꝯſ̾uata. ꝛ ſeq̃ris eũ q̃cũq3 ierit. ꝛ intuea/
ris faciẽ ei9 ſp. Sed nunq̇d in ſupiorib9 at/
tendiſti. q̃3 labirioſa fuerit eoꝝ paupt̾as. ꝛ
q̃3 verecunda. Et ſi ex ope manuũ victũ q̃re
re oportebat. q̇d de veſtimẽtis dicem9. q̇d
de vtenſilib9. ſ. lect̾ ꝛ aliis infra domũ opor
tunis. Nunq̇d duplicia hẽbãt. nunq̇d ſup/
flua. nũq̇d curioſa. Hec ꝯ pauptatẽ ſunt. et
iõ etiã ſi hr̃e poſſet nollet ea paupt̾at̾ ama/
trix. Sed ꝛ nũq̇d dña ſuendo vl' alias ope/
rãdo faciebat more q̃rũdã opa curioſa. Ab/
ſit. Faciat hec q̃ tp̃s ꝑdere nõ curat. Nõ ei
poterat ipa in tãta poſita egeſtate tp̃s in va
nis expendere. ſed nec alias feciſſet. Eſt ei
ꝑiculoſiſſimũ viciũ. ꝛ maxĩe tpib9 nr̃is. Vis
videre quõ. Attẽde ꝑmo quõ tp̃s ad laudẽ
dñi ꝯceſſum. expendit̃ ꝯ ipm in vanis. mul
tũ em̃ pl9 de tpe occupat q̃3 expediat curio/
ſum op9. ꝛ h̾ malũ eſt valde. Scd̾o q2 faci/
enti eſt cã vane gl'e. O q̃tiens aſpicit. recogi
tat ꝛ mente reuoluit. etiã qñ nõ opat̃. ꝛ etiã
qñ d3 diuinis intẽdere vt pulchꝝ op9 faciat. ꝛ
exinde ſe reputat et vult reputari. Tercio
q2 ei cui facit eſt cã ſupbie. tali eĩ oleo ignis
ſupbie nutrit̃ ꝛ mag̾ accẽdit̃. Sic ei rudia
ꝛ groſſa ſunt hũilitat̾ fomẽta. ſic iſta ſupbie
Quarto q2 ẽ materia retrahẽdi aĩam a deo
Nã iuxta btm̃ Greg̾. Tanto q̇s a ſuperno
amore diſiũgit̃ q̃nto inferi9 delectat̃. Quin

to q2 eſt ꝯcupĩa oculoꝝ. de trib9 vnu3. ad q̃
oĩa pctã de mũdo reducunt̃. Ad nihilũ ei
talia curioſa valẽt. niſi vt exinde oculi vane
paſcant̃. Quotiẽs aũt q̇s in talib9 delecta/
bilit̃ et vane oc'los paſcit tã q̃ facit. tã q̇ por
tat ꝛ vtit̃. totiẽs offendit. Sexto q2 mľtoꝝ
alioꝝ eſt laq̃us ꝛ ruina. nã talia reſpiciẽtes.
multis modis offendere pñt. Vel malũ ex
emplũ hñdo. vl' delectabilit̃ aſpiciẽdo. vl' ſi/
mile ꝯcupiſcẽdo vl' iudicãdo vl' murmurã
do vl' detrahẽdo. Cogita g̃ q̃tiẽs de9 offen
di p̃t anteq3 illa curioſitas ſit deleta. de oĩ/
bus aũt illis ipe q̇ tale op9 facit eſt cã. Vnd
etiã ſi tibi dicerẽ q talia ꝓ me faceres. l' cer/
tiſſime ſcires me talib9 vti velle. tu facere ñ
deberes. q2 nulla de cã pctõ ꝯſentiendũ eſt
ꝛ ab offenſa dei eſt omnib9 modis abſtinẽ/
dum. Quanto g̃ mag̾ offendis ſi tuo motu
ad ſolã cõplacentiã facis. volẽs mag̾ place
re creature q̃3 creatori. Hec igit̃ faciũt q̇ ſe/
cularit̃ viuũt. Talia em̃ ſunt ornamẽta mũ
di ꝛ blaſphemia dei. Sed q̇ in puritate cõ
ſcientie viuere intẽdit. miror quõ hec face/
re audet ꝛ ſe hac fece fedare. Vides q̃t ma/
la ex tali curioſitate ꝓueniũt. Adhuc eſt ali
ud malũ ꝛ peius. ſ. q curioſitas directe ob/
uiat paupt̾ati. Et vltra oĩa p̃dicta eſt etiã h̾
q leuis ꝛ vani ꝛ incõſtant̾ animi ẽ indiciũ.
Hec aũt oĩa de curioſitate dixi. vt tu curio
ſa deuites. Ab ipis igit̃ tã faciẽdis q̃3 vten/
dis tanq3 a venenoſo ſerpẽte oĩno abſtinere
curato. Nõ tñ intelligi d3 q̇n aliqñ liceat fa
cere opa pulchra. ꝛ potiſſime in his q̃ diuino
cultui mãcipant̃. In q̇b9 tñ oĩno ordinata
affectio. intẽtio ꝛ delectatio ſũmope cauen/
da eſt. ꝛ ab aĩo ſollicite longi9 ꝓpellenda.
De hac aũt curioſitate ſic dicit Bern̄. i ſer/
monib9 ad clericos ca. xij. Spectacula va/
na. rogo q̇d corpi p̃ſtãt. q̇d ve aĩe ꝯferre vi/
dent̃. nã certe nihil in hoĩe cui curioſitas p/
ſit inuenies. friuola ꝓrſus ꝛ inania ac nuga
toria ꝯſolatio. ꝛ neſcio q̇d illi duri9 impcer
niſi vt ſp hẽat qd req̇rit. q̇ iocũda q̇etis fu/
gitãs. curioſa inq̇etudĩe delectat̃. S3 re
deam9 ad dñam in egyptũ. a q̃ digreſſionẽ
fecim9 ꝓpter maledictũ curioſitat̾ viciũ. et
ꝯſpice ipam ĩ laborib9 ſuis. ſuendo ꝛ filãdo
texendo. quõ facit ea fidelit̃. hũilit̃ ꝛ ſollici/
te. hñs nihilomin9 diligentiſſimã curã ſup
filio ſuo. ꝛ ſup gubernationẽ dom9. necnon
vigiliis ꝛ orõib9 iuxta poſſe ẽ ſp intẽta. Tu
g̃ toto affectu eidẽ cõpatere ꝛ ꝯſidera q nõ

habuit oīno gratȝ regnū dn̄a regni. Sed ⁊
illud forte ꝯtingebat freq̄nt̄ ꝙ aliq̄ue bone
matrone vidētes eiꝰ pauꝑtatē. aliq̄ trāſmit/
tebāt eidē. q̄ hūilit̄ ⁊ cū grāꝝ actiōe recipie/
bat. Sed ⁊ ſctūs ioſeph ſenex aliq̄d oꝑaba
tur ī arte lignaminis. Undiq̄ȝ igit̄ occurrit
cōpaſſiōis materia. cū q̄ tandē cū aliquam
morā cū ea ꝯtraxerȝ pete licentiā recedēdi.
⁊ bn̄dictōe recepta p̄mo a puero ih̄u. deinꝺ
a mr̄e. poſtea a ioſeph genibꝰ flexis cū lacri/
mis ⁊ cōpaſſione magna. valefacias eis. q̄ꝛ
tāq̄ȝ exbāniti ⁊ exules a patria ſua ſine aliq̄
cā remanēt ad ꝑegrinādū ibidē ꝑ ſeptē an/
nos. in ſudore ſui vultus victuri.

De reditu dn̄i ex egypto. Ca. xiiij.

c Ompletis ſeptē ānis q̄bꝰ deꝰ ꝑegri
natꝰ eſt ī egypto. angelꝰ dn̄i appꝑuit
ioſeph in ſomnis dicēs. Tolle pue/
rū ⁊ mr̄em eiꝰ. ⁊ vade in t̄rā iſrl̄. Defuncti eī
ſunt q̄ q̄rebāt aīam pueri. Qui accepit pue
rū ⁊ mr̄em eiꝰ ⁊ rediīt in t̄rā iſrl̄. ⁊ cū ꝑuenit
ibi. audiēs ꝙ archelaꝰ filiꝰ herodis regna/
ret ibi. timuit illo ire. Et iteꝝ admonitꝰ ab
angelo iuit ī galyleā ciuitatē nazareth. Fu
it aūt reditꝰ eiꝰ circa feſtuȝ ephie. ſ. ſcd̄a die
put in martilogio legit̄. Vides etiā hic ſic̄
fuit tactuȝ in ſuꝑiori tractatu quō dn̄s dat
ꝯſolatiōes ⁊ reuelatōes ꝑ partes ⁊ non ita
plenas vt appetitꝰ expoſceret qđ ex duobꝰ ī
h̄ facto ꝑpendere potes. Tū q̄ꝛ in ſomnis
nō palā vt tibi dixi. tū etiā q̄ꝛ nō vna vice ſil̄
ſed ꝑ duas vices ei dixit ad quē locū ire de
beret. Et dicit glo. ꝙ h̄ fecit dn̄ſ. q̄ꝛ ex freq̄n
ti viſitatōe q̄s certior reddit̄. Un̄ q̄leſcūq̄ȝ
ſunt nob̄ debēt videri magne ⁊ inde ſimus
grati. q̄ꝛ ſꝑ ex ꝑte ſua facit qđ nob̄ vtilꝰ eſſe
cognoſcit. Nūc aūt circa dn̄i reditū inſiſta/
mus. Circa quē diligent̄ attēde. q̄ꝛ pia eſt h̄
meditatio valde. Redeas ḡ in egyptuȝ gr̄a
viſitādi pueꝝ ih̄m. quē cū extra int̄ pueros
forte inuenerȝ. ip̄e te vidēs occurret tibi. q̄ꝛ
benignꝰ ⁊ affabilis ⁊ curial̄ eſt. Tu vero ge
nuflectens oſculerȝ pedes eiꝰ. ⁊ poſt int̄ bra
chia ip̄m ſuſcipias ⁊ aliq̄ntulū cū eo q̄eſcaſ.
tandē forte dicet tibi. Data eſt nob̄ licentia
in t̄rā nr̄aȝ. ⁊ cras hinc recedere debemus.
bona hora veniſti. q̄ꝛ redibis nobiſcuȝ. cui
alacrit̄ rn̄deas te ex h̄ multum gaudere. ⁊ ꝙ
eū optas ſeq̄ q̄cunq̄ȝ ierit. ⁊ in his collocuti
onibꝰ delecterȝ cū eo. Dixi iā tibi. ꝙ hm̄ōi q̄
puerilia vident̄ meditari. multū valēt. ⁊ po
ſtea ad maiora trāſmittūt. Poſtea ducet te
ad mr̄em. ⁊ curialit̄ honorabit. tu ꝓ eo genu/
flectens. fac ei reuerētiā ⁊ ſctō ſeni ioſeph. et
req̄eſcas cū eis. Mane ſeq̄nti die videb̄ ali
q̄s bonas matronas de ciuitate. ⁊ etiaȝ ho
mines veniētes ad ſectandū eos vſq̄ȝ extra
portā ciuitatȝ. ꝓpter placabilē ⁊ ſctām ꝯuer/
ſationē ip̄oꝝ. Predixerāt ei diſceſſuȝ ſuū ꝑ
viciniā ꝑ plures dies. Primū q̄ꝛ nō ē ꝯue/
niens ꝙ ſubito q̄ſi furtim inde recederēt. ſe/
cus tn̄ fuit qn̄ venerūt in egyptū. q̄ꝛ timue/
rūt mortē pueri. Incipiūt em̄ recedere ⁊ io
ſeph cū homībꝰ p̄cedit. ⁊ dn̄a ſequit̄ a longe
cū matronis. Tu vero accipiēs pueꝝ ꝑ ma
nū vade in medio an̄ mr̄em. nā ip̄m poſt ſe
nō dimittet. Cū aūt ſūt extra portā. ioſeph
nō ſe patit̄ ampliꝰ ſociari. Tunc vero aliq̄s
ex illis diues cōpatiēs pauꝑtati coꝝ. pueꝝ
vocat vt aliq̄s ei denarios tribuat ꝓ expen
ſis. Verecundat̄ puer accipe. tn̄ pauꝑtatis
amore manū parat. pecuniā accipit verecū/
de ⁊ gr̄as agit. ſic ⁊ plures fecerūt. Vocatur
etiā a matronis. ⁊ ſil̄r faciūt. Nec minꝰ hic
mr̄ verecundat̄ q̄ȝ filiꝰ. Verūtn̄ hūilit̄ gr̄as
eis egit Vere hic eis cōpati potes. cum ille
cuiꝰ eſt t̄ra ⁊ plenitudo eiꝰ. ꝓ ſe ⁊ mr̄e ⁊ nu/
tricio ſuo ſic pauꝑtatē artā elegerit. ⁊ in tan
ta penuria vixit. Multū in eis relucet pau
pertas ſctiſſima. ⁊ nob̄ amabilē ⁊ imitabilē
oñdunt. Tandē gr̄as agētes eis valefaciūt
oībꝰ. ⁊ ſuum arripiūt iter. Sed quō redibit
puer ih̄s adhuc tener infantulꝰ. difficilior
em̄ mihi videt̄ reditꝰ q̄ȝ acceſſus. nā qn̄ ve/
nit in egyptuȝ ita paruulus erat ꝙ portari
poterat. nunc aūt ſic magnus eſt ꝙ portari
non p̄ualet. et ſic paruꝰ ꝙ ꝑ ſe ire nō poteſt.
Sed forte aliquis ex illis bonis viris de/
dit vel accomodauit aliquē aſellū ſuꝑ queȝ
ire poſſet. O puer egregie ac delicate. rex ce
li ⁊ terre quātū laboraſti ꝓ nob̄. ⁊ q̄ȝ cito ce/
piſti. Bene ꝓph̄a ī vr̄a p̄dixit ꝑſona. Pauꝑ
ſum ego ⁊ in laboribꝰ a iuuentute mea. Pe/
nurias magnas. labores arduos. ⁊ afflicti
ones corꝑis ꝯſtantiſſime aſſūpſiſtȝ. habui/
ſtis voſ ip̄os q̄ſi odio ꝓ amore nr̄o. Certe ſo
lus hic labor de q̄ nunc tractamꝰ ad plenā
redemptionē ſufficere debuiſſet. Accipe er/
go puerū ih̄m ⁊ pone ſuꝑ aſellū. ac fideliter
ducas eū. ⁊ cum deſcēdere voluerit letant̄
eum in brachijs ſuſcipias ⁊ aliquātuluȝ te/
neas. ſaltē quouſq̄ȝ veniat mr̄ eiꝰ. q̄ aliq̄ntu
lum tardius ſiue planiꝰ ambulat. tūc puer
ibit ad eam. eritq̄ȝ mr̄i requies magna. re/

ceptio filij. Uadunt ğ ⁊ trãſeunt ꝑ deſertuꝫ
ꝑ q̄d venerũt. ⁊ in ip̄o itinere ſepe poterꝭ eis
cõpati. hñtes parũ q̇etis. ⁊ reſpice eos fati
gatos. ⁊ ex labore deuictos tã de die q̄ꝫ de
nocte. Cũ autẽ fuerũt ꝓpe finẽ deſerti inue/
nerũt iohẽm baptiſtã. q̇ iam ibi pniam age
re cepat. cũ tñ nullũ hr̃et pctm̄. Dicit̄ ꝙ lo/
cus iordanis in q̇ iohes baptizauit eſt ille
vnde tranſierũt filij iſrl' qñ venerũt de egy/
pto ꝑ dictũ deſertũ. ⁊ ꝙ ꝓpe illũ locuꝫ in ip̄o
deſerto iohes pniam fecit. Uñ poſſibile eſt
ꝙ puer ihs inde trãſiens in reditu ſuo inue
nit eũ ibidẽ. Mediteris ğ quõ ſuſcepit eos
alacrit̄. ⁊ ibi aliquãtulũ ſubſiſtẽtes comede
rũt cũ eo illa cruda cibaria. Tandẽ in men
ſa recreatione ſpũs habita. valefecerunt ei.
Tu aũt ⁊ in aduentu ⁊ in receſſu genuflecte
iohãni. deoſculãs pedes eius. bñdictioneꝫ
petens ⁊ ei te recõmẽdans. excellẽs ei ⁊ val
de mirabilis a cunabilis eſt puer iſte. Ipſe
em̄ fuit ꝑm⁹ heremita ⁊ ꝑncipiũ ⁊via religi
oſe viuere volentiũ. Fuit ꝟgo puriſſimus.
fuit p̄dicator ꝑmaxim⁹. fuit plus q̄ꝫ ꝓpha. fu
it etiã martyr gl'ioſus. Poſtea tranſeuntes
iordanẽ applicauerũt ad domuꝫ elyzabeth.
vbi magnũ ⁊ iocundũ feſtũ factũ fuit inter
eos Et ibidẽ audiẽs ioſeph ꝙ archelaus fi
lius herodis regnabat ĩ iudea. timuit ⁊ ad/
monit⁹ in ſomnis ab angelo iuerũt in galy
leã in ciuitatẽ nazareth. Ecce reduxim⁹ pu
erũ ihm de egypto. ⁊ eo reuerſo ꝯcurrũt ſo
rores dñe. ⁊ alij ꝯſanguinei ⁊ amici ad viſi/
tandos eos. Ipi aũt in nazareth q̇eſcunt. ⁊
paupem vitam ducũt. Exinde aũt vſq͡ꝫ ad
duodecimũ etatꝭ annuꝫ pueri ihu aliq̇d nõ
legit̄ de ip̄o. Dicit̄ tñ ⁊ veriſimile eſt ꝙ ad/
huc ibi eſt fons de quo puer ihs deferebat
aquã mr̃i. Faciebat em̄ hmõi ſuicia matri
hũilis dñs. nõ em̄ hẽbat aliuꝫ ſeruientem.

Potes etiã hic meditari ꝙ cũ mr̃e ꝓpria
ſcꝫ ſorore dñe veniebat iohes euãgeliſta. q̇
tũc erat ãnoꝝ q̇nq͡ꝫ. Nã legit̄ de ip̄o ꝙ obijt
anno a paſſione dñi. lxvij. etatis ꝟo ſue an
no. xcviij. ⁊ ſic tp̄e paſſionis dñi hẽbat. xxxj.
annos. cũ dñs hr̃et. xxxiij. vel paꝝ pluſ. Cũ
ergo in hoc reditu domin⁹ eſſet. vij. annoꝝ.
iohannes erat q̇nq͡ꝫ. Intuere itaq͡ꝫ ip̄os ſtã
tes ſimul ⁊ cõuerſantes ſicut dominus da
bit tibi. Hic enim fuit poſtea ille diſcipul⁹
quẽ familiari⁹ diligebat ieſus.

Quõ puer ieſus remanſit in hieruſalẽ. Capitulum. xv.

c Um aũt eſſet annorũ. xij. aſcẽdit cũ
parẽtib⁹ in hierl'm ſcḋm ꝯſuetudineꝫ
⁊ p̄ceptũ diei feſti. ⁊ durabat ꝑ dies
octo. Laborabat ğ etiã nũc puer ihs itine/
rib⁹ longis. ⁊ vadit vt honoret pr̃em ſuũ ce/
leſtẽ in feſtis ſuis. Eſt em̄ amor ſũm⁹ inter
pr̃em ⁊ filiũ. ſed maior erat ei afflictio. ⁊ do/
lor cordis acerbior. de inhonoratiõe pr̃is
in pctõꝝ multiplicũ cõmiſſiõe q̄ꝫ de hono/
re parentis ⁊ exterioris pompe feſti leticia.
Stabat ğ dñs legꝭ obſuans legẽ. ⁊ int̄ ali/
os ꝯuerſans humilit̄ q̄i q̇libet ali⁹ paupcu
lus. Conſumatꝭ aũt dieb⁹ feſti recedentib⁹
parentib⁹ ip̄e ĩ hierl'm remãſit. Attende hic
bene ⁊ oĩb⁹ q̄ dicunt̄ ⁊ fiũt te pñtem exhibe
as. Ualde em̄ deuota materia ⁊ ꝓficua eſt
hec. Dixi autẽ iã tibi ſup̄ ca. vj. in ꝑncipio ꝙ
nazareth vbi dñs hitabat a hierl'm diſtat
xiiij. vel. xv. miliaria vel circa. Cũ ergo mr̃ ⁊
ioſeph ꝑ diuerſas vias incedentes venerũt
in ſero ad locũ. vbi dieta explebat̄ ⁊ vbi ho
ſpitari deberẽt. videns dña ioſeph ſine pu/
ero quẽ cum ip̄o rediſſe credebat. querit ab
eo. vbi eſt puer. ⁊ iſte. ego neſcio. non redijt
mecũ. tecũ em̄ eũ rediſſe credebam. Tũc il/
la dolore vehementi cõcuſſa cũ lachrymis
dixit. nõ redijt mecũ. Uideo ꝙ nõ bene fili
um meũ cuſtodiui. ⁊ velociter cepit ire ꝑ do
mos. ⁊ q̄ꝫ decent̄ potuit illo ſero circuibat.
querẽs de ip̄o ⁊ dicẽs. Uidiſtis vos filium
meum. ⁊ vos vidiſtꝭ ne filiũ meũ. ⁊ vix p̄ do
lore ⁊ ardore deſiderij ſe ſentiebat. Ioſeph
vero ſequebat̄ eandẽ cũ fletu. Quo non in/
uento. qualẽ quietẽ habere poterant tu ip̄a
cogita ⁊ maxime mater que ip̄m artius di/
ligebat. Et licet a notis cõfortaret̄. non ta/
men poterat cõſolari. Quid em̄ erat ꝑdere
ieſum. Conſpice bene ip̄am ⁊ vehement̄ cõ
patere. q⁊ in anguſtia eſt aĩa ſua. nunq̄ꝫ ex/
quo nata fuit vſq͡ꝫ tunc fuit in tãta. Nõ ergo
turbemur qñ tribulatiões habem⁹. cũ etiã
matri nõ pepcit dñs. ad ſuos em̄ eas ꝑmit/
tit venire. ⁊ ſignũ ſunt ſue dilectõis. Nobis
autẽ expedit eas habere. Tandẽ dña in ca/
mera ſe recludens. ad orationẽ ⁊ planctum
ſe cõuertit. dicẽs. O deus ⁊ pater eterne cle
mentiſſime ac benigniſſime vobis placuit
mihi dare filiũ veſtrũ. ſed ecce ꝑdidi eum. ⁊
neſcio vbi ſit. Reddite eũ mihi. O pater tol
lite mihi amaritudinẽ iſtã ⁊ oñdite mihi fili
um meum. Reſpicite pr̃ afflictioneꝫ cordis
mei ⁊ nõ ad negligentiã meã. Incaute em̄

me habui.ſed ignorās feci.ſed ꝓpter boni/
tatem veſtrā reddite ipm mihi. qꝛ ſine ipſo
viuere nō poſſuz.O fili dilectiſſime vbi es.
quid eſt de te.apud quē nūc hoſpitarꝭ. Nū
quid ad patrē tuū rediſti in celū. Scio em̄
ꝙ deus es ⁊ dei filiꝰ. Sed quomō mihi nō
dixiſſes.ſed ⁊ nunq̄d inſidioſe ab aliquo es
queſitꝰ. Scio em̄ ꝙ verus homo es ex me
natus.⁊ alias te ab herode queſituz in egy/
ptū portaui. Pater tuꝰ te ab omi malo cu/
ſtodiat fili mi. Indica mihi fili mi vbi ſis ⁊
veniam ad te.vel tu redi ad me. parce mihi
hac vice.qꝛ nunq̄ȝ ampliꝰ continget mihi vt
te cuſtodiā negligent̄. Nunq̄d aliquā offen
ſam feci tibi fili mi.ꝓpter quā ergo cauſaȝ re
ceſſiſti a me. Scio ꝙ dolorē cordis mei co/
gnoſcis.O fili mi ne tardes venire ad me.
Nunq̄ȝ ex quo natꝰ es vſq̄ȝ modo ſine te fui
comedi vel dormiui.niſi nunc ſolū. mō aūt
ſum ſine te ⁊ neſcio qualit̄ hoc factuz ſit.tu
ſcis qꝛ tu es ſpes mea.vita mea.⁊ omne bo
nū meum.⁊ ſine te eſſe nō poſſum Indica ḡ
mihi vbi tu es.⁊ quomō te valeā inuenire.
Talibꝫ ⁊ ſimilibꝫ dict̄ ſe mater ꝑ noctez an/
guſtiabat ſuꝑ dilecto filio ſuo. Mane vero
ſequēti die tempeſtiue domū exeūtes.que/
rebant eū etiā ꝑ circūſtantia loca.nā ꝑ plu/
res vias patebat reditꝰ. Sicut q̄ de ſenis
vellet redire piſas.poſſet ire ꝑ podium bo/
nichi ⁊ ꝑ colle ⁊ ꝑ alia loca. Die ergo ſequē
ti ibant ꝑ alias vias q̄rentes eū int̄ cogna/
tos ⁊ notos.quo etiā tunc nō inuento mat̄
q̄ſi ſine ſpe anxiabat̄ ⁊ nō poterat conſola/
ri. Tercia vero die redeūtes in hieruſalem
inuenerūt eū in templo ſedentez in medio
doctorū.tunc ipa videns eū exhylarata q̄ſi
reuiuiſcens genuflexit ⁊ cū lachrymis deo
grās egit. Puer aūt ieſus videns matrē ve
nit ad eā.quē ipa inter brachia ſuſcipiēs et
ſtringēs ⁊ oſculās dulciter ponēs vultuz ad
vultū.⁊ tenēs eū in gremio ſuo aliq̄ntulū
cū eo ſic req̄euit.neq̄ȝ em̄ tūc aliq̄d p̄ teneri/
tudine dicere potuiſſet. Poſtea reſpiciens
eum dicit. Fili q̄d feciſti nob̄ ſic.ego ⁊ pr̄ tu
us dolētes q̄rebamꝰ te. Et ille.q̄re me q̄re/
batis. In his em̄ q̄ p̄ris mei ſunt oꝫ me eē.
Quod verbū illi nō intellexerūt. Dicit ḡ ei
mater. Fili volo ꝙ redeamꝰ ad domuz no/
ſtrā.nō vis redire nobiſcū. Et ille.ego faci
am qȝ placuerit vob̄. ⁊ rediȷ̄t cū illis naza/
reth. Vidiſti ḡ afflictionem m̄ris in p̄dicto
negocio. Sed q̄d fecit p̄dictꝰ puer i iſto tri
duo. Conſpice etiā eū attente quomō ſe re/
ducit ad aliqȝ hoſpitale pauperū. Etiā cū
verecundia petit ſe hoſpitari.⁊ ibidē come
dit ⁊ hoſpitabat̄ cum pauperibꝫ ieſus pau/
per. Conſpice eū ſedentem inter doctores
vultu placido.ſapienti ⁊ reuerenti.⁊ audie/
bat ⁊ interrogabat eos q̄ſi ignorans.quod
ex humilitate faciebat.⁊ etiā ne illi verecū/
darent̄ ſuper mirabilibꝫ reſpōſis eiꝰ. Cō
ſiderare autē potes in p̄dictis tria valde no
tabilia. Primuz qui deo vult adherere.
nō debet inter cōſanguineos ꝯuerſari.ſed
ab eis diſcedere. Nam ⁊ puer ieſus a ſe di/
miſit dilectiſſimā matrē.cum operibus pa
tris ſui intendere voluit.⁊ etiā poſtea que/
ſitus inter cognatos ⁊ notos inuentꝰ non
fuit. Secundū ꝙ qui ſpiritualiter viuit
non miret̄ ſi aliquādo mente arida rema/
nens videt̄ ſibi ſe eſſe derelictū a deo.cum
etiā matri dei hoc cōtigerit. Nō ergo men/
te tabeſcat.ſed diligent̄ eum querat ī ſacris
meditationibꝫ ⁊ bonis operibꝫ ꝑſiſtendo.⁊
reinueniet eū. Terciū ꝙ non debet quis
eſſe ꝓprij ſenſus vl̄ ꝓprie voluntatis. Naȝ cū
dominꝰ ieſus dixiſſet ꝙ oportebat euȝ ope
ribus patris intēdere.mutauit conſiliuȝ.⁊
matris voluntatē ſecutus eſt. ⁊ receſſit cuȝ
ea ⁊ nutricio ſuo ⁊ erat ſubditus illis. In q̄
etiā admirari potes humilitatē ipius.de q̄
plenius infra ꝓximo dicemus.

Quid dominꝰ fecit a duodecimo anno
vſq̄ȝ ad triceſimū annū. Capl'm.xvj.

r Euerſus ergo dominꝰ ieſus a tem/
plo ⁊ hieruſalē cum parentibꝫ ſuis ī
ciuitatē nazareth.erat ſubditus il/
lis.⁊ habitauit ibidem cū eis ab inde vſq̄ȝ
ad principiū triceſimi anni. Nec in ſcriptu/
ris reperit̄ ꝙ in toto iſto tempore aliq̄d fe/
cerit quod mirabile videt̄ valde. Quid er/
go mirabimur ⁊ imaginabimur ipm feciſ/
ſe. Stetit ne dominꝰ ieſus ocioſus tāto tē/
pore.vt nihil faceret dignū recitatōe ⁊ ſcri/
ptura. Si enim feciſſet.cur non fuiſſet ſcri
ptum ſicut reliqua facta ſua. Omnino ſtu/
por videt̄. Sed attende hic bene. quia pa/
tenter videre poteris ꝙ nihil faciendo fecit
magnifica. Nihil enim de factis eius a my/
ſterio vacat.ſed ſicut virtuoſe operabatur.
ſic virtuoſe tacebat.quieſcebat.⁊ ſe ſubtra/
hebat. Magiſter ergo ſummus aliquādo
docturus virtutes ⁊ viam vite. cepit a ſua

iuuentute opa facere ỽtuoſa. ſed mõ mira/
bili ⁊ incognito. ac retroactꝫ tpib' inaudito
ſe vicꝫ reddendo in ꝯſpectu hoim inutilẽ ⁊
abiectũ ⁊ inſipientẽ. vt deuote ⁊ ſine omi te
meraria aſſertiõe cogitari põt. Nulla tñ in
hac meditatõe tibi affirmo. q̃ p auctẽ ſacre
ſcripture vel doctoꝝ ſacroꝝ non ꝓbant. vt
etiã in ꝑncipio tibi dixi. Subtrahebat ẽ ſe
a ꝯſortio ⁊ ꝯuerſatõe hoim. Jbat ad ſyna/
gogã (.i. eccĩam) ſtabat multũ ibi in orone
in loco viliori ſe ponẽs. redibat domũ. ſta/
bat cũ mre. ⁊ aliqñ ſuũ nutricium adiuua/
bat. ptrãſibat eundo ⁊ redeundo int' hoies
ac ſi nõ videret hoies. Mirabant' cũcti cer
nẽtes iuuenẽ tã ſpecioſum nihil facere qđ
apparebat laude dignũ. Expectabãt em̃ ꝙ
magnifica faceret. ⁊ opa ꝓbi viri. Cũ em̃ pu
er erat ꝓficiebat etate ⁊ ſapia corã deo ⁊ ho
minib'. ſed creſcẽs ⁊ pueniens a. xij. ãno vſ/
ꝙ. xxx. ⁊ vltra nulla opa faciebat p̃tendẽtia
ſpeciẽ aliquã ꝓbitatis ⁊ virilitatꝫ. ſtupebant
vehement' ⁊ deridebãt eũ dicentes. Jſte eſt
q̇dã inutil'. ipe ẽ idiota ⁊ hõ de nihilo ⁊ ſtul/
tus ⁊ inſipiẽs. Nec etiã lr̃as diſcit. ⁊ int' gen
tes in puerbiũ venit. ꝙ erat grãdis ⁊ capti/
uus. Et hũc viuendi morẽ ſic tenacit' tene/
bat ⁊ ꝯtinuabat ꝙ apud oẽs cõiter erat vi/
lis. ⁊ abiect' reputabat'. Qđ bñ ante ꝓꝓhe
tã dictũ fuit in ꝑſona ei'. Ego ſum vermis ⁊
nõ hõ ⁊c̃. Uides ẽ q̇d faciebat nihil facien
do. reddebat ſe vilẽ ⁊ abiectũ vt dixi omib'.
ſed an h̃ tibi paꝝ videt'. ipe q̇dẽ non indige
bat ſed ego. Certe in opib' nr̃is nullũ mai'
reputo nec difficili' cognoſco. Ad altiſſimũ
gradũ mihi pueniſſe videt'. q̇ ad hoc puenit
vt ex corde ⁊ aĩo vero nõ ficto ita ſe vincit
ac dñat' aĩo ſuo. ac ſupbo ſupcilio carnis ſue
ꝙ nolit aliq̇d reputari. ſed ſpni vt abiect' et
vilis. Mai' eſt h̃ ꝙ̃ vincere vrbes iuxta ſen
tentiã Salomõis Prouer. xvj. dicẽtꝫ. Me
lior eſt patiẽs viro forti. ⁊ q̇ dñat' aĩo ſuo ex
pugnatore vrbiũ. Uſꝙ ẽ ꝙ puenias ad hũc
gradũ nihil tibi videarꝫ feciſſe. Nã cũ in ve
ritate oẽs ſim' inutiles etiã cũ oĩa bñ fece/
rimus iuxta ỽbum dñi. Quſꝙ in h̃ abiectio
nis gradu nõ ſum'. adhuc ĩ ỽitate nõ ſum'.
ſed in vanitate ꝯſiſtim' ⁊ ambulamus. Qđ
etiã apl's mãifeſte oñdit di. ad Gal'. vj. Qui
ſe exiſtimat aliq̇d eſſe cũ nihil ſit. ipe ſe ſedu
cit. Si ẽ q̃ras quare dñs ihs hoc faciebat.
Rñdeo tibi. nõ qꝛ indigeret. ſed vt nos in/
ſtrueret. Uñ ſi nõ diſcim', inexcuſabiles ſu

mus. Abhoĩabile ꝓrſus eſt. ſi ſe erigit' ỽmi/
culus ⁊ vermiũ eſca futur' vbi ſic ſe humili
ans abiecit dñs maieſtatꝫ. Si aũt abſur/
dũ alicui videat'. ꝙ ſic inutilit' ſtaret. ⁊ ꝙ euã
geliſte multa obmiſerũt. ⁊ ſil'ia dicat. rñde/
ri p̃t ꝙ nõ erat inutile tante ỽtutꝫ exẽplũ p̃/
bere ⁊ facere. imo erat vtiliſſimũ ⁊ oĩm ỽtu/
tum rectũ ac ſtabile fundamẽtũ. Sed ⁊ ex
ỽbis ipi' in euãgelio Joh. xvj. ſic habem'.
Cũ venerit paraclyt' quẽ ego mittã vob a
pr̃e ſpũꝫ veritatꝫ q̇ a pr̃e ꝓcedit. ille teſtimo
niũ ꝑhibebit de me. ⁊ vos teſtimoniuꝫ ꝑhi/
bebitis. qꝛ ab initio mecuꝫ eſtis. ſ. p̃dicato/
res. Et petr' in electõne ſcti Matthie apl'i
dicit. Oportet ex his viris ⁊c̃. q̇ intrauit int'
nos dñs ihs incipiens a baptiſmate iohis
⁊c̃. Tũc aũt erat incipiẽs q̃ſi annoꝝ. xxx. ſed
nec ipe iohes eius p̃curſor fuiſſet. ſi dñs ie
ſus ꝑus eo p̃dicare cepiſſet. Jtẽ ſi ꝑus ince
piſſet. quõ nõ fuiſſet not' in tot annis a vi/
cinis. q̇ dicebãt. Nõne h̃ eſt fabri fili'. cũ po
ſtea in paruo tpe fili' dauid vocaret' etiaꝫ a
ſocijs. Si ẽ citius incepiſſet. vel aliq̃ nota/
bilia feciſſet. ſcripta eſſent vl' ſaltẽ aliqua ex
eis. nec ſic ex toto oẽs euãgeliſte tacuiſſent.
Hoc aũt qđ dico videt' ipe Bern̄. ſentire vt
habebis in ꝓximo tractatu in vltima aucte.
Quõcũꝙ ſe habeat ỽitas. ego ſic meditari
piuꝫ valde puto. Fabricabat ẽ dñs ihs ſic
faciendo gladiũ hũilitatꝫ vt ꝑ ꝓpham fuerat
dictũ ei. Accingere gladio tuo ſup femur tu
um potẽtiſſime. Nullo q̇ppe decẽti' gladio
ꝙ̃ hũilitatis decebat ſupbũ aduerſariũ iu/
gulare. Nã gladio ſue magnitudinis nõ le/
gim' ꝙ fuerat vſus. ſed poti' ꝯtrariũ ꝓ illo
tpe. q̇ maxime indiguiſſet. ſcꝫ tpe paſſiõis.
Jdẽ ꝓpheta ꝯq̃ſtus eſt ad deũ pr̃em ꝓ filio
dicens. Auertiſti adiutoriuꝫ gladij eius. ⁊
nõ es auxiliat' ei in bello. Habes ẽ quõ
dñs ihs cepit ꝑus facere ꝙ̃ docere. Doctu
rus ei erat. Diſcite a me qꝛ mitꝫ ſuꝫ ⁊ hũilis
corde. Hoc ẽ ꝑmo facere voluit. ⁊ nõ ficte.
ſꝫ ex corde faciebat. ſic ỽe ⁊ ex corde hũilis
erat ⁊ mitis. Nõ poterat ĩ eũ cadere ſimula
tio. ſꝫ poti' intim̃ fundauit ⁊ ꝓfundauit ſe in
hũilitate ⁊ vilitate ⁊ abiectõe. ⁊ ſic etiã ſe in
ꝯſpectu oĩm ãnihilauit. ꝙ etiã poſtꝙ̃ p̃dica
re incepit. ⁊ loq̇ altiſſima ⁊ diuĩa. ⁊ etiã face/
re miracula ⁊ magnifica opa. non reputa/
bant eũ. ſed vilipendebant ⁊ deridebãt. di/
centes. Quis eſt hic. Nonne hic eſt fabri fi
lius, et alia ſimilia deriſoria et deſpectiua.

Verificatū ḡ ē ẜ hūc ītellectū ꝟbū aplī dicē
tis. Exinaniuit ſeipm formā ſui accipiēs. ꝛ
nō ſolū cuiuſcꝫ ſui ꝑ incarnationē. ſed iuti
lis ſui ꝑ hūilē ꝛ abiectā ꝯuerſationē. Vis ḡ
videre ꝙ potētiſſime hūc gladiū ſibi accin
xerit ꝯſidera ſingulos act⁹. ſꝑ in eis relucet
hūilitas vidiſti in ſuꝑioribꝫ. reducas bn̄ in
memoriā. Habem⁹ in ſeqn̄tibꝫ etiā ī multꝭ
ꝙ augmentatā vſcꝫ ad mortē fidē ei ſuauit
ꝛ etiā poſt mortē. necnō etiā p⁹ aſcēſionem.
Nōne in fine lauit pedes diſciplorū. Nōne
hūiliat⁹ vltra ꝙ̄ dici poſſet crucꝭ patibulū
ſuſtinēdo. Nōne p⁹ reſurrectōez glorificat⁹
vocabat diſciplos ſuos frēs. Vade (dixit
magdalene) ꝛ dic frībꝫ meis. Aſcēdo ad pa
trē meū ꝛc̄. Nōne etiā p⁹ aſcēſionē locut⁹ eſt
paulo hūilit̄ qi ad cōparē ſuū. Saule ſau
le qd me ꝑſeq̄ris. Nec ibi noiauit ſe deū ne
ꝙ̄ ihm. Nōne ꝛ in ſede maieſtatꝭ ſue ꝯſiſtēs
dictur⁹ eſt ī die iudicij. Qādiu feciſtꝭ vni ex
his frībꝫ meis mimis mihi feciſtis Nō ſine
cā̄ ꝟtutē hāc tm̄ amauit. Sciebat em̄ ſicut
oīs pcī ſuꝑbia ſic fundamētū oīs boni ꝛ ſa
lutis hūilitas. Sine h̄ fundamēto fruſtra
fit edificiū. Vn̄ nec de ꝟginitate nec de pau
ꝑtate nec de aliq̄ ꝟtute vel oꝑe ſine hūili
tate ꝯfidas. Hic ḡ ipam fabricauit. i. oñdit
q̄lit̄ poſſit acq̄ri. ſ. ꝑ vilificationē ꝛ ꝑ abiecti
onē ſuiꝑi⁹ in ſuo ꝛ alioꝝ ꝯſpectu ꝛ ꝑ ꝯtinuū
exerciciū hūiliū oꝑeꝝ. Vade ḡ ꝛ tu fac ſilr.
ſi hūilitatē vis adipiſci. Oportet enī ꝙ p̄ce
dat hūiliatio. i. ſui vilificatio ꝛ exercitatio vi
liū oꝑeꝝ ꝛ hūiliū. De q̄ ſic ait Bern̄. in epl̄a
ad egregiū canonicū ſecularē. Hūilitas ad
quā vtiqꝫ ducit hūiliatio. toti⁹ eſt ſpūalis fa
brice fundamētū. Siq̄dē hūiliatio via eſt
ad hūilitatē ſic̄ patiā ad pacē. ſic̄ lectō ad ſci
entiā. Si ꝟtutē appetꝭ hūilitatꝭ. viā nō refu
gias hūiliatōis. Nā ſi nō poterꝭ hūiliari nō
poteris ad hūilitatē ꝑuehi. Idē. xxxiiij. Cā
tico. Oportet hūilit̄ ſentire de ſe. tendentē
ad altiora. ne dū ſuꝑ ſe extollit̄. cadat ad ſe.
niſi in ſe firmit̄ ꝑ verā hūilitatez fuerit ſoli
dat⁹. Et qꝛ niſi hūilitatꝭ merito maxīa mi
nime obtinent̄. ꝓpterea q̄ ſubuehēd⁹ eſt cor
reptiōe hūiliat̄. hūilitate meret̄. Tu ḡ cū te
hūiliari viderꝭ. habero ſignū illud in bonū.
oīno argumētū eſt grē appropinq̄ntꝭ. Nā ſic̄
ante ruinā exaltat̄ cor. ita ꝛ an̄ exaltationez
hūiliat̄. Sane vtꝝqꝫ legꝭ. deū. ſ. ꝛ ſuꝑbis re
ſiſtere. ꝛ hūilibꝫ dare grām. At paꝝ eſt. cū ꝑ
ſeipm nos hūiliat de⁹. ſi tunc libent̄ accipi
mus. niſi qn̄ ꝛ ꝑ aliū h̄ facit. ſapiam⁹ ſimilit̄.
Qobrē accipe h⁹ rei mirabile documentū
de ſctō dauid. Aliqn̄ maledictū eſt ei etiā a
ſuo. at ille nec cumulatā iniuriā ſenſit. qꝛ p̄
ſenſit grāz. Quid mihi ait ꝛ vob filij ſaruie
O vere hoīem ſm cor dei. qui ſe vlciſcēti po
tius ꝙ̄ exprobrāti ſuccēſendū vel iraſcēdū
putauit. Vn̄ ꝛ ſecura ꝯſcia loq̄bat̄. Si red
didi retribuenti. ꝛc̄. Et de hac ꝟtute hec ad
pn̄s ſufficiāt. Et redeam⁹ ad intuendos
act⁹ ꝛ vitā dn̄i ieſu ſpeculi nr̄i. ſic̄ ē p̄ncipa
le nr̄m ꝓpoſitū. Igit̄ te oībꝫ pn̄tē exhibeas
vt ſepi⁹ tibi dixi. Et ꝯſidera illā ſuꝑ oēs ali
as bn̄dictā familiā paruā. ſed valde excelſā
pauꝑem ꝛ hūilē vitā ducentē. Felix ioſeph
ſenex q̄rebat̄ qd̄ poterat de arte lignamis.
dn̄a vero acu ꝛ colo p̄cio laborabat. Facie
bat ꝛ alia dom⁹ obſequia q̄ multa ſūt. vt tu
meli⁹ noſti. Parabat victū ſponſo ꝛ filio et
alia expedientia faciebat. nō em̄ hēbat ſui
entē. Cōpatere ḡ ſibi quā ſic ſuis manibꝫ la
borare oportet. Cōpatere etiā dn̄o ihu. q̄a
ipe eā adiuuabat. fidelit̄ laborabat ī his q̄
poterat. Venit em̄ vt ipe ait miſtrare et nō
miſtrari. Nōne ḡ ī ponēda mēſula. cubilibꝫ
aptādis ꝛ alijs ſecretioribꝫ dom⁹ eaz adiu
uabat Intuere ḡ eū bn̄ hūilia obſequia per
domū facientē. Et nihilomin⁹ etiaz dn̄am
intuere. Cōſpice etiā q̄lit̄ ipi tres ſil̄ come
dūt ad vnā menſulā ꝑ ſinglos dies. nō lau
tas ꝛ exq̄ſitas. ſ ꝫ pauꝑes ꝛ ſobrias cenas ſu
mentes. Et q̄lit̄ poſtea colloquunt̄. nō in
ania ꝛ ocioſa ꝟba. ſed plena ſapiā ꝛ ſpūſctō.
nec min⁹ mēte reficiunt̄ ꝙ̄ corꝑe. Sꝫ q̄liter
p⁹ aliq̄lē recreatōnē ad orōnē ſe ꝯuertūt in
cubilibꝫ ſuis. nō ei erat eis dom⁹ ampla ſꝫ
ꝑua. Meditare ēt circa cubicula. ſ. vnū ꝓ q̄
libet coꝝ. ꝛ intuere dn̄m ihm ſuꝑ vnū in ſe
ro p⁹ orōnē ſe cōponere ꝑ ſingulas noctes
tā lōgiſſimi tp̄is ſic hūilit̄. ſic vilit̄. vt q̄cūqꝫ
ali⁹ pauꝑcul⁹ de ꝓplo. ſic etiā ꝑſeuerant̄ q̄li
bet ſero in h̄ ſtatu deberes euz aſpicere. O
de⁹ abſcondite q̄re ſic affligebatꝭ corp⁹ iſtō
innocentiſſimū. vnius q̄ppe noctꝭ ꝑegrina
tio ſufficere debebat ad totius mūdi redē
ptionē. Amor ad h̄ cōpellebat imēſuſ. vehe
ment̄ zelabatꝭ ꝓ oue ꝑdita. vr̄is humerꝭ ad
celeſtia paſcua reportāda. Vos rex regū et
de⁹ eterne qui oīm penuriā ſubleuatꝭ. oīa ſub
miniſtratꝭ. oībꝫ habūdant̄ put exigit cꝰcꝫ cō
ditio. Vob tātā pauꝑtatē. vilitatē ꝛ aſꝑitatē
vigilādo. dormiēdo. abſtinēdo. comedēdo.

ꝛ aliȷs vr̄is oı̄b actibꝫ ꝑ tā longa tp̄is ſpa/
cia rekuaſtis. Ubi ğ ſūt q̄rētes ocia corp̄is
q̄rentes curioſa ornamēta ꝛ varia. Nō di/
dicim⁹ in ſcola h⁹ mgr̄i q̄ talia volum⁹. ſed ꝛ
nunq̇d ſapiētiores eo ſum⁹. Ipe nos docu
it ꝟbo ꝛ exēplo hūilitatē. pauptatē. afflictio/
nē corp̄is ꝛ laborē. Seq̄mur ğ ſūmū mgr̄m
q̇ nec fallere vult nec falli p̄t. Et hn̄tes iux/
ta doctrinā apl̄i victū ꝛ veſtitū his cōtenti
ſim⁹ ad ꝯgruentē neceſſitatē. nō ſuphabun/
dantiā. Aliȷs etiā ꝟtutuꝫ exercitiȷs ꝛ ſp̄ūali
ſtudio ꝯtinue indeſinent̄ ꝛ vigilātiſſime in/
ſiſtentes ꝛc̄.

De baptiſmo dn̄i no/
ſtri ieſu chriſti. Capl̄m. xviȷ.

COmpletis ğ. xxix. annis etat̄ ſue. q̇/
bus vt dictū eſt ſic penoſe vixerat ꝛ
abiecte. Dicit dn̄s ih̄s mr̄i. Temp⁹
eſt vt vadā ꝛ glorificē ꝛ manifeſtē p̄rem me/
um. ꝛ oñdā me mōo ꝛ operer aīaꝝ ſalutē ꝑ
q̄ me p̄r huc miſit. Cōfortert̄ ğ mr̄ bona. qꝛ
cito redibo ad te. ꝛ genuflectēs hūilitat̄ ma
giſter petiȷt bn̄dictionē. Ipa ꝟo ſilr̄ genu/
flectens ꝛ cū lachrymis eū amplexās tener
rime dixit. Fili mi bn̄dicte vade cū bn̄dicti
one p̄ris tui ꝛ mea. eſto mēor mei. citoqꝫ re/
dire memēto. Sic ğ reuerent̄ ſe licentians
ab ea ꝛ nutricio ſuo Ioſeph iter arripuit a
nazareth ꝟſus hierl̄m ad iordanē vbi erat
iohes baptizās. q̇ loc⁹ diſtat a hierl̄m. xviiȷ
miliaria. Uadit aūt ſol⁹ dn̄s mōi. nōdū em̄
hēbat diſcipulos. Intuere ğ eū ꝑ deo dili/
gent̄ quō vadit ſolus. pedibꝫ nudis. ꝑ tam
longa itinera. ꝛ vehement̄ eidē cōpatere. O
dn̄e. q̄ tranſit̄. Nōne vos eſtis ſuꝑ oēs re/
ges t̄re. O dn̄e. vbi ğ ſunt barones ꝛ comi/
tes. duces ꝛ milites. equi ꝛ cameli. elephan/
tes ꝛ curr⁹. baruciȷ ꝛ famuli ꝛ frequētia co/
mitiue. Ubi ſūt q̇ vos circūdēt ꝛ defendāt
ab irruentibꝫ turbis. vt mor̄ eſt alioꝝ regū
ꝛ viroꝝ magnoꝝ. Ubi ſunt tubaꝝ clangor.
inſtrumentoꝝ ſonit⁹. ꝛ vexilla regalia. Ubi
ſunt q̇ p̄cedūt ad hoſpicia ꝛ neceſſaria p̄pa/
rāda. Ubi ſunt honores ꝛ pompe q̇bꝫ nos
ꝟmiculi vtimur. Nōne dn̄e pleni ſunt celi ꝛ
t̄ra gl̄a vr̄a. quō ğ ſic itis inglori⁹. Nōne voſ
eſtis cui mille milia miſtrabāt ī regno vr̄o
ꝛ decies cētena milia aſſiſtebant. Cur ğ ſic
ſolus inceditis calcādo t̄ram pedibꝫ nudis.
Sꝫ nō eſtis ī regno vr̄o mō. quā puto cāꝫ.
Nā regnū vr̄m nō eſt in h̄ mōo. Exinaniſt̄
vosip̄m ſumēdo formā ſui. nō regis. Fact⁹
eſtis ſic̄ vn⁹ ex nob̄. ꝑegrin⁹ ꝛ aduena ſic̄ oēſ
p̄res nr̄i. fact⁹ eſtis ſu⁹ vt nos reges fiam⁹
Veniſtis em̄ vt nos ad regnū vr̄m adduce
ret̄. viā ponēdo an̄ oculoſ nr̄os ꝑ quā illuc
aſcēdere valeam⁹. Sed q̄re illā negligim⁹.
q̄re vos nō ſeq̄mur. q̄re nō hūiliamus noſ/
ip̄os. q̄re honores ꝛ pompas. caduca ꝛ va/
na ſic auide poſcim⁹ ꝛ tenem⁹. Certe qꝛ re/
gnū nr̄m ē de h̄ mōo. nec ꝯſideram⁹ nos eē
ꝑegrinos. ꝛ ꝓpterea oīa iſta mala incurrim⁹.
O vani filiȷ hoīm. cur vana ꝓ veriſ. caduca
ꝓ firmis ꝛ certis. tp̄alia ꝓ et̄nis acceptam⁹.
ꝛ ſic ſtudioſe amplectimur. Certe bone dn̄e
ſi mēte fixa ſuſpiraremus nos eē ꝑegrinos et
aduenas. facilit̄ vos ſeq̄remur. ꝛ ex his viſi
bilibꝫ tm̄ neceſſaria ſumētes nō retardare/
mus poſt vos currere ī odorē vngētoꝝ ve/
ſtroꝝ. Eſſem⁹ em̄ ſine ſarcina ꝛ iſta trāſito/
ria q̄i iā trāſacta reputarem⁹ ꝛ leuit̄ ſperne
rem⁹. Uadit ğ dn̄s ih̄s ſic hūilit̄ cōtinuat̄
dietis q̇uſqꝫ ꝑueniat ad iordanē. Cū ğ vēit
ad iordanē. inuenit iohem baptizantē pctō
res. ꝛ turbā magnā q̄ illuc ꝯcurrerat ad p̄/
dicationē ip̄i⁹. Habebāt ei eū q̄i xp̄m. Di/
cit ğ ei dn̄s ih̄s. rogo te vt me cū iſt̄ bapti/
zes. Iohes ꝟo intuēs ꝛ eū ſp̄ū cognoſcens. ti/
muit ꝛ reuerenter dixit. Dn̄e ego a te debeo
baptizari. Cui dn̄s ih̄s. Sine mō. Sic eī
decet nos īplere oēm iuſticiā. Non dicas h̄
mō. nec me diuulges. qꝛ nōdū vēit tp̄s me/
um. ſꝫ me baptiza. nūc em̄ ē tp̄s hūilitat̄. et
iō implere volo oēm hūilitatē. Attende ğ
tu etiā hic de hūilitate. nā loc⁹ eſt de ip̄a tra
ctādi. Et debes ſcire q̄ ſic̄ in h̄ loco dic̄ glo.
Hūilitas hꝫ tres grad⁹. Prim⁹ eſt ſubdere
ſe maiori ꝛ nō p̄ferre ſe eq̄li. Scd̄s ē ſubde/
re ſe eq̄li. ꝛ nō p̄ferre ſe mīori. Terci⁹ ꝛ ſum/
mus ē ſubdere ſe mīori. ꝛ hūc gradū h̄ tenu
it xp̄s. ꝛ iō oēm hūilitatē impleuit. Uides
quō augmētata eſt ei⁹ humilitas a p̄cedenti
tractatu. Subiecit em̄ hic ſe ſuo ſuo. ſe vili
ficat ꝛ ſuū ſuū iuſtificat ꝛ magnificat. Sed
in alio ꝯſidera quō creuit hūilitas. nā vſqꝫ
mō ꝯuerſat⁹ ē hūilit̄ q̄i inutil̄ ꝛ abiect⁹. Hic
etiā pctōr voluit apꝑere. Pctōribꝫ ei p̄dica/
bat iohes pn̄iam ꝛ baptizabat. Et dn̄s ih̄s
int̄ eos. ꝛ corā eis voluit baptizari. Hic au
tē quātū ad h̄ ſic dicit Bern̄. ꝑmo ſmōe epi
phanie. Inter popl̄ares turbas ad baptiſ/
mū iohis aduenit. Venit tāqꝫ vn⁹ de ꝑplo q̇
ſolus erat ſine peccato. Quis eni crederet
filiū dei. q̇s putaret dn̄m maieſtat̄. Ualde
q̇dē hūiliar̄ dn̄e. nimis abſcōder̄. ſꝫ iohes

latere nõ poterꝭ. Hucuſqꝫ Bern̄. Et licꝫ idē
dici poſſet de circūciſiõe. qꝛ ibi voluit appa/
rere pctõꝛ. tn̄ h plus. qꝛ h corā turba publi/
ce. ibi occulte. Sed nõne h timendū fuerat
cū ipe amodo vellet intēdere ad p̄dicandū
ne ſperneref tāq̄ʒ pctõꝛ. Sed nõ ꝓpterea di/
miſit hūilitatꝭ mgr̄ q̄n ꝓfūdiſſime ſe hūili
aret. Ipe ẽ voluit appere qȯ nõ erat ī abie/
ctionē ꝛ deſpectuꝫ ſui. ſp nos inſtruēdo. At
ꝯtra. nos volum⁹ appere qȯ nõ ſum⁹ ī lau/
dem ꝛ glam nr̄am. Si q̄d em̄ in nob videf
eē ꝓbitatꝭ oñdim⁹. defect⁹ ꝟo celam⁹ cū ſim⁹
pctõꝛes ꝛ mali. Qualꝭ humilitas nr̄a. Audi
ſup h nõ me ſꝫ Bern̄. q̄ ait ſmo. xlij. Canti.
Eſt hūilitas quā caritas formatꝛ inflāmat
ꝛ eſt hūilitas quā nob ꝟitas parit. ꝛ nõ hꝫ
calorē. atqꝫ h q̄dē in cognitõe. illa in affectu
ꝯſiſtit. Etem̄ ſi tu temetipm int⁹ ad lumen
ꝟitatꝭ ꝛ ſine diſſimulatõe iſpicias. ꝛ ſine pal
patione diiudices nõ dubito q̄n hūilieris.
ꝛ tu in oculꝭ tuis fact⁹ viliorꝛ tibi ex hac vera
cognitõe tui. q̄uis nec dū fortaſſe illud eſſe
patiarꝭ in oculꝭ alioꝝ. Eris ẽ humilꝭ. ſed de
ope iterim ꝟitatꝭ. ꝛ nīme adhuc de amoris
infuſiõe. Nā ſi ꝟitatꝭ ipi⁹ q̄ te tibi veraciter
atqꝫ ſalubrit demõſtrauit. ſic ſplēdore illu/
minat⁹ ita affectus amore fuiſſes. voluiſſes
ꝓculdubio qȯ in te ē eandē de te oēs tenere
ſniam quā ipe apud te ꝟitatē hr̄e cogſceris
Sane q̄ ī te dixerim. qm̄ plerūqꝫ nõ expe/
dit inoteſcere oīb oia q̄ nos ſcim⁹ de nob.
atqꝫ ipa veritatꝭ caritate ꝛ caritatꝭ auc̄tore ve/
tamur palā fieri qȯ noceat agſcēti. Alioq̄n
ſi p̄uato amore tui tent⁹. detines pꝭ ītra te
iudiciū veritatꝭ incluſuꝫ. cui dubiuꝫ ē min⁹
te veritatē diligere. cui ꝓpriū p̄fers ꝭ cõmo/
dū vel honorē. Et infra. Tūc ſi iā apud te/
metipm hūiliat⁹ fuerꝭ. neceſſaria illa hūili/
tate quā ſcrutās corda ꝛ renes ꝟitas ſenſi/
bus ingerit aīe vigilantꝭ. adhibe voluntatē
ꝛ fac de neceſſitate ꝟtutē. qm̄ nlla virt⁹ ſine
ꝯuenientia voluntatꝭ. Tūc aūt fiet illud. ſi
nolis alit appere forꝭ q̄ te inuenis int⁹. A/
lioq̄n time. ne ȯ teipo legas. Qm̄ doloſe e/
git in cõſpectu ei⁹. vt iueniat iniq̄tas ei⁹ ad
odiū. Pond⁹ inq̄t ꝛ pond⁹ abhoīatio ē apȯ
deū. Quid em̄ tu te dep̄ciarꝭ in ſecreto apȯ
teipm ꝟitatis trutina ponderat⁹. ꝛ forꝭ alte
ri⁹ p̄cij metiens. maiori te pondere vendis
nob q̄ ab ipa accepiſti. Time deum et noli
hāc rē peſſimā facere. vt quē hūiliat veritas
extollat volūtas. Hoc em̄ ē reſiſtere ꝟitati.

h pugnare ꝯ deū. Magis aūt acq̄eſce deo.
ꝛ ſic volūtas ſubdita ꝟitati. nec tm̄ ſubdita.
ſed ꝛ deuota. Nõne deo inq̄t ſubiecta erit
eſt auditꝰ caſtimonia. Caſte ſunt aures que
voces nō recipiūt obtrectantis maledici. ⁊
blaſphemi v̄ba nō audiūt. falſis crimiatio/
nibꝫ. mendacio. irritatiōi. impudicꝭ canticꝭ
⁊ dextralibꝫ nō patēt. obturantꝭ ⁊ clauſe ſūt
ne iudiciū ſanguis audiāt. Nihil obſcenuȝ

recipiunt.ſed ab om̄i ceno corruptōis auer
ſe ſunt. Tercia penna eſt olfactus mode/
ſtia. Si q̄s odorē capit bonū ꝛ opibus mi/
ſericordie ſuauitatis odorē reqrit. hui⁹ mo
deſta eſt odoratio. Qui ꝟo ꝑmis vngentis
delibut⁹ incedit. hui⁹ odorat⁹ nō virtutꝫ ſed
fetoris ſpirat odorē. Huius em̄ ſuauitatis
odor immaniſſimi vicij fetor eſt. Quarta
penna eſt guſt⁹ tem̄pantia. hec gule ꝛ ebrie/
tatis ſubruit īmoderantiā. Ue illis quorū
deus venter eſt. ꝛ gl'ia in ꝯfuſione coꝝ q̇ ter
rena ſapiūt. Un̄ Greg'. Dū venter a ſatie/
tate nō reſtringit̄ ꝑ ꝯcupiſcentiaꝫ carnis ſi/
mul om̄s ꝟtutes obruunt̄. Un̄ legit̄. Quia
ꝑnceps cocorū deſtruxit muros hieruſalē.
Muros hierl'm ꝑnceps cocorū deſtruxit.
qꝛ an̄ie virtutes dū ventri indulget̄ pericli/
tant̄. De crapula ꝛ ebrietate dn̄s ait. Uide
te ne forte grauent̄ corda vr̄a in crapula et
ebrietate. et ſupueniat ī vos dies repentina.
Ebrietas eſt parens litiū. furoris mr̄. petu
lantie deformis eſt mgr̄a. Hanc q̇ habet ſe
nō habet. hanc q̇ habet hō nō eſt. hāc q̇ ha/
bet peccatū nō facit. ſed ip̄e eſt pctm̄. Ebrie/
tas eſt demon blādus. venenū dulce. rabi/
es voluntaria. illecebroſa honeſtatis iniu/
ria. hanc nullus nouerit xp̄ianus. Quin
ta penna eſt tact⁹ ſanctimonia. peccati ſor/
des ne ꝯtrectet. man⁹ xp̄iani nihil imundū
tangat. Caro ei⁹ ſi tetigerit. ſi ſingl'a queqꝫ
membra in officijs mandatoꝝ dei deſerui/
ant mūda dicenda ſunt. Si vero vltra pre
ſcriptas ſiue diuinit⁹ datas luxuriāt leges
immūda dicenda ſunt vl' reputanda. ꝛ hec
pudenda ſunt. ꝛ h̄ puto eſſe qđ apl'us dicit.
Sicut em̄ exhibuiſtꝫ membra vr̄a ſeruire
iniquitati ad iniquitatē. ita nunc exhibete
membra vr̄a ſeruire iuſticie in ſanctificatio
ne. Sit ḡ oculus pudic⁹. auris caſta. odor
modeſtus. guſtus ſobrius. tact⁹ ſanct⁹ ꝛc̄.

De quarta ala.

a La quarta eſt puritas mētis. Hu
ius ale penna ꝑma eſt affect⁹ ſinceri
rectitudo. Affectus deſiderij tui ſit
rectus. ſit ſincer⁹. Rectus erit ſi id appetas
qđ appetere debes. Sincer⁹ vero ſi eo mo/
do q̄ honeſtatis virt⁹ ſuadet. Amon ſororē
ſuā dilexit. Affect⁹ amoris rect⁹ fuit. ſꝫ quia
nō eo mō q̄ debuit ſororē dilexit. iō affectus
iſte ſincer⁹ nō fuit. Penna ſcđa eſt mentꝫ
in dn̄o delectatio. Scriptū eſt. Delectare ī
dn̄o ꝛ da. t. p. cordis tui. Hanc pennā creat
ꝛ format virt⁹ ꝯtemplatōis. De hac dn̄s di
cit. Maria optimā partē elegit ꝛc̄. Ter/
cia penna eſt munda ꝛ ordinata cogitatio.
Nihil immūdū mens ꝯcipiat. ſed ꝛ mundā
ꝯceptionē loco ꝛ tp̄i accomodet diſcretio.
Quarta penna eſt voluntatꝫ ſanctitudo
Angeli pacē de celo detulerunt homibꝫ bo
ne voluntatꝫ. Nō eſt pax impijs dicit dn̄s.
Pax multa di. legē tu. ꝛ nō eſt ꝛc̄. O q̄ꝫ deſi/
derabile eſt nomē pacis quā firmat religio
nis chriſtiane ſtabile fundamentū. Un̄ au/
tē cū diceret̄ gl'ia in excelſis deo. adiunctuꝫ
eſt. Et in terra pax hoībꝫ bo. vo. qꝛ cuꝫ illis
angeli ſocietatē habere feſtināt. quoꝝ men/
tibꝫ puritatē bone voluntatꝫ ineſſe conſide
rant. Illos ſecū poſt abſolutiōeꝫ carnis ad
ꝯtemplationē vere pacis ſubuehere letan/
tur q̄s in carne cōmorātes omia que agūt
aut loquunt̄ de radice bone voluntatꝫ pro
ferre ꝯſpiciūt. Tales nanqꝫ ꝛ ſi infirmitas
forte aliqn̄ vel ignorantia a ꝑficienda bona
opatiōe quā cupiūt retardant. tū an̄ ſummi
arbitri oculos integritas quā vel corde vel
mente tenet bona volūtas eos excuſat.
Quinta penna eſt ſimplex ꝛ pura intētio
De hac dn̄s dicit. Si oculus tu⁹ nō fuerit
ſimplex. totū corp⁹ tuū tenebroſuꝫ erit. per
oculū intentionē. ꝑ corp⁹ ſignat actionem.
Loc⁹ em̄ iſte euāgelij ſic intelligēdus eſt vt
nouerim⁹ oīa opa nr̄a nō eſſe mūda ꝛ place
re in ꝯſpectu dei niſi fiant ſimplici corde. id
eſt intentiōe ſupna ſiue oculo charitatis. qꝛ
plenitudo legis charitas. Oculū igit̄ debe
mus hic accipe ip̄am intentionē q̄ facimus
q̇cq̇d facim⁹. que ſi ſimplex ꝛ pura fuerit. et
illud aſpiciens qđ aſpiciendū eſt. omia opa
nr̄a q̄ ſm eam opamur neceſſe eſt vt bona
ſint. Que opa omia totū corpus appellauit
qꝛ apl's dicit. membra quedā opa q̄ impro/
bat. ꝛ mortificanda ꝑcipit. dicēs. Mortifi/
cate ḡ membra vr̄a q̄ ſunt ſup terrā. fornica
tionē. immundiciā. auariciam ꝛ cetera talia
mala. Nō ergo quid quiſqꝫ faciat ſed q̄ ani/
mo faciat ꝯſiderādū eſt. Fruct⁹ em̄ operꝫ
tot⁹ ꝯſiſtit in ſimplicitate intentiōis. Quic/
quid igit̄ gerendū eſſe cogitatio nr̄a ſuggeſ
ſerit. omi ſcrupulo retractantes atqꝫ in nr̄i
pectoris trutina collocantes. ſeque librati/
one iuſtiſſima ꝑpendam⁹. An plenū ſit ho/
neſtate cōmuni. An dei timore ſit graue. an
integrū ſenſu. an hūana oſtentatiōe. an ali/
qua volūtatis ꝑſumptiōe ſit leue. an meriti

eius pondꝰ inanis cenodoxia nõ imminuerit vel arriſerit glã. ⁊ ſic ad examen publicũ trutinãtes. i. ad ꝓphetaꝝ ⁊ aplõꝝ actus ⁊ teſtimonia cõferentes. vel tanq̃ integra atq̃ ꝑfecta ⁊ illis cõpenſanda teneamꝰ vel tanq̃ impꝑfecta atq̃ dãnoſa. nec illoꝝ ponderi cõſonantia om̃i cautiõe atq̃ diligẽtia refutemus.

De quinta ala.

Vinta ala dilectio ꝓximi eſt. Huius penna ꝑma eſt. nulli nocere verbo vel ope. De q̃ ſcriptuz eſt. Qđ nõ vis tibi fieri. ne facias alij. Hanc pennã format virtꝰ innocẽtie. Innocẽs eſt q̃ etiaz cũ poſſit nulli vult nocere. Quis aſcẽdet inq̃t in montẽ dñi. Innocẽs manibꝫ. Quis innocens manibꝫ. Qui nõ fecit ꝓximo ſuo malũ. Ad nihilũ deductꝰ eſt in cõſpectu eiꝰ malignus. Quis eſt iſte malignꝰ niſi diabolus. Qui nulli vult nocere tpe excluſo motũ primũ ſentit amoris. Penna ſcđa eſt oĩbꝫ ꝓdeſſe vbo vel ope. Frater frẽm adiuuãs. ciuitas munita ⁊ fortꝭ hanc pennã ſuſcitat et ꝓuehit in culmen ꝑfectionis q̃ nulli neſcit ꝯdeſcendere virtꝰ miſcđie. Beati inq̃t miſericordes. Qui oĩbꝫ ſtudet ꝓdeſſe viuũ calorẽ veri ſpirat amoris. Tercia penna ẽ rerũ ꝓpter amicũ ꝯſumptaꝝ detrimẽta nõ tm̃ nõ deflere ſed libertatꝭ fortitudine nõ ſentire. de bñficioꝝ in vſus frm̃ collatoꝝ magnitudine ſp gaudere ĩ corde. Qui ſentit cõputator eſt nõ largitor. Qui nõ gaudet dolet. De hac penna ſcriptũ eſt. Qui negligit dãnũ ꝓpter amicũ iuſtꝰ eſt. iter aũt auari decipiet eũ. Quarta penna eſt aĩam ꝓ fratre ponere. Quid eſt aĩam ponere ꝓ fratre. pro tꝑali etiã ꝓximi ſalute ꝓpriã voluntatẽ deſerere. ⁊ in articulo neceſſitatis ꝓ eterna ſalute fratrꝭ mortis diſcrimina libenter ſubire De hac ſcriptũ eſt. Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet. q̃ vt aĩaz ſ. p. q. ꝓ a. ſ. Maior nõ ebulliret feruor amoris. Quinta penna eſt in his ꝑſeuerare. hãc ꝑficit virtꝰ ꝑſeuerantie. finis nõ pugna coronat. Qui ꝑſeuerat. ceſſare neſcit.

De ſexta ala.

Exta ala dilectio dei. hec vt alie q̃nq̃ pennas habet. Primã haꝝ habet q̃ aliud q̃ deũ nõ ꝯcupiſcit. Hec eſt mobile huiꝰ amoris. Scđam pennaz habet q̃ ꝓpter deũ ſua diſtribuit. diſtribuit q̃ partẽ retinet. partẽ tribuit. Hec eſt calidũ huiꝰ amoris. Terciã pennaz habet q̃ ꝓpter dñi amorẽ nihil ſibi reſeruat. ſed oĩa relinquit. Hec eſt acutũ huiꝰ amoris. Quartã pennã habet q̃ ꝓpter deũ ſeipm̃ abnegat. Seipm̃ abnegat q̃ ſuã deſerit vt dñi ſolaz faciat volũtatem. Hec eſt feruidũ hꝰ amoris. Quintã habet pennã. Qui in his ꝑſeuerat. Qui perſeuerauerit inquit vſq̃ in finez hic ſaluꝰ erit. Hec eſt inceſſabile huius amoris. He ſunt ale de quibꝫ pš. ait. Sub vmbra alarũ tuaꝝ ꝓtege me. a fa. impi. q̃ me afflixerũt. Itẽ. In vmbra alaꝝ tuaꝝ ſperabo do. t. iniq̃tas. He ſunt penne de q̃bus idem Pš. Quis dabit mihi pennas ſicᷓ co. ⁊ vo. ⁊ requieſcã. Volabo inq̃t terrena deſerens. celeſtia appetens. ⁊ requieſcã. vera libertate eternaq̃ fruens beatitudine. Amen.

Incipit tractatꝰ ſancti Bonauẽture de ſex alis Seraphin.

Prologus.

Da occaſionez ſapienti ⁊ addet̃ ei ſapientia. Prouerbioꝝ. ix. Cũ igit̃ ex leui ſepe occaſione ſapiens materiã ſumat altioris ſapic. q̃ etiã plerũq̃ ꝑ alteriꝰ ſtulticiã fit eruditior. pñs ſcriptũ põt nouiſ ⁊ nõdũ in officio regiminis ad plenũ exercitatis ad ꝑfectã diſcretionẽ boni ⁊ mali aliqualẽ dare occaſionẽ vlteriꝰ cogitãdi. et ex defectibꝫ q̃s hic ꝯſiderat diligentiꝰ req̃rendi altiora ſiue vtiliora. ⁊ etiã plura q̃ hic ponant̃ neceſſaria religioſo ad regimẽ ſubditoꝝ. q̃ legimꝰ aliq̃n ſapiẽtes etiã ex naturali quadã brutorũ aĩalĩũ ſolertia ſumpſiſſe ꝯſideratõis induſtriã ad aliq̃s artificiales peritias excogitandas.

Q multũ differũt ſcire bñ ſubeſſe. ⁊ ſociali ter viuere. ⁊ vtilit̃ p̃eſſe.

Quattuor cauſe ꝓ q̃bꝫ indigent impꝑfecti alieno ſubeſſe magiſterio.

Quales eſſe debent q̃ magiſterio ſubeſſe ꝑ ſe nõ indigent.

De varijs virtutibꝫ ⁊ ſpecialit̃ de ſex alis virtutũ p̃lato neceſſarijs.

De q̃ttuor differẽtijs bonoꝝ in religiõe ⁊ q̃ int̃ hos ſint meliores.

De zelo iuſticie q̃ p̃latꝰ debet feruere ex amore dei ⁊ ꝓximi.

Diſtinctio q̃druplex obſ̃uãtiaꝝ iuſticie in religione ſeruanda.

Circa q̃ magis vel minꝰ int̃ hec zelus rectoris feruere debeat.

Quinqꝫ cauenda p̄lato ꝛ ad q̄ ſit vtilis caſtigatio delinquentiū.

In quibꝫ agnoſcit̄ laudabilis religio. et que vtilitas bonoꝝ de falſis fratribꝫ. ꝛ qualiter ſint tenendi.

Triplex ratio vrget p̄latū corrigere ſubditorū exceſſus.

De cōpaſſiōe p̄lati ꝛ q̄t genera infirmoꝝ corpe. ꝛ q̄bꝫ remedijs ſint fouēdi.

Propter tres cauſas infirmi indigēt recreatione. q̄bꝫ etiā p caritate ſubueniri debet.

Tria genera mente infirmātiū ꝛ q̄bꝫ remedijs eis ſubueniendū ſit.

De patiētia p̄lati q̄ in multꝭ eſt ei neceſſaria. ꝛ p̄mo de occupatōibꝫ ipi⁹.

Scd̄o de tardo ꝑfectu ei⁹ in ſubditis. et cauſe illi⁹ tarditatis.

Tercio de ingratitudine ſubditoꝝ erga diligentiā quā ꝑ ipis habet.

De patiētia p̄lati in v̄bis ꝛ moribꝫ. ꝛ in q̄bus noxia ſit ei⁹ impetuoſitas.

Scd̄o ſit patiēs ꝙ nō oderit ledētes. tercio ꝙ nō officiū ſuū exequat̄.

Multiplex ꝑfect⁹ p̄lati ex aduerſitatibꝫ q̄ debēt eas ipi reddere tolerabiles.

Prelat⁹ ſit exēplaris vite in cōitate. i hu militate ꝛ maturitate.

In q̄bꝫ dꝫ eſſe cōmunis cū fribꝫ. et in q̄bꝫ ei⁹ hūilitas attendat̄.

Q̄r dꝫ eſſe matur⁹ in moribꝫ exteri⁹. in affectu ꝛ ꝯſiliū ſtabilitate.

Quantū ꝓſunt ſubditis exempla bona magiſtroꝝ vel mala nocent. Et quō xp̄m in ſe debent eis ōndere.

De diſcretiōe p̄lati et quō ſine ipa cetere v̄tutes imꝑfecte ſint.

Q̄r circa q̄ttuor p̄cipue diſcretio ei⁹ attēditur. Et que ſint illa

Statū ſubditoꝝ dꝫ agnoſcere ꝛ q̄ ſaluti ſunt neceſſaria p̄ncipaliter ꝓmouere.

Quomō ſe habere debeat circa ꝑfectōis exercitia ꝛ circa illa que ad exteriorē ꝑtinent diſciplinam.

De correctione delinquentiū ꝛ de trib⁹ generibꝫ illorū. ꝛ q̄lit̄ cū ipis eſt agendū.

De tribꝫ generibꝫ exterioꝝ negocioꝝ. ꝛ q̄mō circa illa ſe debeat hr̄e p̄lat⁹.

De circūſpectione ſuiꝑi⁹. ꝛ p̄mo vt cōſcientia ei⁹ ſemꝑ ſit mūda ꝛ ſecura.

Secundo de moribꝫ ꝓprijs. v̄bis ꝛ factꝭ. ꝛ quomō in his medium ſeruet quo ad ſe ꝛ ad alios.

Tercio de ipa ſua diſcretiōe ne de illa nimis ſit ꝑſumens ꝛ q̄ꝫ ſit h̄ periculoſum.

Q̄r ſit vtile cōſiliū q̄rere. ꝛ de illis q̄ facta alioꝝ temere rep̄hendūt.

De adulatoribꝫ et detractoribꝫ nō audiendis. ꝛ q̄re vel a q̄bꝫ ꝯſiliū ſit q̄rendū.

Q̄r p̄lat⁹ debet eſſe deuot⁹. ꝛ que bona deuotio ꝯferat.

De triplici genere deuotionis. cōmunis ſpecialis ꝛ aſſidue. ꝛ primo de cōmuni qualis ſit.

Quinqꝫ cauſe q̄re officiū diuinū in eccleſia ſit a ſp̄ūſcō inſtitutū.

Specialis deuotio in quibus conſiſtat ꝛ ꝙ ſaltem interdum debeat prelatus orationi intendere.

Aſſidua deuotio in quibus conſtat. ꝛ de frequenti memoria dei in mente verſanda.

Studendū in omnibꝫ deo placere. ꝛ omnia agendo deo ꝑ oratione cōmendari.

Quomodo his virtutum alis prelat⁹ tegat caput ꝛ pedes ſeu volet. ꝛ ꝙ quilibet bonus eaſdem pro ſe indiget habere. et qualiter.

Explicit prologus cum tabula.

Incipit tractatus.

Ec tibi ſcribo ut h ſcias quomō oporteat te in domo domini cōuerſari. que eſt eccleſia dei viui. prima Thimotei. iij. Apoſtolus paulus diſcipulo ſuo thimotheo quē p̄fecerat eccleſie epheſi epiſcopū. ſcribit duabus epiſtolis docens quomō conuerſari debeat in officio regiminis cōmiſſi. vt qui iam ab eo didicerat ſancte viuere ꝑ ſe. ſciret etiā qualiter deberet ꝛ alijs vtiliter ꝛ meritorie p̄eſſe. Magna eīm differentia eſt inter ſcire humilit̄ ſubeſſe. ꝛ pacifice coeſſe. ꝛ vtiliter p̄eſſe. Bernard⁹. Multos cernis ſub magiſterio quiete viuere. quos ſi iugo abſoluas videbis non poſſe quieſcere. nec a q̄libet re innoxios ſe ſeruare. Rurſum quoſdam inuenies cum omnibꝫ quantū in ſe eſt pacifice viuere. minime quidē egentes magiſtro. nec tamen ydonei magiſterio. Quadam ſiquidem bona mediocritate contenti ſunt. ſicut eis menſura gr̄e partitus eſt deus. Socialiter eīm inter fratres ſciunt ꝛ pacifice viuere. ſuꝑ fratres vero poſiti non ſo

lũ inutiliter preſunt ſed ⁊ inſipienter et ne/
quiter. Utriſq; ergo priorib⸫ meliores exi/
ſtunt qui ſupiores eſſe ſciunt. Unde nõ paſ/
ſim quoſlibet de populo docet moyſes ce/
teris pficere. ſed eligere ex omni populo vi
ros gnaros ⁊ ydoneos qui iudicent popu/
lum omi tempe. Exodi. xviij. Qui enim ſu/
ſcipit officiũ vt alios bonos faciat. oportet
vt hanc bonitatis diſciplinã prius in ſe ſtu
dioſe exercendo didicerit. ⁊ ex frequẽti vſu
in habitũ verterit. Unde domin⁹ prius le/
gitur feciſſe que poſt erat verbo docturus.
Actuũ primo. Cepit ieſus facere ⁊ docere.
Inſipientes indigent magiſtro vt docean/
tur que ignorant. ſcz ſaluti ſue ⁊ pfectui ne/
ceſſaria ⁊ vtilia. quid vitare debeant. qd ſa/
pere. quid facere. quid ſperare. quid timere.
⁊ inter minus vel magis bona vel mala di/
ſcernere. Hebreoꝝ. v. Indigetis vt vos do
ceamini que ſint elemẽta exordij ſermonuz
dei. Item vt exerceant in opibus virtutũ
quia nõ ſufficit ſcire bonũ niſi etiã opere ex/
erceatur. ſicut q audit medicine ſcientiam ⁊
⁊ poſtea practicando exercet eam. quia exer
citium opis plenius imp̃mit menti cuiuſli/
bet diſcipline peritiã q̃ʒ ſolus audit⁹. Et qz
impfecti ſegniter ſe in virtutũ ſtudijs exer/
cere ſolẽt. expedit vt ab alio ad hoc aliquan
do cõpellantur. Ideo magiſtri ſolent diſci/
pulos ſuos quos pfectos cupiunt fieri i di
uerſis virtutũ exercitijs occupare. modo ĩ
operibus humilitatis. modo fraterne cari/
tatis. modo ſobrietatis. modo deuotionis
modo patientie. caſtitatꝭ. taciturnitatꝭ. obe/
dientie. ⁊ aliarũ virtutum. vt ⁊ ipe virtutes
ſic exerceantur ⁊ vſitent ⁊ vicia his ꝯtraria
expugnẽt. quia quãto magis virtus pficit.
tanto plus viciũ oppoſituz debilitat. Ephe
ſioꝝ. vj. Educate illos in diſciplina ⁊c̃.

Item vt cuſtodiant ne aut in peccatũ la/
bantur. aut minus diſcrete in virtutũ operi
bus exerceant. Tenere em̃ mentes ⁊ a pec/
cati affectu nondũ plene deterſe ſepe magꝭ
timore humano q̃ʒ diuino a voragine pec/
cati detinentur. Ideo talib⸫ expedit ſuperi
oruz magiſterio ſubijci. per quos a pericul'
retrahant. ſicut paruuli a matre cõminante
ab aque merſione ⁊ luporuz morſibus de/
fenduntur. Prouerbioꝝ. ij. Seruabit te vt
eruaris de via mala. ⁊ ab hominib⸫ qui per/
uerſe loquunt. Item vt corrigant. quia
peccatũ trahit ſemp ad deterius. ſicut vna

febris prebet ſepe incentiuum alteri graui/
ori. ⁊ vulnus aliquãdo generat fiſtulam ni/
ſi medicorũ precaueat ſolertia. Ita qui labi
tur in culpã difficulter per ſe corrigitur niſi
fortiorꝭ auxilio fulciatur. Propter hoc em̃
vult deus maiorib⸫ maiores preeſſe vt ſi ce
ciderint in peccatũ vel in aliquo negligen/
tes fuerint ⁊ incauti. per eorũ ammonitio/
nes. correptiones. cohertiones ⁊ caſtigatio
nes emendent. quia ſi arbitrio ſuo relinq̃/
rentur. forte nec reatum ſuũ agnoſcerent. vl'
torpentes diutius in ceno volutarentur. vl'
profundius mergerentur. Jude. Hos qui
dem arguite iudicatos ⁊c̃. Neceſſe ergo
eſt eos magiſtris humiliter eſſe ſubditos.
quia niſi quis medico obedienter obtem/
peret nõ poterit ab infirmitate ſanari. In/
firmitates in homine ſunt paſſiones vici/
orum. Luce. ix. Dedit illis virtutem ⁊ po/
teſtatẽ ſuper om̃ia demonia. ⁊ vt languoreſ
curarent. Qui autẽ p ſe magiſtro non indi/
gent debent ita eſſe ſcientia illumĩati ꝙ ni/
hil errent in his que ſcire neceſſario eos o/
portet. ⁊ qui decipi non poſſunt ab homĩe
vel demone. vel a ꝓprio ſenſu ſub ſpecie bo/
ni. donum diſcretionis ſpirituũ diuinitus
adepti. Philip. iiij. Ubiq; ⁊ in omib⸫ inſtitu
tus ſum Debẽt etiã feruore deuotõis ita
eſſe repleti ꝙ ſine alteri⁹ impulſu nouerint
ſeipoſ ad om̃e ꝟtutis exercitiũ fideliꝭ extẽ/
dere. put ſp fuerit optimũ. phil'. Que retro
ſunt oblit⁹. ad ea q̃ priora ſunt extẽdẽs me/
ipm ⁊c̃. Debẽt qz amore boni ſic eſſe affe/
cti vt q̃i naturaliꝭ om̃e malũ horreãt ⁊ om̃e
ſcandalũ ſtudioſe declinent. ſine offenſa q̃e
te cũ omib⸫ ꝯuerſari. Sine offenſiõe eſtote
iudeis ⁊ gentib⸫. Debẽt etiaz ita eſſe hũiles
in oib⸫ vt nec de bonis habitꝭ extollant nec
mal' oĩno carere pſumãt. vt oẽs exceſſus co
gitatõis. locutiõis. obmiſſiõis in ſe ſubtiliꝭ
diiudicẽt. ⁊ diſtricte caſtigãdo emẽdẽt. Et ĩ
his oib⸫ ſint ita ſtabiles ꝙ nec leuitate nec
diſtractõe aliq̃ nec difficultate vl' metu a ſta
tu ſuo valeant imutari. Ro. viij. Quis nos
ſepabit a caritate xpi ⁊c̃. Quia ꝟo tles dif
ficile ẽ repiri. iõ paucis ꝯuenit viuere abſq;
obediẽtie iugo. Ideo ⁊ q alijs pſunt vt me/
lius ⁊ cauti agant. neceſſe hñt alijs ſubeſſe
a qb⸫ regant vſq; ad ſummũ oim pontificez
q vice xpi caput ẽ totius eccl'ie militantis

Qui ergo alijs pẽeſſe debent vtiliꝭ opor/
tet eos varijs eſſe preditos ꝟtutib⸫. ⁊ alias

habere ad ſe quibꝫ irreꝑhenſibilit̃ viuant.
alias ad ſuos ſuꝑiores quibꝫ hũiliter eis ĩ
quibꝫ debent obediãt. ⁊ alias ad ſubditos
quibꝫ eos meritorie regãt et ad meliora ꝓ/
moueant. Licet aũt omẽs v̈tutes eminẽ
ter hr̃e debeat q̇ ex officio habet oẽs virtu/
tes docere.tñ qꝛ numerꝰ ſenarij eſt ṗmꝰ ꝑfe
ctus numerꝰ ſui generꝭ ꝑfectiõis.ꝯſtans ex
ſuis partibꝫ aliq̃tis..ideo bonꝰ aĩarum re
ctor maxime religioſus inter ceteras debet
ſingularibꝫ v̈tutibꝫ prefulgere.ſicut Iſaias
ſcribit.Seraphin q̄ ſunt p̄minẽtiora cele/
ſtiũ ſpirituũ agmina ſex alis ornata. Et for
taſſe ideo in tali ſil̃tudine. ſctiſſimo pr̄i nr̃o
franciſco in illa gl̃ioſa viſione dñs apparuit
qñ eum paſſionis ſue ſtigmatibꝫ inſigniuit.
vt oñderet ſic alatos ſpũalit̃ eſſe debere qui
eiꝰ familie vtilit̃ ꝑeſſe deberẽt. Sic ⁊ q̃ttu/
or aĩalia ſingl̃a habebãt alas ſenas Apo/
cal̃.iiij. Prima ala rectoris aĩaꝝ eſt ze/
lus iuſticie.qua nõ põt aliquid iniuſtũ ſine
cordis murmure ĩ ſe ⁊ ĩ alijs ſuſtiere. Tãtũ
eñi quiſqꝫ bonꝰ eſtimãdus eſt q̃nto plus et
purius odit malũ. Quantũ eñi res diligit̃
tantũ de eiꝰ deſtructiõe dolet̃. Vñ notã/
dũ ꝙ ſunt q̃ttuor genera hoĩm in religione
vel in eccl̃ia q̇s bonos dicere ſolemꝰ Pri
mi ſunt q̇ malum nõ faciũt.nec tñ in bonis
oꝑibus ſe ſtudioſe exercent.vt q̇ quiete ⁊ pa
cifice cũ alijs viuũt.nullũ offendentes.nec
prauo oꝑe ſcandalizantes.j.Reg.xxv.Ho/
mines iſti ſatis boni fuerũt nobis ⁊ nõ mo
leſti ⁊c̃.Nã ⁊ in vſu habemꝰ tales dicere bo
nos eſſe q̇ mites ſunt moribꝫ ⁊ ſocial̃r ſe cũ
omnibꝫ habentes.licet alias quo ad virtu/
tũ exercitia aliq̃tinꝰ deſides videant̃.Pue/
ri etiã baptizati eodẽ modo boni iudicant̃.
Secundi ſunt meliores q̇ mala nulla fa
ciunt.inſuꝑ in bonis oꝑibus ſe frequenter
exercent.in ſobrietate.caſtitate. humilitate
dilectione ꝓximi ⁊ orõnis inſtantia ⁊ ſimili/
bus q̄ intelligũt eſſe bona.Sed h̄ hñt ꝓpri/
um ꝙ ſicut nihil negligũt ex his q̄ pñt et ſci
unt.ita etiã videt̃ eis ſufficere bonũ qđ faci
unt.nec ad ampliora ⁊ ꝑfectiora ſctitatꝭ de/
ſideria incaleſcũt.Sufficit eis tm̄ vigilare
tantũ orare.tm̄ ꝓ deo dare vel ieiunare vel
laborare ⁊ hmõi.⁊ his ꝯtenti quieſcũt.altio
ra alijs relinquẽtes. Eccl̃iaſtes.iij. Depre/
hendi nihil eſſe melius q̄ꝫ letari hominẽ in
opere ſuo.⁊ hanc eſſe partẽ illius. Tercij
ſunt adhuc his meliores q̇ maluz deteſtant̃
⁊ fugiunt.⁊ bona que poſſunt ſtudioſe exer/
cent.⁊ cũ omia fecerint q̄ valent.parũ ſe fe/
ciſſe reputant reſpectu eoꝝ que deſiderant.
ſcientes ꝙ corꝑalis exercitatio ad modicuz
vtilis ab ap̃lo ꝓhibet̃.j. ad Thimo.iiij. Et
ideo v̈tutes mentales ⁊ interne deuotõnis
ſaporẽ ⁊ dei familiarẽ noticiã ⁊ amoris eius
experientiã ſuſpirãdo deſiderãt. nihil ſe eſ/
ſe vl̃ habere iudicãtes.nec aliquã ꝯſolatio/
nẽ de tꝑalibus vl̃ ſpũalibꝫ recipiẽtes.q̄ꝫ diu
ꝓ voto p̄dictis virtutũ exercitijs ⁊ deuotio
nis dulcedine nõ fruunt̃.nec tm̄ ꝯtra alio/
rũ vicia ⁊ peccatoꝝ pericula zelo feruorꝭ in/
flãmant̃.cupiẽtes om̄es eſſe bonos ⁊ bea/
tos.ſed vbi hoc nõ inueniũt nullo doloris
vulnere ſauciant̃.ſibimet intenti ⁊ deo. Ta
les ad alioꝝ regimen vocati.minus in hac
parte ſunt ydonei.qꝛ ꝓprie quieti curã illoꝝ
poſtponunt. Iuxta illud Iudicũ.ix. Nun/
quid poſſum deſerere dulcedinẽ meaz.fru/
ctuſqꝫ ſuauiſſimos.⁊ ire vt int̃ cetera ligna
ꝓmouear Quarti ſunt optimi q̇ cũ prio/
ribꝫ bonis innocẽtie ⁊ virtutũ. zelo iuſticie
⁊ aĩaꝝ calent.q̇ nõ recipiũt ꝯſolationez de
ꝓprie ſalutis ꝑfectibꝫ niſi alios ſecũ trahãt
ad deum.exẽplo dñi qui cũ in ſe plenũ ſem/
per habeat gaudiũ.nõ ꝯtentꝰ gloriaz ſolus
habere exiuit aſſumpta forma ſerui mltos
filios ĩ gloriã ſecum adducere opere ⁊ do/
ctrina.Zelus eñi iuſticie q̄ſi coccus his tin/
ctus duplici caritatꝭ colore rutilat amoris
dei ⁊ ꝓximi.Amor dei non tm̄ deſiderat eiꝰ
dulcedĩe frui ⁊ ei adherere.ſed etiaz diligit
eiꝰ bñplacitũ impleri.eiꝰ cultum ampliari ⁊
honorẽ ſublimari.vult eñi eũ ab oĩbꝫ agno
ſci.ab oĩbꝫ amari.ab oĩbꝫ ei ſ̃uiri.et ſuꝑ oĩa
honorari.Amor ꝓximi deſiderat nõ tm̄ eiꝰ
corꝑalẽ ſoſpitatẽ ⁊ tꝑalẽ ꝓſperitatẽ.ſed ma/
gis eiꝰ et̃nã ſalutẽ. Vbi ḡ caritas iſta ꝑfecti/
or.ibi feruentiꝰ deſideriũ iſta ꝓmouendi.et
inſtantiꝰ ſtudiũ ⁊ puriꝰ gaudiũ vbi hec ĩue/
nit.Caritas eñi nõ querit q̄ ſua ſunt.ſꝫ que
dei ſunt.Quantũ vero diligꝭ deũ ⁊ que dei
ſunt purius deſideras.tantuz doles de of/
fenſa dei vbi vides eũ non agnoſci.⁊ ideo in/
honorari vbi vides euz non amari ⁊ ei non
obediri.⁊ eius cultũ deſtrui ⁊ aduerſarios
multiplicari ⁊ letificari.Et quantum diligꝭ
ſalutẽ ꝓximi tantũ affligeris de perditione
eius ⁊ nocumẽto ꝑfectus eiꝰ. Et licet h̄ cari
tas requirat̃ in omĩbus amicꝭ dei. maxime
tamẽ in vicarijs dei.qui ſ̃m cor dei moueri

debent amore iusticie et odio iniqtatis. Ps. Dilexisti iusticiã ꝛ cẽ. Justicia pt h dici obſuãtia oim q̃ ſaluti vl pfectui aiaꝝ neceſſaria ſunt. Horũ quedã pcedunt a lege eterna. vt pure virtutes. humilitas. caſtitas. caritas. miſcdia. ꝛ ſiles. ſine quib nullꝰ qcũqꝫ tpe poterit ſaluari. ad que etiã pcepta dei i veteri ac noua lege maxime ordinant. Sic dñs dicit ad dilectionẽ dei ꝛ pximi totã legem ꝛ pphas ſpectare. Math. xxij. In his duob mãdatis ꝛc. Quedã pcedũt ab hũana vice dei inſtitutiõe. vt q̃ p eccliam p communi vtilitate canonice ſunt pcepta. ſic ritus ſacroꝝ ꝛ alioꝝ ad iuris poſitiui pcepta ptinẽtiũ. extra. Canonũ ſtatuta ab oib obſeruent. ita vt qlibet obſuet illa q̃ conueniunt ſuo ſtatui et cõiter oib ipata. laici ſiue clerici. Quedã ex voto pprio pueniũt. vt ea ad q̃ nemo cogit. Sed q̃ ea ſponte vouerit iã veiut ex pcepto dei cõpellit obſuare. vt cõtinentia religioſoꝝ ꝛ obediẽtia. ꝛ abdicatio ppriȷ̃ in monaſterio. ꝛ alia q̃ p regulaꝫ vel cuiuſcꝫ ordinis diffinitiões eiꝰ pfeſſorib imponunt. Deut. xxiij. Cũ votũ voueris dño. nõ tardabis reddere. qꝛ reqret illud deus. ꝛ ſi moratus fueris reputabit tibi in pctm. ſi nolueris polliceri abſqꝫ pctõ eris. Qd aũt ſemel egreſſum eſt de labijs tuis obſeruabis ꝛ facies ſic pmiſiſti dño deo tuo et ppria volũtate ꝛ ore tuo locutꝰ es. Quedã pcedũt ex quadã habilitatõe pfectꝰ ſpũalis. q̃uis alias nõ forent neceſſaria ſaluti. vt omnis diſciplina diuini officij ꝛ ſinguloꝝ officioꝝ in religione. ꝛ officioꝝ ꝛ tẽpoꝝ in ſilentio. victu ꝛ habitu. labore. vigilijs et ceteris ſpũalib diſciplinis. in quib ſingularũ religionũ obſuantie variant. ſicut cuiqꝫ viſum fuerit expedire. Quis aũt in his nõ tanta vis ſalutis exiſtat qſi ſine eis nõ ſit ſalus. tñ tranſgreſſio eoꝝ deformat religionis decorẽ ꝛ pfectũ ſpũalẽ. ꝛ alioꝝ edificationẽ ſolet impedire. Sicut eñ amor iuſticie ſtudioſe iſta in ſe ꝛ in alijs pmouet ꝛ cõgaudet vbi videt iſta ſollicite obſuari. ita ecõtrario dolet ꝛ vrit ꝛ accendit p tranſgreſſione illorũ. Ps. Nonne q̃ oderũt te ꝛc. Quodã vero intimo ſapore diſcernit vt magꝭ doleat de grauiorib tranſgreſſionib ꝛ de leuioribus minꝰ. Sapiens eñ qualcꝫ res ponderat p ut ſunt. tam bonas q̃ malas. Inſipiẽs aũt q̃ncꝫ magna p paruo reputat. ꝛ leuia q̃i maxima ponderat. trabem feſtucam iudicat liquãdo culicẽ ꝛ glutiendo camelũ. Luce. xi. Decimatis mentã ꝛ rutã ꝛ relinquitis q̃ grauiora ſunt ꝛc. Tales zelo pprio ferunt. ꝛ nõ ſpũ dei in hac parte agunt. Sicut quidaꝫ p vna inclinatiõe in choro neglecta plus accendunt puniendo q̃ p longa detractione de alio religioſo excitata. Grauiꝰ indignantur p verſiculo ꝛ rubricula neglecta q̃ p magna pturbatione cũ ſcandalo procurata.

Principaliter igit cauenda ꝛ dolẽda eſt trãſgreſſio pceptorũ dei. deinde inuiolabilium preceptoꝝ ſancte ecclie. deinde illorum q̃ ſub voto volũtario ſibimet qſcꝫ fecit neceſſaria. vt regulares obſeruãtie. maxime que ſub pcepto ſunt ſtatute. deinde omĩa ſcãdala ſpeciẽ mali quãcũqꝫ habentia. auaricie. ſuperbie. inuidie. caſtrimargie. iracundie. ſuſpecte familiaritatis. inobediẽtie. ꝛ ſimiliũ viciorũ que odorẽ fame religioſoꝝ quo alij fideles debẽt ab eis edificari ꝛ ab eis diſcere quid cauere debeant ꝛ facere. fetere faciunt. vt magis p eos inficiant ſcandalo q̃ reficiant virtutis exemplo. Roma. ij. Nomen dei p vos blaſphemat inter gẽtes. Facilius autẽ grauius peccatũ occultũ curat q̃ tale ſcandalũ. quia illud p ſecretã poteſt ſanari penitentiã. ſcandalũ autẽ vix auellitur a cordib omniũ ad quos forte puenit. Deinde cauenda eſt pturbatio ſtudij deuotionis. ex qua fulcit omĩs vera religio. ꝛ omne virtutis exercitiũ impinguat. Arida eſt omnis religio que nõ oleo iſto ſaginat. Inſtabilis eſt honorũ operum ſtructura que deuote orõnis freqũtia non cõpaginat ſicut paries lapidũ ſine cemento In omi religione vbi deuotiõis feruor tepuerit etiã aliarũ virtutũ machina incipit deficere ꝛ ppinquare ruine. Lampades fatuarũ virginuꝫ ſine oleo extinguunt. Math. xxv. Deinde cauẽda eſt negligentia exterioris diſcipline. que pro decore religionis ꝛ habilitationis profectus ſpiritualis ſtatuta eſt. cuius deſertio ſignum eſt neglecte cõſcientie ꝛ interioris leuitatis. Talis autẽ diſcipline obſuantia nõ ita mandat quaſi aliter non liceat viuere. ſed quia ſic magis cõuenit pter honeſtatis conformitatẽ ꝛ vniformẽ fratꝝ cõuerſationẽ. nec p libitu quiſcꝫ viuat ꝛ faciat vnde forte alij turbent. In talib auteꝫ obſeruantijs que in ſe indifferẽtes ſunt ſed pter aliud ſtatute. vt dictum eſt. maior eſt hñda diligẽtia vt bñ ſuent q̃ ſcrupuloſe timẽdũ,

ſi ex aliq̄ ſurreptiōe qñq; tranſgrediant̄.niſi
forte ꝯſuetudo generaret deformitatē ⁊ diſ
ſimulatio negligentiā nutriret.tūc ꝓpter ali
ud malū ꝯſequēs ꝑcauendū zelus diſcipli/
ne dormire nō debet. Uerus igit̄ iuſticie
zelator ꝑmo cauet ne malū aliq̄ mō faciat vl̄
doceat. Scđo ne licenciet vl̄ ꝯcedat q̄cūq;
importunitate ſeu circūuentōne mollitus.
Tercio ne faueat vl̄ diligat fieri.etiā ſi eo ir
requiſito fiat l̄ abſente. Quarto ne diſſimu
let ⁊ taceat q̄ſi neſciēs.cū ad eum ꝑtineat ar
guere ⁊ oñdere q̄ntū malum ſit.⁊ deterrere
ne vlteriꝰ audeāt ſil̄ia attēptare. Quinto ne
inultū eſſe patiat̄.qꝛ aliq̄d bonū parit pcti
caſtigatio.ſ.ꝙ ipē q̄ fecit ꝓhibet̄ vltra pecca
re. Johēs. Iā noli peccare ne deterius tibi
aliq̄d ꝯtingat. Itē qꝛ purgat̄ a pctō ne a dō
poſtea duriꝰ puniat̄. Prouer.xxiij. Tu vir/
ga ꝑcuties illū.⁊ aīam illiꝰ de inferno libe/
rabis. Itē qꝛ ꝑ hoc alij erudiunt̄ vt caueāt
ſil̄ia ꝑpetrare. Prouer. Peſtilente flagellato
ſapiētior erit paruulꝰ.i.tenellus ⁊ nouꝰ cau
tior eſſe diſcet. Itē ipē p̄latꝰ vicariꝰ ſuperni
iudicis liberat aīam ſuā a pctō negligentie.
officiū ſuum ſic implendo. Qđ qꝛ heli ſacer
dos nō fecit mortꝭ ſniam cū filijs peccātibꝫ
excepit. Reg.iiij. In h̄ em̄ differūt laudabi/
les religiōes ⁊ iā dilapſe.non ꝙ nullus pec/
cans in laudabilibꝫ repiat̄.ſed ꝙ nullus im
pune peccare ſinat̄.⁊ peccādi aditꝰ ſtudioſe
ꝑcludant̄.⁊ incorrigibiles ⁊ alios inficien/
tes eliminent̄.⁊ boni foueant̄ ⁊ diligant̄ vt
ꝑſeuerent ⁊ in meliꝰ ſemꝑ ꝓficiāt. Naȝ cum
in cōuentu angeloꝝ ante ꝯfirmationē et in
ordine apl̄oꝝ ſub magiſterio xpi reperta ſit
prauitas.q̄s ordo bonoꝝ in terra audeat ſi
bi arrogare hāc ꝑrogatiuā ꝙ pctm̄ in eo nō
ſit.qꝛ ⁊ ſi plurimi ꝑ dei grām immunes ibi
fuerint.ſed nō omēs. Joh.xiij. Uos mūdi
eſtis ſed nō omēs. Bonis em̄ q̄ꝺiu ſūt hic
in ſtatu merendi expedit aliq̄s malos ſecuȝ
habere q̄ eis ſint maioris occaſio meriti.q̄
bus cōpatiant̄ in malis ſuis. cōtra q̄s zelꝰ
eoꝝ inardeſcat.q̄s corrigere laborēt.q̄bꝫ ſi/
miles fieri ꝑtimeſcāt.q̄ eis ſint tentationis
materia.a q̄bꝫ etiā ꝑſecutiōes ſuſtineāt.⁊ ex
quoꝝ ꝯſideratiōe ꝯfuſi humilient̄. quia ta/
les nō ſunt.āmoneant̄ grāꝝ actōnis ei qui
cuſtodit eos ne tales efficiant̄. Si autē de/
eſſent bonis ꝑdictarū virtutū occaſiones.
merita ipoꝝ tanto fierent etiā minora. Ga/
lataꝝ.vj. Que em̄ ſeminauerit hō hec et me/
tet. Nec tm̄ diligendi ſunt mali ſeu fouendi.
ſed tolerandi.maxime quoꝝ occulta ſūt ma
la.⁊ alios nō inficiūt.⁊ eſt ſpes de correctio
ne ipoꝝ. Ubi ꝟo iſta defecerint ibi ſine gra
ui detrimento ſuſtineri nō pñt.⁊ iō eliminā
di ſunt.ne putet̄ eoꝝ prauitas bonis place/
re. Interim etiā dū tolerant̄ puniendi ſunt
ſtimulis āmonitionū.correptionū.cōfuſio/
num.caſtigationū. vngendi etiā fomentis
exhortationū.ꝯſolationū.orōnū ⁊ ꝓmiſſio
nū.ſi forte cōualeſcant de infirmitate ⁊ for/
tes fiant. Precludenda eſt eis via peccandi
⁊ tēptatiōis aditꝰ obſtruēdi.qđ etiaȝ bonis
expedit ne oportunitas mali faciat eos de/
teriores. Prelatꝰ em̄ vicariꝰ dei cui data
eſt ptās a dño ſuꝑ familiā ſuā.⁊ cui debent
ſubditi ea de cauſa vice dñi obedire.ſi non
corrigit delinquētes.ſi ꝑmittit ſub ſe vicia
creſcere.⁊ ꝯſuetudines malas oriri.⁊ iā ex/
ortas roborari ⁊ dilatari.ſi videt regl̄ares
obſeruātias dilabi.⁊ trāſgreſſiones multi/
plicari.et ꝓ poſſe nō obuiat tā pñtibꝫ malis
q̄ꝫ imminētibꝫ.triplicē deo reddet rationē.
Primo ꝓ ſua negligētia. qꝛ ñ fecit ad qđ
officio tenebat̄. Sap.vj. Cum eſſetis mini
ſtri regni illiꝰ nō recte iudicaſtꝭ. nec cuſtodi
ſtis legē iuſticie.neq; ſm voluntatē eiꝰ am/
bulaſtis. Horrende ⁊ cito apparebit vobis
qm̄ iudiciū duriſſimū his q̄ p̄ſunt fiet ⁊c̄
Scđo ꝙ oīa pctā ſubditoꝝ q̄ poterat ⁊
debuerat correxiſſe ⁊ ꝑcauiſſe imputant̄ ei.
Ezech.xxxiij. Si nō fueris locutꝰ vt cuſto/
diat ſe impiꝰ a ſua via.ipſe in impietate ſua
moriet̄.ſanguinē aūt eiꝰ de manu tua req̄/
ram. Tercio ꝓ abuſione honoꝝ ⁊ poteſta
tis ſibi collate quā ad ꝓpriā gl̄iam et cōmo/
dū retorſit.⁊ nō ad qđ data eſt ei. Mat.xxv
Tollite ab eo talentū.⁊ inutilē ſeruū eijcite
in tenebras exteriores.ibi erit fletus ⁊ ſtri/
dor dentiū. Oſtendat ġ bonꝰ zelator q̄n/
tū diligat deū in eo ꝙ bñplacitū eiꝰ in ſe et i
alijſ ꝓmoueat nec ab h̄ zelo molleſcat ꝑ oeſi
am.nec labore laſſet̄ nec cōſilijs flectat̄ nec
aſtutijs circūueniat̄.nec amicicia nec blan/
dimentis deliniat̄.nec minis terreatur.nec
ꝓ diuturne praue ꝯſuetudis p̄ſcriptiōe de
ſperet quin ſuū officiū exequat̄. Secun/
da ala huiꝰ eccl̄iaſtici ſeraph eſt pietas ſiue
fraterna cōpaſſio.vt ſic eū caritas dei ad ze
lū iuſticie inflāmat.ita fraterna dilectio ad
pietatē informet. Nā ⁊ ſi vicijs debet̄ virga
feriens ſed infirmitati neceſſariꝰ ē baculus

ſuſtentans. Pſ. Uirga tua et bacul⁹ tu⁹ ꝛc.
i. Coꝛ. iiij. In ꝟga veniā ad vos an ī carita
te ꝛ ſpū mā̄ſuetudinis. Sic ꝛ ille ſamarita
nus vulneribꝫ illi⁹ ſemiuiui relicti infudit
vinū zeli feruentꝫ ꝛ oleū pietatꝫ mitigantis.
Alia eſt aūt infirmitas coꝛpis. alia men/
tis. ꝛ vtraqꝫ indiget cōpaſſiōe. Infirmitas
coꝛpis triplex eſt. Primi ſunt infirmi decū/
bentes in lectulis vl' in acutis vl' in alijs in
firmitatibꝫ grauibꝫ laboꝛātes. Alij ſunt in/
firmi ꝑ domiciliū vel etiā ꝑ terraꝫ qn̄qꝫ de/
ambulātes. ꝛ tn̄ ſepe grauibꝫ doloꝛibꝫ affli/
cti. vt calculoſi. infiſtulati. ponderoſi ꝛ ſil'es
Tercij determiātā infirmitatē nō hn̄tes. ſꝫ
tn̄ coꝛpe debiles ꝛ viribꝫ exhauſti vt ſenes ꝛ
laboꝛibꝫ ꝯfecti. vel naturali infirmitate de/
preſſi. ſed qn̄qꝫ accidētali languoꝛe ad tēp⁹
attriti. His eſt triplici pietate ſubueniēdū.
ſcꝫ remedijs medicinalibꝫ. ſi ꝯgrue pt fieri.
Itē relaxatione rigoꝛꝭ in victu. veſtitu. vigi
lijs ꝛ hmōi. Itē exemptiōe laboꝛis in offi/
cijs. ſeruicijs. diſcurſibꝫ ꝛ hmōi. put cuiuſqꝫ
neceſſitas exq̊rat. Ita ꝙ p̄mis ḋ p̄mo. ſcdis
de ſcdo. tercijs de tercio. iuxta ſinguloꝝ in/
digentiā ſpeciali⁹ ſuccurraꝛ. Dīs hūanitas
eſt infirmis ꝛ debilibꝫ exhibēda. qꝛ flagella
ti ſunt a dn̄o. ſi ſuꝑ hoc ab hoībꝫ tribulanꝛ.
ipa eoꝝ miſeria clamat ad p̄rem miſcdiarū
ꝯtra illos q̇ eos tribulāt cōquerendo. Pſ.
Qm̄ quē tu ꝑcuſſiſti ꝑſecuti ſunt. et ſuꝑ do/
loꝛē vulnerū meoꝝ addiderūt ꝛc. Infirm⁹
em̄ q̇ afflict⁹ ſibimet ſubuenire nō valet eo/
ipo ā̄pli⁹ tribulaꝛ. qꝛ ab his q̇bꝫ deberet nō
ꝯſolaꝛ. nō a laboꝛe releuaꝛ. nō ſubueniꝛ in/
digenti. nec habet ſibi cōpatienteꝫ. Pſ. In
ꝯſpectu tuo ſunt oēs q̇ tribulant me. impro
periū expectauit coꝛ meū ꝛ miſeriā. Et ſuſti
nui q̇ ſimul ꝯtriſtareꝛ ꝛ nō fuit. ꝛ q̇ ꝯſolareꝛ
ꝛ nō inueni. Et dederūt in eſcā meaꝫ fel ex/
pꝛobꝛatōis. ꝛ in ſiti mea potauerūt me ace
to obiurgatiōis. Fiant ḡ eis q̄ ſequunꝛ ꝛc.
Bonus aūt p̄latus agnoſcit ſe fratrū ſu/
oꝛū patrē nō dn̄m. ꝛ exhibet ſe eis medicuꝫ
nō tyrannū. nec reputat eos vt iumēta ſua.
vel ſeruos emptiōis. ſed vt filios heredita/
tis ſuꝑne cōſoꝛtes. ꝛ facit eis ſicut vellet ſi/
bi fieri ſi ſimiliter indigeret. Sed foꝛtes et
ſani nō ſentiunt qḋ ſentit eger. ideo neſciūt
eis cōpati. ſcient antē poſtea cum dolebūt.
Q ſi obijciant quia ſepe fingunt ſe quidaꝫ
debilioꝛes ꝗ̄ ſint. nunquid ꝓpter hoc oīs
ſunt hypocrite iudicandi. cū econtrario ꝓ
paucis iuſtis multis malis domin⁹ volue/
rit pepercisse. Geneſ. xviij. Triplici autē
ratione magis indigēt infirmi ſubſidio pie
tatis ꝗ̄ ſani ꝛ robuſti Primo ꝓpter ſuſtenta
tionē vite. quia ſeipos non valent ꝓcurare.
ſi tunc etiā ab alijs nō ꝓcuranꝛ. cogunꝛ de/
ficere. ꝛ nō poſſunt ſubſiſtere. Regum. xiiij.
Ne penitus pereat q̇ abiectus eſt. Secun/
do ꝓpter reſtaurationē ſanitatis. ꝛ viriū q̄s
in infirmitate ꝑdiderunt. Cum em̄ ſanus ꝛ
foꝛtis ſolus indigeat ſuſtentamento. vt qḋ
habet ꝯſeruet. eger ꝛ debilis indiget dupli/
ci refectione ne pereat ꝛ ꝑdat qḋ adhuc ha/
bet. ꝛ reparet qḋ amiſit Luce. xix. Ab eo q̇
nō habet etiaꝫ quod videꝛ habere auferet.
Tercio ꝓpter ꝯſolationis releuamen. qꝛ cū
ſic multipliciter affliganꝛ. ſolaciū eſt eis cū
vident alios ſibi cōpati ꝛ ad reparatōis ſue
ſtudiū fideliter cooperari. Regū. xxiij. Be/
nedicti vos a dn̄o qꝛ doluiſtis vicem meaꝫ
Sed dicunt aliqui. Illis debilibꝫ digne
ſubueniꝛ de q̇bus eſt ſpes ꝯualeſcētie. in il/
lis vero de q̇bꝫ nō p̄ſumiꝛ ꝙ aliqn̄ conuale/
ſcant inutiliꝛ ꝯſumunꝛ expenſe. Hoc recte
diceretꝛ ſi nō ꝓpter meritū charitatꝫ. ſꝫ ꝓpter
retributionē hūane vtilitatis deberet infir
mis miſcdia exhiberi. Qui aūt ꝓpter h̄ ifir/
mo ſubuenit vt cū ſanat⁹ fuerit bn̄factum
illud ſeruando retribuat. merito caritatis
ſe pꝛiuat. Ubi em̄ maioꝛ miſeria. ibi clarioꝛ
miſcdia apparet ꝛ purioꝛ caritas. Expedit ḡ
p̄latū qn̄qꝫ experiri infirmitates ceteroꝛuꝫ.
vt diſcat cōpati. Heb. iiij. Nō habem⁹ pon
tificē q̇ nō poſſit cōpati ifirmitatibꝫ nr̄is ꝛc.
Infirmoꝝ mēte etiā ſūt tria genera. Pri
mi q̇ ex deuotōis defectu vl' tēptatiōis im/
pulſu pꝛoni ſunt ad ſcandala ꝛ pctā. ex faci/
li occaſione vacillātes ꝛ ad lapſum ꝓcliues
Coꝛ. xj. Int' vos mlti infirmi ꝛ imbecilles
ꝛc. Scdi. q̇ licet bone volūtatꝫ ſint ꝛ deuoti
tn̄ ex leui coꝛreptōe vl' inuectiua obiurgati
one effecti puſillanimes aut coincidūt ī qn
dā deſꝑatōis diffidentiā. aut prūpūt ī gra/
uē cōmotōis impatiāꝫ vn̄ poſtmodū dolēt.
ꝛ ceteri qn̄qꝫ turbanꝛ. Ro. xv. Debem⁹ nos
infirmioꝛes imbecillitates ꝛc. Tercij ſunt
oēs generaliꝛ imꝑfecti. q̇ in diuerſis ꝟtutū
ſtudijs ſepe vacillāt ꝛ varijs paſſionū febꝛi
bꝫ ſentiūt ſe interdū etiā reluctātes pulſari.
mō elatōis. mō ire. mō accidie. inuidie. ꝯcu/
piſcētie. gule ꝛ alioꝝ vicioꝝ tam carnaliū ꝗ̄
ſpūaliū. Pſ. Miſerere mei d. qm̄ ifir. ſū. ꝛc.

Remedia his infirmitatib9 adhibenda ſunt vt ſubtrahat eis occaſio ſcādali. oportunitas peccādi. ne videāt vnde infirment vel audiāt. ⁊ ne ſepe p̄mittant extra domū vagari. Geñ. xxxiiij. Dina egreſſa domum corrupta eſt. ⁊ p exhortationes crebras. exempla patiētie ↄfortent. ⁊ a duris increpationib9 donec ↄualeſcāt de infirmitate parcat eis. ⁊ aliis offenſis q̄b9 pturbent. Coloceñ. iij. Pres nolite ad indignationē puocare filios v̄ros. vt nō puſillo aīo fiant. Qui em̄ ampli9 cōmouet ſatis p ſe cōmotū q̄ſi puocat ↄtra ſe canē latrantē vt mordeat eū. Itē vt equanimit mores ⁊ impfectiones coꝝ ſupportent. Eccl. Nō em̄ omēs oīa p̄nt. Sicut aūt rudib9 ⁊ min9 peritis ſolēt doctores coꝝ impericie ignoſcere cū min9 recte ſentiāt. ita ⁊ v̄tuoſi benigne ſupportāt alioꝝ defect9. ſcientes q̄ nō omēs p̄nt eq̄lit eſſe pfecti. ⁊ q̄ſi paruulis ⁊ teneris in chriſto grauiora q̄ valeāt portare onera nō impoñūt. nec ab eis exigunt ea q̄ vires ipoꝝ excedūt. Geñ. xxxiij. Noſti q̄ paruulos habeā teneros ⁊ oues ⁊ boues fetas mecū. q̄s ſi pl9 in ambulando fecero laborare morientur vna die cuncti greges. Hoc eſt. Qui paruulos impfectos ⁊ aliquā bonā h̄ntes voluntatem q̄ſi vet9 in vtero plus vxget in exercitio v̄tutis q̄ ſ̄m grām q̄ acceperūt. etiā illud qd̄ iā habēt ſupra vires agitando extinguit in eis. Theſſal. ij. Facti ſum9 paruuli in medio veſtrū tanq̄ ſi nutrix foueat filios ſuos. q̄ ita humilit ⁊ pie blandit9 ſum vob ↄdeſcendens v̄re teneritudini ⁊ impfectioni. Quo ↄtra de duris ⁊ non cōpaſſiuis paſtorib9 cōquerit dñs Ezech. xxxiiij. Qd̄ infirmū fuit nō ↄſolidaſtis. ⁊ qd̄ egrotū nō ſanaſtis. ⁊ qd̄ fractū nō alligaſtis. ⁊ qd̄ perierat nō queſiſtis. Sed cū auſteritate imperaſtis eis ⁊ cū potētia ⁊c̄. Bernardus. Ut quid grauatis iugū veſtrū cū cernitis diſcipuloꝝ. quoꝝ vos poti9 iugū portare debetis. ponite onera. pducite vbera. pecora lactate. quieſcāt. ⁊ ſi interdū ſeueritate opus ſit. p̄rna nō ſit tyrannica. Numeri. xj. Porta eos in ſinu tuo ſicut portat mulier infantulum ſuū. ⁊ defer in terrā. p qua iuraui ⁊c̄.

Tercia ala eccl'iaſtici ſeraph. eſt patiētia ⁊ ↄſtans longanimitas. Sicut em̄ tectū tabernaculi vt interiora mūda manerent ⁊ nitida excepit in ſe pulueres ⁊ imbres et ventorū impulſus. ita ſupiores q̄ fideliter ſubditos ſuos defendūt a turbine pctī neceſſe eſt ſepe diuerſaꝝ excipe tempeſtates aduerſitatū. ſicut gallina p pullis ſe obiicit miluo vt eos defendat. Tria vero ſunt inter alia in q̄b9 patiētia ei neceſſaria maxīe videt. Primo pp̄ter multiplices labores ⁊ curas ⁊ occupatōes diuerſimode emergētes. Cura em̄ ↄtinua vrget eū tam de ſp̄ualis puidentia diſcipline q̄ de corpalis ſubſidū puiſione. Uñ ⁊ apl'i nō ſolū de ſp̄ualib9 ſed ⁊ de tēpalib9 fideliū neceſſitatib9 maxīe pauperū ſolliciti erāt. Galataꝝ. Jacob9 ⁊ iohānes ⁊ cephas dextras dederūt mihi et barnabe ſocietatis. vt nos in gentes. ipi aūt ī circūciſionē. ſcʒ euāgelij p̄dicatōnē extenderēt tm̄ vt paupeꝝ x̄pi memores eſſem9. qd̄ etiā ſollicit9 fui hoc ip̄m facere ⁊c̄. Dñs quoq̄ turbas q̄s verbo ſalutis pauit. etiā pane corpali in deſerto ſe ſuſtinētes. cū aliunde nō h̄rent refecit. Marci. vj. ⁊ viij. Occupationes q̄ʒ varie tā ex domeſticis curis q̄ extraneis cauſis frequēter emergūt q̄b9 cogit aliquatin9 implicari. ⁊ quō ſe de illis expedi at anxiari. Ex his etiā labores plurimi creſcunt diſcurſuū. vigiliaꝝ. tractatuū. ⁊ aliarū fatigationū. p quib9 oīb9 patiētia ei neceſſaria eſt. ita vt moyſes mitiſſim9 ⁊ deo familiariſſim9 pp̄ter h̄ in plures on9 gubernatiōis ppl'i ſic partit9. q̄ſi nō valens tot negocia ſuſtinere. Deutero. j. Nō valeo ſolus v̄ra negocia ſuſtinere. et pondus ac iurgia. date e vobis viros ſapiētes ⁊ gnaros. ⁊ q̄rū ↄuerſatio pbata ſit in tribub9 v̄ris. ⁊ ponā vobis eos p̄ncipes ⁊c̄. Scd̄o eſt ei patiētia neceſſaria p tardo pfectu illoꝝ in q̄b9 cōtinue fatigat. Videt em̄ paucos eorū pficere. videt poſt q̄ p multos conat9 ſuos ea q̄ multo labore in modico iā emendari ceperant. ex facili iteꝝ dilabunt. ⁊ pp̄ter plures difficultates ⁊ obſtacula pfectū ſp̄ualē impedientia q̄ſi in deſperationē tendere fructū laboris ſui. ſicut q̄ multa ſemiauit ⁊ pauca cōſpicit orıri. videt etiā q̄n̄q̄ q̄ pſonalit iubet ⁊ ordinat negligent impleri ⁊ ſeruari. ⁊ ſepe ſub ſpecie boni latenter malū ſubintrare. ita q̄ nō audet apte vt malū redarguere. cū bonū in ſupficie appareat. ⁊ tñ in fine p hoc mai9 bonū deſtruit. ⁊ aptiorib9 malis adit9 aperit. Verbi grā. vt multi ſaluent plures q̄ oportune tenere poſſum9 recipim9. Sʒ ipa tandē multiplicatio erit paupt̄atis n̄re obfuſcatio. dū plures velint pl'ib9 gaudere

nõ carere.ide ſeq̄r frequẽtioꝛ diſcurſus p ac/
quirẽdo neceſſaria.ex q̄rant vie inſolite i pe/
tẽdo.incauti⁹ agit ꝯ reglam i recipiẽdo.q̄es
deuotõis extinguit.mores religioſi i diſſue
tudinẽ vertũt.ꝯſueſcũt frẽs libent euagari.
ꝛ diuerſa carnis cõmoda foꝛꝫ venari. famili
aritates in regla ꝓhibitas ꝯhere.munera a
ꝯfitẽtib⁊ q̄rere.edificatões aiaꝝ p q̄ſtu vẽde
re.diuitib⁊ adulari.areas dilatare.ſũptuoſa
palacia exaltare.ſcãdala nõ curare.ꝛ dei ho/
noꝛ q̄ ex nr̃a ſctã ꝯuerſatõe ꝛ alioꝝ exinde edi
ficatõe pueire debuerat.agẽdo his ꝯria ꝯcul
cant. Idẽ eſt ꝺ ꝑpropera ꝓmotõe iuuenũ et
nõdũ ꝓbatoꝝ ad oꝛdies ꝛ officia ꝯfeſſionis
ꝑdicatiõis p̄latõis. Idẽ de pl̄ib⁊ q̄ corã hoi
b⁊ ſũt alicui⁹ apparẽtie.ſꝫ religiõis puritatẽ i
teri⁹ corã dõ obſcurãt.ꝛ rudes i religiõe q̄ in
terna ñ ſapiũt putãtes i his extioꝛib⁊ hõeſta
tib⁊ totã vim ſpũal ꝯuerſatõis ꝯſtare.mag̊ ze
lo eas defendũt.ꝛ de verꝫ ꝟtutib⁊ ꝛ ſpũalib⁊
nõ curãt. Hec ꝛ alia pl̄ima vidẽs ſpũal p̄la/
tus q̄ oĩa in ꝟitate dĳudicat.tabeſcit ꝛ vꝛit.ꝛ
nõ valẽs corrigere ꝓ deſiderio in ꝟtute patie
mirabilit exercet. Pſ. Tabeſcere me fec̃ zel⁹
me⁹.zel⁹ dom⁹ tue comedit me ꝛc̃. Tertio
neceſſaria ẽ ei patiã ꝓ ingr̃titudine illoꝝ ꝓ q̄/
bus tãta ſolicitudie laboꝛat ſcꝫ ꝙ vix vnq̄m
eis ſatꝫfacit q̄n ſp ꝯq̄rant.ꝙ alit poſſet eis ꝛ
meli⁹ facere ſi vellet ꝙ ſepe ꝑplex⁹ eſt an debe
at eoꝝ iportunitatib⁊ cedere ꝛ acq̄eſcere i oi/
bus q̄ cupiũt.vl rigide tenere qꝺ credit eſſe
magꝫ expediẽs. Phil.j. Quid eligã ignoꝛo.
coartoꝛ em̃ ꝛc̃. Itẽ ꝙ inuertũt ei pl̄ima q̄ fac̃
ꝛ interp̄rant ad deteri⁹ ꝛ ſup his viſitãt eũ et
murmurãt ꝛ accuſant ꝛ detrahũt ei ꝛ ſumũt
inde materiã ſcãdali.vnde putabat ſe deo ꝛ
ip̄is obſequiũ p̄ſtitiſſe.ita ꝙ vix i aliq̄ pt iue/
niri mediũ in h̄ qꝺ oꝛdinat aut qꝺ fac̃ q̄n ſp
aliq̄b⁊ diſpliceat ꝛ turbẽt. Itẽ ꝙ etiã in fa
ciẽ q̄dã reſiſtũt ei.l lr̃is arguũt eũ ꝛ deſpiciũt
ꝛ ꝯcitãt alios vt ſe ei opponãt.vl aſtute impe
diũt ne poſſit ꝑficere q̄ deberet. His ꝛ ali
is aduerſis q̄b⁊ diuerſimode ipetit. triplici
patie ſcuto ſtudeat opponere. Prio vt mo
deſte ꝛ mature ꝛ benigne ad ſingla rñdeat.ꝛ
impetũ feruoꝛis rep̄mat ne i voce aut vultu
ſeu moꝛib⁊ ipatiẽtiã oñdat. Tũc em̃ magꝫ ꝓ
ficit ꝑ patiam.ꝛ tãdẽ deuincit q̄s impetuoſe
agẽdo ampli⁹ ꝓuocaret. Sic gedeon mode
ſte rñdẽs virꝫ ephꝛaim ꝯ ſe iurgãtib⁊.ꝯpeſcu
it ſpm̃ eoꝝ q̄ tumebãt. Iudic̃.viĳ. Prouer.
xv. Rñſio mollis frãgit irã.ſmo dur⁹ ſuſci/
tat furoꝛẽ. Uix ei cõmotio ꝯmotõe ſedat.ꝛ
viciũ vicio nõ ſanat. Impatiẽtia ei p̄lati cõ/
fundit q̄ ꝓmouere potat bona. His modis
alios ſcãdaliſat. Prouerb.xiiĳ. Qui ipatiẽs
eſt exaltat ſtulticiã ſuã.ſ.alĳs pandẽdo.red/
dit eũ ſubditꝫ ꝛ alĳs ꝯtẽptibilẽ. Prouer.xĳ.
Qui van⁹ ꝛ excoꝛs ẽ parebit ꝯtẽptui. Fa/
cit eũ exoſum ꝛ hoꝛrẽdũ. Eccl.ix. Terribiliſ
eſt i ciuitate ſua hõ linguoſus ꝛ temerari⁹ in
ꝟbo ſuo odibilis erit. Prouocat alios ad i/
patiẽtiã. Prouer.xv. Uir iracũd⁹ ꝓuocat ri/
xas.q̄ aũt patiẽs eſt mitigat ſuſcitatas Non
audẽt ei ſubditi neceſſitatẽ ſuã apire. Iob.
iiĳ. Si ceperim⁹ loq̄ tibi.foꝛſitã moleſte acci
pies. Replet domũ murmure ꝛ rãcoꝛe. Pro
uerb.xj. Qui ꝯturbat domũ ſuã poſſidebit
vẽtos.ſ.ꝯſpirationũ. Teneros mẽte fugat ꝛ
puſillanimes fac̃. Prouer.xix. Spm̃ ad ira
ſcendũ facilẽ q̄s poterit ſuſtinere. nemo au/
det eũ monere ꝺ his q̄ foꝛẽt emẽdãda Regũ
xxv. Ip̄e ẽ fili⁹ belial ita vt nemo poſſit ei lo
qui. Scꝺo ſtudeat eẽ pacific⁹ vt nec vidi
cet ſe de illatꝫ iiurĳs.nec i coꝛde oderit illos
nec curã eoꝝ ſegni⁹ agat.nec q̄rat eos a ſe re/
mouere.imo libẽti⁹ teneat eos vt ꝑ h̄ ꝛ illos
ꝛ alios edificet bñfaciẽdo igratꝫ.ꝛ vt ꝓ ſe vir
tutꝫ exercitiũ in eis habeat exẽplo ſũmi pa/
ſtoꝛꝫ. Luc̃.vj. Eritꝫ filĳ altiſſimi.q2 ip̄e beni
gnus ẽ ſup ingr̃tos ꝛ malos. Cũ em̃ ſit ꝓprie
officiũ paſtoꝛꝫ docere ꝟtutes. ſi vicioſos re/
mouet a ſe.q̄s docebit. ſi medic⁹ fugit egro/
tos q̄s curabit. Si foꝛtꝫ tiro declinat ipetẽ
tes ſe quõ aſſequet triũphũ glie. Si negoci
atoꝛ negligit merces i q̄b⁊ mag̃ lucret. quõ
poterit ditari. Iñ eſt ꝙ int alios tot ſanctifi
cati ſũt ep̄i ꝛ p̄lati q2 tã agẽdo bona ꝙ patiẽ/
do aduerſa ꝛ alios edificãdo ad alta ꝑfectio
nis culmia officĳ ſui occaſiõe ꝑuenert. Tbi.
iĳ. Qui ep̄atũ deſiderat ꝛc̃. Tertio ſit pati
ens vt nõ min⁹ ſit volũtari⁹ ꝛ ſtudioſ⁹ ad ex
equẽda ea q̄ officĳ ſui ſolicitudo req̄rit ꝓpt
tediũ laboꝛꝫ vl tarditatẽ ꝓfect⁹ vl importu/
nitates ſubditoꝝ vl alia ḡuamia.q2 ſic ad al
ta merita ꝑuenit. Paral.xv. Uos g̊ ꝯfoꝛta/
mini ꝛ nõ diſſoluãt man⁹ vr̃e. erit ei merces
opi vr̃o. Iſte man⁹ p̄lati ſũt inſtãtia i agẽdo.
ꝛ patia i ſufferẽdo qꝺ ḡuat. Que ſi nõ diſſol/
uant ꝑ deſidiã ſeu itolerantiã. merces etña
ei cumulat. Per has nãq3 aduerſitates re/
ctoꝛ a pctõꝝ puluere purgat quẽ ꝯtrahit ex
humane infirmitatꝫ ſurreptiõe. In multis
em̃ offendim⁹ om̃s.etiã in pluribꝫ negocĳs

plures negligētie ſepe fiūt. a q̇bꝫ purgari ne
ceſſe hñt hic prelati. ne illic duriꝰ puniāť. ij.
Regū. vij. Si iniq̄ aliq̇d geſſerit corripiā cū
in ꝟga viroꝝ. ⁊ i plagꝭ filiorū ho. Itē ꝑ has
dū deꝓmiť a tumore ſupbie cuſtodiť. q̄ potē
tibꝫ ꝑiculoſiꝰ inſidiať. dū ⁊ ſublimitas officij
⁊ libertatꝭ licētia ⁊ boni opis placētia facile
mētē eiꝰ extolleret niſi aduerſitatꝭ iugū collū
ꝑſumptōis eiꝰ hūiliaret. ⁊ ſic a ſupbie vora/
gine defenſaret. Job. xxxiij. Erudiēs inſtru
it diſciplina vt auertat hoiem ab his q̄ fecit.
⁊ liberet eū deſup crucēs aiam eiꝰ a corrupti
one ⁊ vitā illiꝰ vt nō trāſeat i gladiū. increpat
q̄ꝫ ꝑ dolorē in lecto ⁊c̄. Cuſtos eī ſalutis ⁊
ꝓfectꝰ boni rectorꝭ eſt hūiliatio aduerſitatꝭ. ſi
ne q̄ eū ſucceſſus ꝓſperitatꝭ cito releuaſſet in
ventū ꝑſumptōis. Vñ dauid ſm cor dei ele
ctus qñ ꝑmebať aduerſ. deuotiſſimꝰ fuit et
hūilis. qñ aūt extollebať ꝓſperꝭ. incidit i cul
pā offenſionis. Ps̄. Bonū mihi q2 humilia
ſti me ⁊c̄. Itē vt dictū eſt meritū eiꝰ ex ide mľ
tiplicať. dū nō ſolū ꝓ bonis q̄ in ſe ⁊ i alijs ꝓ
